CORPUS JURIS PORTATILE,

Diſcentium memoriæ ac uſui accommodatum,

in quo

I. Tituli ex Inſtitutionibus, Pandectis, Codice, Novellis & Decretalibus ſecundum ſeriem Rubricarum recenſentur:

II. Axiomata ex iisdem ſecundum Librorum atque Titulorum ordinem exhibentur:

III. Delineatio Univerſi Juris Civilis Privati Romano-Germanici ſecundum ſeriem ipſarum materiarum Inſtitutionum Juſtinianearum traditur, hunc in modum, ut leges Romanæ cum principiis naturalibus ac moribus Germaniæ conferantur & ab invicem diſtinguantur:

IV. Index Juris Univerſi ſecundum verba atque materias Rubricarum ſiſtitur, ut ſedes cujusque materiæ juridicæ vel minima opera ex omni Jure, Inſtitutionibus puta, Pandectis, Codice, Novellis, nec non Decretalibus inveniri & adprehendi queat,

Methodo hac compendioſa, perſpicua & cohærenti adornatum atque editum

a

Johanne Chriſtiano Martini, Academiæ Equeſtris Chriſtian-Erlanganæ Profeſſore Publico.

Francofurti & Lipſiæ, apud Paulum Lochner, Bibliopol. Norimb. Anno 1724.

L. B. S. D. A.

PRiusquam noſtra delineatio Philoſophiæ Eclecticæ Modernæ, tribus abhinc annis publice promiſſa, lucem adſpiciat, publici nunc fit juris noſtrum Corpus Juris Portatile, Diſcentium memoriæ ac uſui accommodatum. Exinde non tantum cauſas hujus ſcriptionis & rationes methodi, ſed etiam ejusdem ſcopum & autores, quorum opera uſus ſim, hic in præfatione indicare atque monſtrare mecum conſtitueram. Verum enim vero, mutato hoc conſilio, aliam in occaſionem ea rejicere & multo magis totius hujus opuſculi conſpectum, ex quo omnia uno quaſi intuitu inſpicere & cognoſcere liceat, huc ponere volui. * Ceterum huic opuſculo, ut Lector Benevolus faveat & errata in eo benigno animo corrigat, etiam atque etiam rogo.

Con-

Conſpectus totius Opuſculi.

Pars Prima.

Pars Secunda.

* Vid. Tractatus noſter de eo, quod juſtum eſt circa Studia Academica inchoanda atque pertractanda, oder, was bei Ergreifung und Einrichtung Academiſcher Studien zu thun und zu laſſen erfordert werde, & quidem Tract. V. c. II. Hic Tractatus quamprimum prelo ſubjicietur.

Pars Tertia.

Pars Præliminaris.

Cap. I.

De Hiſtoria, Libris & Autoritate librorum Juris.

Cap. II.

De Juſtitia, Jurisprudentia & Jure.

III. Jus,

Cap. III.

De Interpretatione Juris ejusdemque fontibus & regulis, nec non de æquitate.

Pars Principalis.

Tract. I.

De Jure Personarum.

Cap. I.

De Statu hominum & Jure Personarum generatim.

Cap. II.

De Jure personarum ex statu naturali.

Cap. III.

De Jure personarum ex statu legali.

3. Divi-

Cap.

Cap. IV.
De Remediis f. actionibus ad Jus personarum pertinentibus.

Tract. II.
De Jure Rerum.
Cap. I.
De Rebus earum divisione & Jure generatim.

Cap. II.
De Jure in Re.

)(5 (β) Acces-

4.) Do-

Cap. III.
De Jure ad Rem.

IV. Jus

(6.)

(3.)

Tract. III.

De Modo & ratione jus suum tuendi ac persequendi in judicio.

2. Minus

(α) Su-

CORPORIS JURIS PORTATILIS,

Discentium memoriæ ac usui accommodati,

PARS PRIMA

recenset

Titulos

JURIS UNIVERSI

secundum

SERIEM RUBRICARUM.

I.

Institutiones.

I. Praecognita.

Procemium.

Liber Primus.

II. Generalia.

III. Specialia. 1. de Jure personarum.

1. De Justitia & Jure.
2. De Jure Naturali, Gentium & Civili.
3. De Jure Personarum.
4. De Ingenuis.
5. De Libertinis.
6. Quibus ex causis manumittere non licet.
7. De lege Fusia Caninia tollenda.
8. De his, qui sui vel alieni juris sunt.
9. De Patria potestate.
10. De Nuptiis.
11. De Adoptionibus.
12. Quibus modis jus patriæ potestatis solvitur.
13. De Tutelis.
14. Qui Testamento Tutores dari possunt.
15. De Legitima Agnatorum Tutela.
16. De Capitis deminutione.
17. De Legitima Patronorum Tutela.
18. De Legitima Parentum Tutela.
19. De Fiduciaria Tutela.
20. De Attiliano Tutore & eo, qui ex lege Julia & Titia dabatur.
21. De Autoritate Tutorum.
22. Quibus modis Tutela finitur.

23. De

Liber Secundus.

II. De Jure rerum.

Liber Tertius.

17. De

Liber Quartus.

II.

Pandectæ s. Digesta.

Liber I.

Pars I. De Præparatoriis Judiciorum mixtim. Libb. I-IV.

18. De

Liber II.

Liber III.

3. De Procuratoribus & Defenſoribus. II. 12.
4. Quod cujusque univerſitatis nomine vel contra eam agatur.
5. De Negotiis geſtis. II. 19.
6. De Calumniatoribus. IX. 46.

Liber IV.

1. De integrum Reſtitutionibus. Cod. II. Tit. 20. ſeqq.
2. Quod metus cauſa geſtum erit. II. 20.
3. De Dolo malo. II. 21.
4. De Minoribus 25. annis.
5. De Capite minutis.
6. Ex quibus cauſis majores 25. annis in integrum reſtituantur. II. 54.
7. De Alienatione judicii mutandi cauſa facta. II. 55.
8. De receptis, qui arbitrium receperunt, ut ſententiam dicant. II. 56.
9. Nautæ, Caupones, Stabularii, ut recepta reſtituant.

Liber V.

1. De Judiciis. Cod III. Tit. 1.
2. De inofficioſo Teſtamento. III. 28.
3. De Hereditatis Petitione. III. 31.
4. Si pars Hereditatis petatur.
5. De poſſeſſoria Hereditatis petitione.
6. De Fideicommiſſaria Hereditatis Petitione.

Liber

Liber VI.

1. De Rei vindicatione. Cod. III. Tit. 32.
2. De Publiciana in rem Actione.
3. Si Ager Vectigalis petatur. IV. 66.

Liber VII.

1. De Usufructu. Cod. III. Tit. 33.
2. De Usufructu adcrescendo.
3. Quando dies Ususfructus legati cedat.
4. Quibus modis ususfructus amittitur.
5. De Usufructu earum rerum, quæ usu consumuntur vel minuuntur.
6. Si Ususfructus petatur.
7. De Operis servorum.
8. De Usu & Habitatione.
9. Usufructuarius quomodo caveat.

Liber VIII.

1. De Servitutibus. Cod. III. Tit. 34.
2. De Servitutibus Urbanorum Prædiorum.
3. De Servitutibus Rustic. Prædiorum.
4. Communia Prædiorum.
5. Si Servitus vindicetur.
6. Quemadmodum servitut. amittantur.

Liber IX.

1. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.
2. Ad L. Aquil. Cod. III. Tit. 35.

3. De His, qui effuderint l. dejecerint.
4. De noxalibus Actionibus. III. 41.

Liber X.

1. Finium regundorum. Cod. III. Tit. 39.
2. Familiæ erciscundæ. III. 36.
3. Communi dividundo. III. 37.
4. Ad Exhibendum. III. 42.

Liber XI.

1. De Interrogationibus in jure faciendis.
2. De quibus rebus ad eundem judicem eatur.
3. De Servo corrupto.
4. De Fugitivis. Cod. VI. Tit. 1.
5. De Aleatoribus. III. 43.
6. Si Mensor falsum modum dixerit.
7. De Religiosis & sumptibus funerum. III. 44.
8. De Mortuo inferendo.

Pars III. De Judicio s. actionibus in personam ex contractibus veris tam nominatis quam innominatis. Lib. XII-XIX.

Liber XII.

1. De Rebus creditis. Cod. IV. 1. 2.
2. De jurejurando. IV. 1.
3. De in litem jurando. V. 53.
4. De Condictione causa data, causa non secuta. IV. 6.
5. De Condictione ob turpem causam. IV. 7.
6. De Condictione indebiti. IV. 5.
7. De Condictione sine causa. IV. 9.

Liber

Liber XIII.

1. De Condictione furtiva. Cod. IV. Tit. 8.
2. De Condictione ex lege. IV. 9.
3. De Condictione triticaria.
4. De eo, quod certo loco dari oportet.
5. De Pecunia conſtituta. IV. 18.
6. Commodati l. contra. IV. 23.
7. De Pigneratitia actione l. contra. IV. 24.

Liber XIV.

1. De Exercitoria Actione. Cod. IV. Tit. 25.
2. De Lege Rhodia de jactu.
3. De Inſtitoria Actione. IV. 25.
4. De Tributoria Actione.
5. Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicetur.
6. De SCto Macedoniano. IV. 28.

Liber XV.

1. De Peculio. Cod. IV. Tit. 26.
2. Quando actio de peculio annalis eſt.
3. De in rem verſo. IV. 26.
4. Quod Juſſu. IV. 26.

Liber XVI.

1. Ad Senatus Conſultum Vellejanum. Cod. IV. Tit. 29.
2. De Compenſationibus. IV. 31.
3. Depoſiti l. contra. IV. 34.

Liber XVII.

1. Mandati vel contra. Cod. IV. Tit. 35.
2. Pro Socio. IV. 37.

Liber XVIII.

1. De Contrahenda Emtione. IV. 38. 40.
2. De in diem Addictione.
3. De Lege commissoria.
4. De Hereditate vel actione vendita. IV. 39
5. De rescindenda Venditione. IV. 44. 45.
6. De Periculo & commodo rei venditæ. IV. 48.
7. De Servis exportandis. IV. 55. 57.

Liber XIX.

1. De Actione emti & venditi. Cod. IV. Tit. 49
2. Locati & Conducti. IV. 65.
3. De æstimatoria Actione.
4. De rerum Permutatione. IV. 64.
5. De præscriptis verbis & in factum Actionibus. IV. 64.

Pars IV. De Accessoriis contractuum & actionibus ex causa nuptiarum & tutelæ. Lib. XX.

Liber XX.

1. De Pignoribus. Cod. VIII. Tit. 14. 35.
2. In quibus causis pignus, vel hypotheca tacite contrahitur. VIII. 15.
3. Quæ res pignori vel hypothecæ datæ obligari non possunt. VIII. 17.

4. Qui

Liber XXI.

Liber XXII.

Liber XXIII.

Liber XXIV.

2. De

Liber XXV.

Liber XXVI.

9. Quando

Liber XXVII.

Liber XXVIII.

Pars V. De teſtamentis, codicillis, inſtitutionibus, ſubſtitutionibus, legatis,

4. De

fideicommissis, eorum speciebus, &c. Lib. XXIX-XXXVI.

4. De his, quæ in testamento delentur.
5. De Heredibus instituendis. VI. 24. 27.
6. De vulgari & pupillari Substitutione. VI. 26.
7. De Conditionibus Institutionum.
8. De Jure deliberandi. VI. 30.

Liber XXIX.

1. De Testamento militis. Cod. VI. 21.
2. De adquirenda l. omittenda Hereditate. V. 31.
3. Quemadmodum Testamenta aperiantur. VI. 32.
4. Si quis omissa causa testamenti ab intestato l. alio modo possideat hereditatem. VI. 39.
5. De SCto Syllaniano & Claudiano. VI. 35.
6. Si quis aliquem testari prohibuerit. VI. 34.
7. De jure Codicillorum. VI. 36.

Liber XXX.

De Legatis & Fideicommissis. Cod. VI. Tit. 37. 42. 43.

Liber XXXI.

De Legatis & Fideicommissis. Cod. VI. 48.

Liber XXXII.

De Legatis & Fideicommissis.

Liber XXXIII.

1. De annuis Legatis.
2. De Usu & Usufructu per legatum datis.
3. De Servitute legata.
4. De Dote prælegata.
5. De Optione legata.
6. De tritico, vino & oleo legato.
7. De Instructo l. instrumento legato.
8. De Peculio legato.
9. De Penu legata.
10. De Supellectile legata.

Liber XXXIV.

1. De Alimentis l. cibariis legatis.
2. De Auro, Argento, mundo, ornamentis, unguentis, veste l. vestimentis & statutis legatis.
3. De liberatione legata.
4. De adimendis & transferendis Legatis.
5. De Rebus dubiis.
6. De his, quæ pœnæ causa relinquuntur.
7. De Regula Catoniana.
8. De iis, quæ pro non scriptis habentur.
9. De his, quæ ut indignis auferuntur. Cod, VI. 35.

Liber XXXV.

1. De Conditionibus & demonstrationibus & causis & modis eorum, quæ in testamento scribuntur. Cod, VI. Tit. 46. 45. 44.

2. Ad L. Falcidiam. V. 49.
3. Si cui plus, quam per L. Falcidiam liceret, legatum esse dicetur.

Liber XXXVI.

1. Ad SCtum Trebellianum & Pegasianum. Cod. VI. 49.
2. Quando Dies legatorum & fideicommissorum cedat. VI. 53.
3. Ut Legatorum seu fideicommissorum servandorum causa caveatur. VI. 53.
4. Ut in possessionem Legatorum vel fideicommissorum servandorum causa esse liceat. VI. 54.

Liber XXXVII.

Pars VI. De Bonorum possessionibus ratione liberti, eique relati. Lib. XXXVII-XLIV.

1. De Bonorum Possessionibus.
2. Si Tabulæ testamenti extabunt.
3. De Bonorum Possessione furioso, infanti, muto, surdo cœco competente.
4. De Bonorum Possessione contra tabulas. Cod. VI. Tit. 12. 13.
5. De Legatis præstandis contra tabulas bonorum possessione Petita.
6. De Collatione Bonorum. VI. 20.
7. De Collatione Dotis.
8. De conjungendis cum emancipato liberis ejus.
9. De Ventre in Possessionem mittendo.
10. De Carboniano Edicto. VI. 17.

11. De

Liber XXXVIII.

Liber XXXIX.

1. De Operis novi nuntiatione. Cod. VIII. Tit. 11.
2. De Damno infecto.
3. De Aqua & aquæ pluviæ arcendæ. III. 34.
4. De Publicanis. IV. 61 62
5. De Donationibus. VIII. 54. 55. 56.
6. De mortis causa Donationibus. VIII. 57.

Liber XL.

1. De Manumissionibus.
2. De Manumissis vindicta. Cod. VII. Tit. 1.
3. De Manumissionibus, quæ servis ad universitatem pertinentibus imponuntur. VII. 9.
4. De Manumissis testamento. VII. 2.
5. De Fideicommissariis libertatibus. VII 4.
6. De Ademptione libertatis.
7. De Statuliberis.
8. Qui sine manumissione ad libertatem perveniunt.
9. Qui & à quibus manumissi liberi non fiunt. VII. 11.
10. De jure aureorum annulorum. VI. 8.
11. De Natalibus restituendis. VI. 8.
12. De liberali causa. VII. 16.
13. Quibus ad libertatem proclamare non liceat. VII. 18
14. Si ingenuus esse dicatur.

15. Ne

15. Ne de statu defunctorum post quinquennium quæratur. VII. 21.
16. De Collusione detegenda. VII. 20.

Liber XLI.

1. De adquirendo rerum Dominio.
2. De adquirenda vel amittenda Possessione. Cod. VII. Tit. 32.
3. De Usurpationibus & Usucapionibus. VII. 31. conf. L. 46.
4. Pro Emtore. VII. 26.
5. Pro Herede. VII. 29.
6. Pro Donato. VII. 27.
7. Pro Derelicto.
8. Pro Dote. VI. 28.
9. Pro Suo.

Liber XLII.

1. De Re judicata. Cod VII. Tit. 42. seqq.
2. De Confessis. VII. 59.
3. De Cessione bonorum. III. 71.
4. Quibus ex causis in possessionem eatur.
5. De rebus autoritate judicis possidendis s. vendundis. VII. 72. conf. L. 16.
6. De Separationibus.
7. De Curatore bonis dando.
8. Quæ in fraudem creditorum facta sunt. VII. 75.

Liber XLIII.

28. De

28. De Glande legenda.
29. De libero homine exhibendo.
30. De Liberis exhibendis, VIII. 8.
31. Utrubi.
32. De Migrando.
33. De Salviano interdicto. VIII. 9.

Liber XLIV.

1. De Exceptionibus & Præscriptionibus. Cod. VIII. Tit. 36.
2. De Exceptione rei judicatæ.
3. De diversis temporalibus Præscriptionibus. VIII. a 33 - 40.
4. De doli mali & metus Exceptione.
5. Quarum rerum actio non datur.
6. De Litigosis. VIII. 37.
7. De Obligationibus & Actionibus.

Liber XLV.

Pars VII. De accessione obligationum. Lib. XLV. L.

1. De Verborum Obligationibus. Cod. VIII. 38.
2. De duobus Reis constituendis. VIII. 40.
3. De Stipulatione servorum.

Liber XLVI.

1. De Fidejussoribus & Mandatoribus. Cod. VIII. 41.
2. De Novationibus & Delegationibus. VIII. 42.

Liber XLVII.

Liber

Liber XLVIII.

Liber XLIX.

Liber

Liber L.

III. Codex Repetitæ Prælectionis.

Liber I.

11. De

11. De Paganis, & sacrificiis, & templis.
12. De His, qui ad Ecclesiam confugiunt, vel ibi exclamant, & ne quis ab ea extrahatur.
13. De his, qui in Ecclesia manumittuntur.
14. De Legibus, & Constitutionibus Principum, & Edictis.
15. De Mandatis Principum.
16. De Senatus Consultis.
17. De veteri jure enucleando, & de autoritate jurisprudentium, qui in digestis referuntur.
18. De juris & facti ignorantia.
19. De precibus Imperatori offerendis, & de quibus rebus supplicare liceat l. non.
20. Quando libellus Principi datus, litis contestationem faciat.
21. Ut lite pendente, vel post provocationem aut definitivam sententiam nulli liceat Imperatori supplicare.
22. Si contra jus l. utilitatem publicam, vel per mendacium fuerit aliquid postulatum vel impetratum.
23. De diversis Rescriptis, & pragmaticis sanctionibus.
24. De Statuis & imaginibus.
25. De his, qui ad statuas confugiunt.
26. De officio præfecti Prætorio, Orientis & Illyrici.
27. De Officio Præfecti prætorio Africæ, & de omni ejusdem diæceseos statu.
28. De Officio Præfecti urbi.

52. De Annonis, & capitatione administrantium & eorum Adsessorum aliorumve publicas sollicitudines gerentium l. eorum, qui aliquas dignitates consecuti sunt.
53. De contractibus Judicum l. eorum, qui sunt circa eos: & inhibendis donationibus in eos faciendis, & ne administrationis tempore proprias ædes ædificent sine sanctione pragmatica.
54. De modo multarum, quæ à judicibus infliguntur.
55. De Defensoribus Civitatum.
56. De Magistratibus municipalibus.
57. De Officio Juridici Alexandriæ.

Liber II.

1. De Edendo.
2. De in jus vocando.
3. De Pactis.
4. De Transactionibus.
5. De Errore Calculi.
6. De Postulando.
7. De Advocatis diversorum judiciorum.
8. De Advocatis diversorum judicum.
9. De Advocatis Fisci.
10. De Errore Advocatorum, vel libellos seu preces concipientium.
11. Ut quæ desunt Advocatis partium, judex suppleat.
12. Ex quibus causis infamia irrogatur.

13. De

33. Si

Liber III.

11. De

11. De Dilationibus.
12 De Feriis.
13 De jurisdictione omnium judicum & de foro competenti.
14. Quando imperator inter Pupillos & viduas, vel alias miserabiles personas cognoscat: & ne exhibeantur.
15. Ubi de Criminibus agi oporteat.
16. Ubi de Possessione agi oporteat.
17. Ubi fideicommissum peti oporteat.
18. Ubi conveniatur, qui certo loco dare promisit.
19. Ubi in rem actio exerceri debeat.
20. Ubi de Hereditate agatur, vel ubi heredes scripti in possessionem mitti postulare debeant.
21. Ubi de ratiociniis tam publicis, quam privatis agi oporteat.
22. Ubi causa status agi debeat.
23. Ubi quis de curiali vel cohortali, aliave conditione conveniatur.
24. Ubi senatores vel clarissimi civiliter, vel criminaliter conveniantur.
25. In quibus causis militantes fori præscriptione uti non possunt.
26. Ubi causæ fiscales, vel divinæ domus, hominumque ejus agantur.
27. Quando liceat unicuique sine judice se vindicare l. publicam devotionem.
28. De inofficioso Testamento.
29. De inofficiosis Donationibus.
30. De inofficiosis Dotibus.

31. De Petitione hereditatis.
32. De Rei Vindicatione.
33. De Usufructu, & Habitatione & Ministerio Servorum.
34. De Servitutibus & Aqua.
35. De Lege Aquilia.
36. Familiæ Erciscundæ.
37. Communi dividundo.
38. Communia utriusque judicii tam Familiæ Erciscundæ, quam communi dividundo.
39. Finium regundorum.
40. De Consortibus ejusdem litis.
41. De Noxalibus Actionibus.
42. Ad Exhibendum.
43. De Aleatoribus & Alearum Lusu.
44. De Religiosis & Sumptibus Funerum.

Liber IV.

1. De Rebus creditis & jurejurando.
2. Si certum petatur.
3. De Suffragio.
4. De prohibita Sequestratione Pecuniæ.
5. De Condictione indebiti.
6. De Condictione ob causam datorum.
7. De Condictione ob turpem causam.
8. De Condictione Furtiva.
9. De Condictione ex Lege, & sine causa vel injusta causa.
10. De Obligationibus & Actionibus.

11. Ut Actiones & ab Heredibus, & contra Heredes incipiant.
12. Ne Uxor pro Marito, vel Maritus pro Uxore, vel Mater pro Filio conveniatur.
13. Ne Filius pro Patre, vel Pater pro Filio emancipato, vel Libertus pro Patrono, vel Servus pro Domino conveniatur.
14. An Servus pro ſuo Facto poſt Manumiſſionem teneatur.
15. Quando Fiſcus vel privatus Debitoris ſui Debitores convenire poſſit vel debeat.
16. De Hereditariis Actionibus.
17. Ex Delictis Defunctorum in quantum Heredes conveniantur.
18. De Conſtituta Pecunia.
19. De Probationibus.
20. De Teſtibus.
21. De Fide Inſtrumentorum, & Amiſſione eorum, & de Apochis & Antapochis faciendis, & de his quæ ſine Scriptura fieri poſſunt.
22. Plus valere quod agitur, quam quod ſimulate concipitur.
23. De Commodato.
24. De Pigneratitia Actione.
25. De inſtitoria & exercitoria Actione.
26. Quod cum eo, qui in aliena Poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicetur, l. de Peculio, ſive quod juſſu, aut de in rem verſo.
27. Per quas Perſonas nobis adquiratur.

Liber V.

20. Ne

62. De

Liber VI.

6. De

27. De necessariis, Servis, Heredibus instituendis vel substituendis.
28. De Liberis præteritis, vel exheredatis.
29. De Posthumis Heredibus instituendis, vel exheredandis vel præteritis.
30. De Jure Deliberandi, & de adeunda vel adquirenda hereditate.
31. De repudianda l. abstinenda hereditate.
32. Quemadmodum Testamenta aperiantur, inspiciantur, & describantur.
33. De Edicto Divi Hadriani tollendo, & quemadmodum scriptus Heres in Possessionem mittatur.
34. Si quis aliquem testari prohibuerit, vel coëgerit.
35. De his, quibus ut indignis Hereditates auferuntur, ad SCtum Silanianum.
36. De Codicillis.
37. De Legatis.
38. De Verborum & Rerum Significatione.
39. Si omissa sit causa testamenti.
40. De indicta Viduitate & Lege Julia Miscella tollenda.
41. De his, quæ pœnæ nomine in testamento vel codicillis scribuntur l. relinquuntur.
42. De Fideicommissis.
43. Communia de Legatis & Fideicommissis & de in rem missione tollenda.
44. De falsa causa adjecta legato vel fideicommisso.

45. De

Liber

Liber VII.

Liber

Liber VIII.

Liber IX.

32. De

Liber X.

4. De Venditione Rerum fiſcalium cum privatis communium.
5. Ne fiſcus rem, quam vendidit, evincat.
6. De his, qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam accepere.
7. Pœnis Fiſcalibus Creditores præferri.
8. De Fiſcalibus Uſuris.
9. De Sententiis adverſus fiſcum latis retractandis.
10. De Bonis vacantibus, & de Incorporatione.
11. De Delatoribus.
12. De Petitionibus Bonorum ſublatis.
13. De his, qui ſe deferunt.
14. Si Liberalitatis Imperialis Socius ſine Herede deceſſerit.
15. De Theſauris.
16. De Annonis & Tributis.
17. De Indictionibus.
18. De Superindicto.
19. De Exactoribus Tributorum.
20. De Superexactionibus.
21. De capiendis & diſtrahendis pignoribus tributorum cauſa.
22. De Apochis publicis & de Deſcriptionibus curialibus & de Diſtributionibus civilibus.
23. De Canone largitionalium titulorum.
24. Ne operæ a collatoribus exigantur.
25. De Immunitate nemini concedenda.
26. De conditis in publicis horreis.

27. Ut

27. Ut nemini liceat in Emtione Specierum se excusare, & de Munere Sitocomiæ.
28. De collatione datorum, l. relevatorum aut translatorum, seu adæratorum.
29. De Collatione Æris.
30. De Discussoribus.
31. De Decurionibus & Filiis eorum, & qui Decuriones habeantur, & quibus modis à fortuna curiæ liberentur.
32. Si Servus aut Libertus ad decurionatum aspiraverit.
33. De Prædiis Decurionum sine Decreto non alienandis.
34. Quando & quibus quarta pars debetur ex bonis decurionum, & de modo distributionis eorum.
35. De imponenda lucrativa descriptione.
36. De præbendo Salario.
37. Si curialis relicta civitate rus habitare maluerit.
38. De Municipibus & Originariis.
39. De Incolis, & ubi quis Domicilium habere videtur, & de his qui Studiorum causa in aliena civitate degunt.
40. De Muneribus & Honoribus non continuandis inter Patrem & Filium, & de Intervallis.
41. De Muneribus Patrimoniorum.
42. Quemadmodum civilia munera indicuntur.
43. De his, qui sponte publica munera subeunt.

63. De Legationibus.
64. De Excusationibus artificum.
65. De potioribus ad munera nominandis.
66. Si propter inimicitias creatio facta sit.
67. De sumptuum recuperatione.
68. Si post creationem quis decesserit.
69. De Tabulariis, Scribis, Logographis, & Censualibus.
70. De Susceptoribus, Præpositis & Arcariis.
71. De Ponderatoribus & auri illatione.
72. De auri publici persecutoribus.
73. De his, quæ ex publica collatione illata sunt, non usurpandis.
74. De Auro coronario.
75. De Irenarchis.
76. De argenti pretio, quod thesauris infertur.

Liber XI.

1. De Naviculariis, seu Naucleris publicas species transportantibus & de tollenda lustralis auri collatione.
2. De Prædiis & omnibus rebus naviculariorum.
3. De Navibus non excusandis.
4. Ne quid oneri publico imponatur.
5. De Naufragiis.
6. De Metallariis & metallis & procuratoribus metallorum.

7. De

Liber XII.

collatione, & gleba & folii, & septem solidorum functione sublata.

3. De Consulis & non spargendis ab his pecuniis, & de præfectis, & Magistris militum, & patriciis.

4. De Præfectis prætorio, sive urbi, & Magistris militum in dignitatibus exæquandis.

5. De Præpositis sacri cubiculi, & de omnibus cubiculariis, & privilegiis eorum.

6. De Quæstoribus & Magistris Officiorum & Comitibus sacrarum largitionum, & rei privatæ.

7. De Primicerio & Secundicerio, & Notariis.

8. Ut Dignitatum Ordo servetur.

9. De Magistris sacrorum scriniorum.

10. De Comitibus consistorianis.

11. De Comitibus & Tribunis Scholarum.

12. De Comitibus rei militaris.

13. De Comitibus & Archiatris sacri palatii.

14. De Comitibus, qui Provincias regunt.

15. De Professoribus, qui in Urbe Constantinopolitana docentes ex lege meruerunt comitivam.

16. De Silentiariis, & Decurionibus eorum.

17. De Domesticis & Protectoribus.

18. De Præpositis Laborum.

19. De Proximis sacrorum scriniorum cæterisque, qui in sacris Scriniis militant.

20. De Agentibus in rebus.

21. De Præpositis agentium in rebus.

IV. No-

IV. Novellæ.

Collatio Prima.

1. De Heredibus & Falcidia, si Heres solvere Legata noluerit.
2. De non eligendo secundo nubentes Mulieres, & Alienatione, & Lucro Antenuptialis Donationis, & de Successionibus earum Filiis suis.
3. Ut determinatus sit Numerus Clericorum sanctissimæ majoris Ecclesiæ, &c.
4. De Fidejussoribus & Mandatoribus, Sponsoribus & Solutionibus.
5. De Monachis.
6. Quomodo oporteat Episcopos, & Reliquos Clericos ad Ordinationem adduci, &c.

Collatio Secunda.

7. De non alienandis aut permutandis Ecclesiasticis Rebus immobilibus, aut in Specialem Hypothecam dandis, &c.
8. Ut Judices sine quoquo Suffragio fiant. Jusjurandum, quod præstatur ab his, qui Administrationes accipiunt.
9. Ut etiam Ecclesia Romana centum Annorum gaudeat Præscriptione.

Collatio Tertia.

Collatio Quarta.

30. De

Collatio Quinta.

58. Ut

Collatio Sexta.

84. De

Collatio Septima.

Collatio Octava.

114. Ut

114. Ut Divinæ Jussiones Subscriptionem habeant Gloriosissimi Quæstoris.

115. Ut eum de Appellatione cognoscitur, secundum illas Leges debeat judicari, quæ Tempore latæ Sententiæ & Suggestionis obtinebant, &c.

116. Ut neque Miles, neque Fœderatus observetur Domui privatæ, aut Possessione alicujus.

117. Ut liceat Matri & Aviæ & aliis Parentibus post legitimam Partem Liberis derelictam, &c.

Collatio Nona.

118. De Heredibus ab intestato venientibus, & de Agnatorum Jure sublato.

119. Ut Sponsalitia Largitas specialis sit Contractus, & de diversis Capitulis.

120. De Alienatione & Emphyteusi, & Locatione, & Hypothecis & aliis diversis Contractibus, &c.

121. Ut Particulares Usurarum Solutiones in duplum computentur.

122. Edictum Pientissimi Domini nostri Justiniani, de Formula Artificum.

123. De Sanctiss. Episcopis, & Deo amabilib. & reverendissimis Clericis & Monachis.

124. Ut Litigantes jurent in Exordio Litis, quia neque promiserunt dare Judicibus, neque dabunt; & de Sportulis, &c.

125. Ut

125. Ut Judices non expectent sacras Jussiones, sed quæ videntur eis decernant.
126. Exemplum sacræ Formæ de Appellationibus.
127. Ut Fratrum Filii succedant paternæ Hereditati ad Imitationem Fratrum etiam ascendentibus extantibus, & ut Mulieres, &c.
128. De Collatoribus & aliis Capitulis.
129. De Samaritis.
130. Quomodo oporteat Milites transitum in Civitatibus facere & de Introitu.
131. De Ecclesiasticis Titulis & Privilegiis, aliisque Capitulis.
132. De interdictis Collegiis Hæreticorum.
133. Quomodo oporteat Monachos vivere.
134. Ut nulli Judicum liceat habere Loci Servatorem, nisi certis ex Causis Divinæ concesserit Jussio.
135. Ne quis cogatur Bonis cedere.
136. De Argentariorum Contractibus.
137. De Ordinatione Episcoporum & Clericorum.
138. Interpretatio, quomodo, quæ duplum excedunt usuræ, non præbeantur.
139. Indulgentia illicite contractarum Nuptiarum.
140. Ut Consensu Matrimonium solvi possit.
141. Edictum de his, qui luxuriantur contra Naturam.
142. De his, qui Eunuchos faciunt.

143. De

162. Sacra Forma transmissa Dominico gloriosiss. Præfecto, de diversis Capitulis.
163. De Relevatione Tributorum publicorum.
164. De Heredibus.
165. Generalis Forma de Prospectu in Mare, &c.
166. Forma Præfectorum prima, περὶ ἐπιβολῶν. De Adjectionibus, &c.
167. Forma PP. vicesima quarta, γενικὸς τύπος περὶ νομῆς πῶς δεῖ, &c.
168. Forma PP. secund. γενικὸς τύπος περὶ ὁμοδούλων, i. e. De hominibus, qui eidem Domino subjecta prædia possident.

V. Decretales.

Liber Primus.

1. De summa Trinitate & Fide.
2. De Constitutionibus.
3. De Rescriptis.
4. De Consuetudine.
5. De Postulatione Prælatorum.
6. De Electione & electi Potestate.
7. De Translatione Episcopi.
8. De Autoritate & Usu Pallii.
9. De Renunciatione.
10. De supplenda Negligentia Prælatorum.

11. De

Liber Secundus.

Liber Tertius.

12. Ut ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.
13. De Rebus Ecclesiæ non alienandis.
14. De Precariis,
15. De Commodato.
16. De Deposito.
17. De Emtione & Venditione,
18. De Locato & Conducto.
19. De Rerum permutatione.
20. De Feudis.
21. De Pignoribus & aliis cautionibus.
22. De Fidejussoribus.
23. De Solutionibus.
24. De Donationibus.
25. De Peculio Clericorum.
26. De Testamentis,
27. De Successionibus ab intestato,
28. De Sepulturis.
29. De Parœciis & alienis Parœcianis.
30. De Decimis, Primitiis & Obligationibus.
31. De Regularibus & transeuntibus ad Religionem,
32. De Conversione Conjugatorum.
33. De Conversione infidelium.
34. De Voto & voti redemtione.
35. De Statu Monachorum & Canonicorum regularium.
36. De religiosis Domibus, ut Episcopo sint subjectæ,
37. De Capellis Monachorum & aliorum Religiosorum.

38. De

38. De jure Patronatus.
39. De Censibus, Exactionibus & Procurationibus.
40. De Consecratione Ecclesiæ l. Altaris.
41. De Missarum Celebratione & Sacramento Eucharistiæ, & divinis officiis.
42. De Baptismo & ejus effectu.
43. De Presbytero non baptizato.
44. De custodia Eucharistiæ & aliorum Sacramentorum.
45. De Reliquiis & veneratione Sanctorum.
46. De Observatione jejuniorum.
47. De Purificatione post partum.
48. De Ecclesiis ædificandis & reparandis.
49. De immunitate Ecclesiarum, cœmeterii & rerum eas pertinentium.
50. Ne Clerici vel Monachi se secularibus negotiis immisceant.

Liber Quartus.

1. De Sponsalibus & Matrimoniis.
2. De Desponsatione impuberum.
3. De Clandestina Desponsatione.
4. De Sponsa duorum.
5. De Conditionibus appositis.
6. Qui Clerici vel voventes Mattrimonium contrahere possint.
7. De eo, qui duxit in mattrimonium, quam polluit, per adulterium.

Liber Quintus.

5. De

5. De Magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.
6. De Judæis, Saracenis & eorum servis.
7. De Hæreticis.
8. De Schismaticis & ordinatis ab eis.
9. De Apostatis & reiterantibus Baptisma.
10. De his, qui filios occiderunt.
11. De Infantibus & languidis expositis.
12. De Homicidio voluntario l. casuali.
13. De Torneamentis.
14. De Clericis pugnantibus in duello.
15. De Sagitariis.
16. De Adulterio & Stupro.
17. De Raptoribus, Incendiariis & Violatoribus Ecclesiarum.
18. De Furtis.
19. De Usuris.
20. De Crimine falsi.
21. De Sortilegiis.
22. De Collusione detegenda.
23. De Delictis Puerorum.
24. De Clerico venatore.
25. De Clerico percussore.
26. De Maledicis.
27. De Clerico excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante.
28. De Clerico non ordinato ministrante.
29. De Clerico per saltum promoto.
30. De eo, qui furtive ordinem susceperit.
31. De Excessibus Prælatorum & Subditorum.

32. De novi operis Nunciatione.
33. De Privilegiis & excessibus privilegiorum.
34. De Purgatione Canonica.
35. De Purgatione vulgari.
36. De Injuriis & damno dato.
37. De Pœnis.
38. De Pœnitentiis & Remissionibus.
29. De Sententia excommunicationis.
40. De Verborum Significatione.
41. De Regulis Juris.

COR-

CORPORIS JURIS PORTATILIS,

Diſcentium memoriæ ac uſui accommodati,

PARS SECUNDA

ſiſtit

Axiomata

JURIS UNIVERSI

Secundum

Librorum atque Titulorum ordinem.

I.
Institutiones.
Axiomata ex Institutionibus.
Ex Procemio.

1. Imperatoriam Majestatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam. Procem. pr.
2. Institutiones sunt totius legitimæ scientiæ prima elementa, Procem. §. 4.

Ex Lib. I. Tit. II. de Jure Naturali, Gentium & Civili.

1. Quod quisque populus ipse sibi jus constituit, id ipsius civitatis proprium est, vocaturque Jus civile, quasi jus proprium ipsius Civitatis. §. 1. Inst. h.
2. Quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes peræque custoditur, vocaturque Jus gentium, quasi quo jure omnes gentes utantur. §. eod. Inst. h.
3. Usu exigente & humanis necessitatibus, gentes humanæ jura quædam sibi constituerunt. §. 2. Inst h.
4. Naturalia jura, quæ apud omnes gentes peræque observantur, divina quadam providentia constituta, semper firma atque immutabilia permanent, §. 11. Inst. h.

Ex Lib. I. Tit. IV. de Ingenuis.

1. Non debet calamitas matris ei nocere, qui in ventre eſt. Pr. Inſt. h.
2. Natalibus non officere poteſt manumiſſio. §. 1. Inſt. h.

Ex Lib. I. Tit. VI quibus ex Cauſis manumittere non licet.

1. Sæpe de facultatibus ſuis amplius, quam in his eſt, ſperant homines. §. 3. Inſt. h.
2. Libertas inæſtimabilis res eſt. §. 7. Inſt. h.

Ex Lib. I. Tit. IIX. de his, qui ſui l. alieni juris ſunt.

1. Quodcunque per ſervum adquiritur, id Domino adquiritur. §. 1. Inſt. h.
2. Expedit Reipublicæ, ne ſua re quis male utatur. §. 2. Inſt. h.

Ex Lib. I. Tit. XI. de Adoptionibus.

1. Adoptio naturam imitatur & pro monſtro eſt, ut major ſit filius, quam pater. §. 4. Inſt. h.
2. Fœminæ Liberos in ſua poteſtate non habent. §. 10. Inſt. h.

Ex Lib. I. Tit. XII. quibus modis jus patriæ poteſtatis ſolvitur.

Qui in poteſtate parentis ſunt, mortuo eo, ſui juris fiunt. Pr. Inſt. h.

Ex

Ex Lib. I. Tit. XIV. qui Testamento Tutores dari possunt.

1. Personæ, non rei vel causæ, tutor datur. §. 4. Inst. h.
2. Aliter filii, aliter nepotes appellantur. §. 5. Inst. h.

Ex Lib. I. Tit. XVII. de Legitima Patronorum Tutela.

Plerumque ubi successionis est emolumentum, ibi & Tutelæ Onus esse debet. § un. Inst. h.

Ex Lib. I. Tit. XX. de Attiliano Tutore & eo, qui ex L. Julia & Titia dabatur.

Naturali juri Tutela conveniens est, ut is, qui perfectæ ætatis non est, alterius tutela regatur. §. 6. Inst. h.

Ex Lib. I. Tit. XXI. de Autoritate Tutorum.

1. Placuit meliorem quidem conditionem licere pupillis facere, etiam sine tutoris autoritate: deteriorem vero non aliter, quam cum tutoris autoritate. Pr. Inst. h.
2. Tutor in rem suam auctor esse non potest. §. 3. Inst. h.

Ex Lib. I. Tit. XXII. quibus modis Tutela finitur.

Pupilli pupillæque, cum puberes esse cæperint, a tutela liberantur. Pr. Inst. h.

Ex Lib. I. Tit. XXIII. de Curatoribus.

Habenti tutorem, tutor dari non potest. §. 5. Inst. h.

Ex lib. I. Tit. XXV. de Excusationibus Tutorum l. Curatorum.

1. Tutela & Cura publicum munus est. Pr. Inst. h.
2. Hi, qui pro Republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur. Pr. Inst. h.
3. Incivile est eos, qui alieno consilio in rebus suis administrandis egere noscuntur & ab aliis reguntur, aliorum Tutelam l. Curam subire. §. 13. Inst. h.

Ex Lib. I. Tit. XXVI. de suspectis Tutoribus l. Curatoribus.

Satisdatio Tutoris propositum malevolum non mutat, sed diutius grassandi in re familiari, facultatem præstat. §. 12. Inst. h.

Ex Lib. II. Tit. I. de Rerum Divisione & adquirendo ipsarum Dominio.

1. Quod ante nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur. § 12. Inst. h.
2. Absurdum visum est, hominem in fructu esse, cum omnes fructus rerum natura, gratia hominis comparaverit. §. 37. Inst. h.
3. Nihil tam conveniens naturali æquitati, quam voluntatem Domini volentis, rem suam in alium transferre, ratam haberi, §. 40. Inst. h.

Ex

Ex Lib. II. Tit. III. de Servitutibus rusticorum & urbanorum prædiorum.

Nemo potest servitutem adquirere urbani l. rustici prædii, nisi qui prædium habet. §. 3. Inst. h.

Ex Lib. II. Tit. VI. de Usucapionibus & longi temporis præscriptionibus.

Furtum sine affectu furandi non committitur. §. 2. Inst. h.

Ex Lib. II. Tit. VII. de Donationibus.

1. Mortis causa donationes ad exemplum Legatorum redactæ sunt per omnia. §. 1. Inst. h.
2. Libertatis favore legislatores multa contra communes regulas juris statuerunt. §. 4. Inst. h.

Ex Lib. II. Tit. VIII. quibus alienare licet vel non.

Maritus rem dotalem immobilem, ne quidem consentiente uxore, alienare potest. Pr. Inst. h.

Ex Lib. II. Tit. IX. per quas personas cuique adquiritur.

1. Qui in potestate alterius est, nihil suum habere potest §. 3. Inst. h.
2. Quicquid ex re nostra adquiritur, id nobis adquiritur. §. 4. Inst. h.
3. Per extraneam personam nihil adquiri potest. §. 5. Inst. h.

Ex

Ex Lib. II. Tit. XIII. de Exheredatione Liberorum.

Qui filium in potestate habet, curare debet, ut eum hæredem instituat vel exheredem eum nominatim faciat, alioqui, si eum silentio præterierit, inutiliter testabitur. Pr. Inst. h.

Ex Lib. II. Tit. XIV. de Heredibus instituendis.

1. Nondum adita hereditas vicem personæ defuncti sustinet. §. 2. Inst. h.
2. Idem ex parte testatus & ex parte intestatus decedere nequit, nisi sit miles. §. 5. Inst. h.
3. Impossibilis Conditio in ultimis voluntatibus pro non adscripta habetur. §. 5. Inst. h.

Ex Lib. II. Tit. XVII. quibus modis Testamenta infirmentur.

1. Imperfectum testamentum sine dubio nullum est. §. 7. Inst. h.
2. Licet Princeps legibus solutus sit, attamen legibus sæpe vivit. §. 8. Inst. h.

Ex Lib. II. Tit. XIX. de Heredum qualitate & differentia.

1. Sui Heredes vivo quoque patre quodammodo Domini rerum paternarum existimantur. §. 2. Inst. h.
2. Qui hereditati semel se imiscuit, eamve adiit, postea relinquendæ hereditatis facultatem non habet. §. 5. Inst. h.

Ex

Ex Lib II. Tit. XX de Legatis.

1. Omnia legata sunt fidei commissis particularibus exæquata. §. 3. Inst. h.
2. Semper necessitas probandi incumbit illi, qui agit. §. 4. Inst. h.
3. Duæ lucrativæ causæ in eundem hominem & eandem rem concurrere non possunt. §. 6 Inst. h.
4. Quod proprium est alicujus, amplius ejus fieri non potest. §. 10. Inst. h.
5. Plus valet, quod in veritate est, quam quod in opinione. §. 11. Inst. h.
6. Nomina significandorum hominum gratia reperta sunt: qui si alio quolibet modo intelligantur, nihil interest. § 29. Inst. h.
7. Falsa demonstratio (supervacua) aut falsa causa (impulsiva) legato adjecta, eidem non nocet. § 30. & 31. Inst. h.
8. Incivile est, Scripturæ ordinem sequi, spernere autem Testatoris Voluntatem. §. 34. Inst. h.

Ex Lib. II. Tit. XXIII. de fideicommissariis Hereditatibus ad SCtum Trebellianum.

9. In Legibus magis simplicitas, quam difficultas placet. §. 7. Inst. h.

Ex Lib. II. Tit. XXIV. de singulis rebus per fideicommissum relictis.

Non potest quisquam rogari, ut alicui restituat plus, quam ipse acceperit. §. 1. Inst. h.

Ex

Ex Lib. II. Tit. XXV. de Codicillis.

Codicillis hereditas directo neque dari, neque adimi potest. §. 2. Inst. h.

Ex Lib. III. Tit. XVI. de Verborum Obligationibus.

1. Totus dies solutionis arbitrio solventis tribui debet, neque enim certum est, eo die, in quem promissum est, datum non esse, priusquam is praeterierit. §. 2. Inst. h.
2. Quae per rerum naturam sunt certa, non morantur obligationem, licet apud nos incerta sunt. §. 6. Inst. h.

Ex Lib. III. Tit. XVII. de duobus Reis stipulandi & promittendi.

In Obligationibus correalibus correis credendi singulis solidum debetur & correi debendi singuli solidum debent. §. 1. Inst. h.

Ex Lib. III. Tit. XX. de inutilibus stipulationibus.

1. Pater & filius habentur pro eadem persona in iis causis, in quibus per filium patri adquiritur. §. 4. Inst. h.
2. Mutum neque stipulari, neque promittere posse palam est, quod & in surdo receptum est. §. 7. Inst. h.
3. Furiosus nullum negocium gerere potest. §. 8. Inst. h.
4. Infans & infantiae proximus non multum a furioso distat. §. 9. Inst. h.

5. Nemo

5. Nemo rem ſuam futuram in eum caſum, quo ſua ſit utiliter ſtipulatur. §. 21. Inſt. h.

4. Quod turpi ex cauſa promiſſum eſt, non valet. §. 23. Inſt. h.

Ex Lib. III. Tit. XXI. de Fidejuſſoribus.

1. Fidejuſſor non tantum ipſe obligatur, ſed etiam heredem relinquit obligatum. §. 2. Inſt. h.
2. Fidejuſſor & præcedere obligationem & ſequi poteſt. §. 3. Inſt. h.
3. Si plures ſint fidejuſſores, quot erunt numero, ſinguli in ſolidum tenentur. §. 4. Inſt. h.
4. Non plus in acceſſione poteſt eſſe, quam in principali obligatione. §. 5. Inſt. h.
5. Plus eſt ſtatim aliquid dare, minus eſt poſt tempus aliquid dare. § 5. Inſt. h.

Ex Lib. III. Tit. XXVII. de Mandato.

1. Ex commendatione & conſilio generali nulla naſcitur obligatio. §. 6. Inſt. h.
2. Mandatum non eſt obligatorium, quod contra bonos mores eſt. §. 7. Inſt. h.

Ex Lib. III. Tit. XXX. quibus modis tollitur Obligatio.

1. Acceptilatio eſt imaginaria ſolutio. §. 4. Inſt. h.
2. Obligationes, quæ conſenſu contrahuntur, contraria voluntate diſſolvuntur. §. 4. Inſt. h.

Ex Lib. IV. Tit. IV. de Injuriis.

Defendi uxores a viris, non viros ab uxoribus, æquum est. §. 11. Inst. h.

Ex Lib. IV. Tit. VI. de Actionibus.

1. Necessariæ impensæ dotem ipso jure minuunt. §. 39. Inst. h.
2. Inhumanum est spoliatum fortunis suis in solidum damnari, §. 42. Inst. h.

Ex Lib. IV. Tit. IIX. de noxalibus Actionibus.

1. Omnis noxalis actio caput sequitur. §. 5. Inst. h.
2. Inter Dominum & servum nulla obligatio nasci potest. § 6. Inst. h.

Ex Lib. IV. Tit. XII. de perpetuis & temporalibus Actionibus.

1. Actiones ex delictis ob læsum patrimonium competentes dantur heredibus, sed non adversus heredes, nisi quatenus ad eos quid pervenit. §. 1. Inst. h.
2. Actiones ex delictis ob læsam personam seu ad meram vindictam competentes, neque dantur heredibus, neque adversus heredes. §. 1. Inst. h.

II. Pan-

II.

Pandectæ ſ. Digeſta.

Axiomata ex Pandectis.

Ex Lib. I. Tit. I. de Juſtitia & Jure.

1. Bonos non ſolum metu pœnarum, verum etiam prœmiorum quoque exhortatione efficere cupientes, Ulpianus l. 1. §. 1. P. h.
2. Jure hoc evenit, ut quod quisque ob tutelam corporis ſui fecerit, jure feciſſe exiſtimetur. Florentinus l. 3. P. h.
3. Cum inter nos cognationem quandam natura conſtituit, conſequens eſt, hominem homini inſidiari nefas eſſe. Florentinus l. 3. P. h.
4. Cum aliquid addimus vel detrahimus juri communi, jus proprium i. e. civile, efficimus. Ulpianus l. 6. P. h.
4. Prætor quoque jus reddere dicitur, etiam cum inique decernit: relatione ſcilicet facta, non ad id, quod ita Prætor fecit, ſed ad illud, quod Prætorem facere convenit. Paulus l. 11. P. h.

Ex Lib. I. Tit. II. de Origine juris.

1. Id perfectum eſt, quod ex omnibus ſuis partibus conſtat. Gajus l. 1. P. h.
2. Cujusque rei potiſſima pars, principium eſt. Gajus l. 1. P. h.
3. Initio Civitatis populus ſine lege certa, ſine ju-

re certo primum agere instituit; omniaque manu a Regibus gubernabantur. Pomponius l. 2. §. 1. P h.

4. Turpe est Patricio & nobili, & causas oranti, jus, in quo versaretur, ignorare. Q. Mucius apud Pomp. l. 2. §. 43.

Ex Lib. I. Tit. III. de Legibus senatusque consultis & longa consuetudine.

1. Lex est omnium divinarum & humanarum rerum regina. Marcianus l. 2. P. h.
2. Ex his, quæ forte uno aliquo casu accidere possunt, jura non constituuntur. Celsus l. 4. P. h.
3. Legis virtus est: imperare, vetare, permittere, punire. Modestinus l. 7. P. h.
4. Neque leges, neque senatus consulta ita scribi possunt, ut omnes casus, qui quandoque inciderint, comprehendantur: sed sufficit ea, quæ plerumque accidunt contineri. Julianus l. 10. P. h.
5. Scire Leges non est verba earum tenere, sed vim ac potestatem. Celsus l. 17. P. h.
6. In ambigua voce legis ea potius accipienda est significatio, quæ vitio caret: præsertim cum etiam voluntas legis ex hoc colligi possit. Idem l. 19. P. h.
7. Non omnium, quæ a majoribus constituta sunt, ratio reddi potest. Julianus l. 20. P. h.
8. Princeps legibus solutus est. Ulpianus l. 31. P. h.
9. Inveterata consuetudo pro lege non immerito custoditur. Julianus l. 32. §. 1. P. h.

10. Re-

10. Rectiſſime receptum eſt, ut leges non ſolum ſuffragio legislatoris, ſed etiam tacito conſenſu omnium per deſuetudinem abrogentur. Idem l. 32. §. 1. P. h.
11. Diuturna conſuetudo pro jure & lege, in his, quæ non ex ſcripto deſcendunt, obſervari ſolet. Ulpianus l. 33. P. h.
12. Optima LL. interptes eſt conſuetudo. Calliſtratus l. 37. P. h.
13. Omne jus aut conſenſus fecit, aut firmavit conſuetudo. Modeſtinus l. 40. P. h.

Ex Lib. I. Tit. IV. de Conſtitutionibus Principum.

1. Quod Principi placuit, legis habet vigorem. Ulpianus l. 1. in pr. P. h.
2. Lege regia, quæ de imperio Principis lata eſt, populus ei, & in eum, omne ſuum imperium & poteſtatem confert. Ulpianus l. 1. in pr. P. h.
3. In rebus novis conſtituendis evidens eſſe utilitas debet, ut recedatur ab eo jure, quod diu æquum viſum eſt. Idem l. 2. P. h.
4. Beneficium Imperatoris, quod a divina ſcilicet ejus indulgentia proficiſcitur, quam pleniſſime interpretari debemus. Javolenus l. 3. P. h.
5. Conſtitutiones tempore poſteriores potiores ſunt his, quæ ipſas præceſſerunt. Modeſtinus l. 4. P. h.

Ex Lib. I. Tit. V. de ſtatu hominum.

1. Hominum cauſa omne jus conſtitutum. Hermogenianus l. 2. P. h.

2. Non debet calamitas matris nocere ei, qui in ventre est. Marcianus l. 5. §. 2. in fine.
3. Qui in utero est, perinde ac si in rebus humanis esset, custoditur, quoties de commodis ipsius partus quæritur. Paulus l. 7. P. h.
4. In multis Juris nostri articulis, deterior est conditio fœminarum, quam masculorum. Papinianus l. 9. P. h.
5. Cum legitimæ nuptiæ factæ sint, patrem libri sequuntur. Celsus l. 9. P. h. conf. l. 23. 24. h.
6. Res judicata pro veritate accipitur. Ulpianus l. 25. P. h.
7. Qui in utero sunt, in toto pene jure civili intelliguntur in rerum natura esse. Julianus l 26. P. h.

Ex Lib. I. Tit. VI. de his, qui sui vel alieni juris.

1. Dominorum potestatem in suos servos illibatam esse oportet, neque cuique hominum jus suum detrahi. D. Pius apud Ulpianum l. 2. P. h.
2. Dominorum interest, ne auxilium contra sævitiam, l. famem, l. intolerabilem injuriam denegeretur his, qui juste deprecantur. D. Pius apud Ulpianum l. 2. P. h.
3. Filiusfamilias in publicis causis, loco patris familias habetur. Pomp. l. 9. P. h.

Ex Lib. I. Tit. VII. de Adoptionibus & Emancipationibus.

1. Spem (successionis paternæ) unusquisque liberorum obsequio parat sibi. Ulpianus l. 17. § 3. P. h.
2. Adoptio non jus sanguinis, sed jus agnationis adfert. Paulus l. 23. P. h.

Ex Lib. I. Tit. IIX. de Divisione Rerum & Qualitate.

1. Quod divini juris est, id nullius in bonis est. Gajus l. 1. in pr. P. h.
2. Res sacra non recipit æstimationem. Ulpianus l. 9. §. 5. P. h.

Ex Lib. I. Tit. IX de Senatoribus.

1. Major dignitas est in sexu virili. Ulpianus l. 1. P. h.
2. Qui indignus est inferiore ordine, indignior est superiore. Pomponius l. 4. P. h.
3. Quæsita dignitas liberis propter casum patris auferenda non est. Papinianus l. 9. P. h.

Ex Lib. I. Tit. XV. de Officio Præfecti Vigilum.

1. Salutem Reipublicæ tueri, nulli magis credidit convenire, nec alium sufficere ei rei, quam Cæsarem. Paulus l. 3. P. h.

Ex Lib. I. Tit. XVI. de Officio Proconsulis & Legati.

1. Plerumque incerta & inopinata turbant Provinciales & Actus impediunt. Ulpianus l. 4. § 4 P. h.
2. Vetus proverbium est, ουτε παντα, ουτε παντοτε, ουτε παρα παντων, i. e. neque omnia, neque quovis tempore, neque ab omnibus. Nam valde inhumanum est, a nemine accipere; sed passim, vilissimum est; & omnia, avarissimum. Ulpianus l. 6. §. 2. P. h.

Ex Lib. I. Tit. XVIII. de Officio Præsidis.

1. Veritas rerum erroribus non vitiatur. Ulpianus l. 6. §. 1. P. h.
2. Sicuti Medico imputari eventus mortalitatis non debet; ita quod per imperitiam commisit, imqutari ei debet, & prætextu humanæ fragilitatis delictum decipientis in periculo homines innoxium esse non debet. Ulpianus l. 6. §. 7. P. h.
3. Non tam spectanda est, quid Romæ factum est, quam quid fieri debeat. Proculus l. 12. P. h.
4. Observandum est jus reddendi, ut in adeundo quidem facilem se præbeat, sed contemni non patiatur. Nam ex conversatione æquali contemptio dignitatis nascitur. Callistratus l 19. P. h.
5. Animi modum vultus detegit. Id. l. 19. P. h.

Ex

Ex lib. II. Tit. I. de Jurisdictione.

1. Cui jurisdictio data est, ea quoque concessa esse videntur, sine quibus jurisdictio explicari non potest. Javolenus l. 2. P. h.
2. Est receptum, eoque jure utimur, ut si quis major l. æqualis subjiciat se jurisdictioni alterius, possit & adversus eum jus dici. Ulpianus l. 4. P. h.
3. Non consentiunt, qui errant. Ulpianus l. 15. P. h.
4. Extra Territorium jus dicenti impune non paretur. Paulus l. ult. P. h.

Ex Lib. II. Tit. II. Quod quisque juris in alterum statuerit, ut ipse eodem jure utatur.

1. Quod quis juris statuerit in alterum, ut ipse eodem jure utatur. Quis enim aspernabitur, idem jus sibi dici, quod ipse aliis dixit, l. dici effecit? Ulp. l. 1. P. h.
2. Quid efficit conatus, cum injuria nullum habuerit effectum.

Ex Lib. II. Tit. IV. de in jus vocando.

1. Una est omnibus Parentibus servanda reverentia. Paul. l. 6. P. h.
2. Domus tutissimum cuique refugium atque receptaculum. L. 18. P. h.

Ex Lib. II. Tit. VII. Ne quis eum qui in jus vocabitur vi eximat.

1. Verba cum effectu sunt accipienda. Ulpian. l. 5. §. 2. P. h.
2. Is, qui debitorem vi exemit, si solverit, reum non liberat, quia pœnam suam solvit. Idem l. 6. P. h.

Ex Lib. II. Tit. VIII. Qui satisdare cogantur.

1. Locuples videtur non tantum ex facultatibus, sed etiam ex convenienti facilitate. Ulpianus l. 2. in pr. P. h.
2. Quoties vitiose cautum est, non videtur cautum. l. 6. P. h.
3. Possessores immobilium rerum satisdare non compelluntur. l. 15. P. h.

Ex Lib. II. Tit. X. de eo, per quem factum erit.

1. Quo minus quis in judicio sistat, propter dolum alienum alteri litigantium lucrum facere, alter damno affici non debet. Julianus l. 3. §. 1. P. h.
2. Ab utraque parte dolus compensandus. Julianus l. ult. §. 3. P. h.

Ex

Ex Lib. II. Tit. XI. Si quis cautionibus in judicio sistendi causa factis non obtemperâvit.

1. Quis de Pœna laboret post negotium transactum. l. 2. in fin. pr.
2. Renunciatio exceptionum generalis non valet, sed earum causæ specialiter exprimendæ sunt, l. 4. §. 4. P. h.

Ex Lib. II. Tit. XII. de feriis & dilationibus & diversis temporibus.

1. Occupati circa rem rusticam in forum compellendi non sunt. Ulpianus l. 1. P. h.
2. Prætoris factum juri derogare non oportet. Ulpianus l. 1. §. 1. P. h.
3. Ea quæ ad disciplinam militarem pertinent, etiam feriatis diebus peragenda. Ulp. l. 9. P. h.

Ex Lib. II. Tit. XIV. de Pactis.

1. Quid tam congruum fidei humanæ quam ea, quæ inter eos placuerunt servare. Ulpianus l. 1. in pr. P. h.
2. Pactum in dubio potius præsumitur esse reale, quam personale. Ulpianus l. 7. §. 8. P. h.
3. Quoties Pactum à jure communi remotum est, servari hoc non oportet. Ulp. l. 9. P. h.
4. Difficile est, ut unus homo duorum vicem sustineat. Idem l. 9. P. h.
5. In stipulationibus jus continetur, in pactis factum. Paulus l. 27. §. 2. P. h.

6. Ex-

6. Expedit timere furti vel injuriarum pœnam. Paul, l. 27. § 4. P. h.
7. Pacta, quæ turpem causam continent, non sunt observanda. Paulus l. 27. §. 4. P. h.
8. Contra Juris Civilis regulas pacta conventa rata non habentur. Gajus l. 25. P. h.
9. Jus Publicum privatorum pactis mutari non potest. Papinianus l. 38. P. h.
10. Partis privatorum formam juris fiscalis convelli non placuit. Idem l. 42. P. h.
11. Licet sui juris persecutionem aut spem futuræ perceptionis deteriorem constituere. Tryphonius l. 46. P. h.

Ex Lib. II. Tit. XV. de Transactionibus.

1. Privatis Pactionibus non dubium est, non lædi jus cæterorum. Antoninus & Verus apud Scævolam. l. 3. P. h.
2. Prætorii res quærenda commissa est, non negligenda nec donanda. Ulpianus l. 8. §. 11. P. h.
3. Transactio est strictissimæ interpretationis.

Ex Lib. III. Tit. I. de Postulando.

1. Mulieres contra pudicitiam sexui congruentem, alienis causis se immiscere, vel virilibus officiis fungi non debent. Ulpianus, l. 1. §. 5. P. h.
2. Ne pœna tempore determinata contra sententiæ fidem ulterius porrigatur. Papinianus l. 8. P. h.

Ex

Ex Lib. III. Tit. II. de his, qui notantur infamia.

1. Ignorantia excusatur non juris, sed facti. Ulpianus l. 20. P. h.
2. Non qui exhortatur, mandatoris opere fungitur. Papinianus l. 20. P. h.
3. Non oportet ex sententia sive justa sive injusta pro alio habita alium prægravari. Paul. l. 21. P. h.
4. Ictus fustium infamiam non importat, sed causa propter quam id pati meruit. Marcellus, l. 22. P. h.

Ex Lib. III. Tit. III. de Procuratoribus & Defensoribus.

1. Nemo alienæ litis idoneus defensor sine satisdatione intelligitur. Gajus l. qui proprio 36. §. 2. P. h.
2. Defendere est eandem vicem quam reus subire. Ulpianus l. minor 51. §. 1. P. h.
3. Omnis qui defenditur, boni viri arbitratu defendendus est. Paulus, l. 77. P. h.

Ex Lib. III. Tit. IV. Quod cujusque universitatis nomine vel contra eam agatur.

1. Omnibus licitis Collegiis permissum est habere res communes, arcam communem & actorem sive syndicum, per quem quod communiter

niter agi fierique oporteat, agatur vel fiat. Gajus l. 1. P. h.

2. Partes duæ civitatis, aut amplius quam duæ, quod faciunt, omnes facere videntur. Ulpian. l. 3. P. h.

3. In universitatibus nihil refert, utrum omnes iidem maneant, an pars maneat, vel omnes immutati sint. l. 7. §. 2. P. h.

Ex Lib. III. Tit. V. de Negotiis gestis.

1. Ratihabitio constituet tuum negotium, quod ab initio tuum non erat, sed tua contemplatione gestum. Julian. l. 6. P. h.

2. Iniquum est, eum qui non prohibuit, alieno facto liberari. Ulpianus l. 8. P. h.

3. In negotiorum gestione non eventus spectandus est, sed negotium utiliter cœptum. Ulpianus l. 10 §. 1. P. h.

4. Pro qualitate personarum & actio formanda & condemnatio moderanda est. Paulus l. 15. P. h

5. Culpam contraxisse non videtur, qui ab sententia contra absentem dicta, ipse non provocavit. Papinianus l. 31. P. h.

6. Ubi quis ejus pecuniam, cujus tutelam negotiumve administrat, aut Magistratus municipii publicam in usus suos convertit, maximas usuras præstat. Tryphoninus l. 38. P. h.

7. Cujus potestatis est actio, eundem habet effectum. Paul. l. 47. P. h.

8. Prædo fidejussor non videtur. Papinianus l. 52. P. h.

Ex

Ex Lib. III. Tit. VI. de Calumniatoribus.

Turpia lucra hæredibus & torquenda, licet crimina extinguantur. Ulp. l. P. h.

Ex Lib. IV. Tit. I. de in integrum restitutionibus.

1. Etsi nihil facile mutandum est ex solennibus, tamen ubi æquitas evidens poscit subveniendum est. Marcellus l. 6. P. h.
2. Ad famosam actionem tunc demum descendendum est cum remedio locus esse non potest. Id. l. 7. in fin. P. h.

Ex Lib. IV. Tit. II. Quod Metus causa gestum erit.

1. Viris bonis metus infamiæ major, quàm mortis esse solet. Paulus l. 8. §. 2. P. h.
2. Pro affectu parentes magis in liberis terrentur, quam in semetipsis. Id. l. 8. in fin. P. h.
3. Vim vi repellere licet. Ulpianus l. 12. P. h.
4. Tu vim putas esse solum si homines vulnerentur, vis est & tunc, quoties quis id, quod deberi, sibi putat, non per judicem reposcit. Callistratus l. 13. P. h.
5. In alterius Prœmium verti alienum metum non oportet. Ulpian. l. 14. §. 5. P. h.
6. Licet pœna ad heredem non transeat, attamen quod turpiter vel scelere quæsitum est, ad compendium hæredis non debet pertinere. Ulpianus l. 16. P. h.

Ex

Ex Lib. IV. Tit. III. de dolo malo.

1. Neque decipientibus malitia sua lucrosa, neque deceptis simplicitas damnosa esse debet. Ulpian. l. 1. P. h.
2. Famosa doli actio non nisi deficiente mitiore remedio locum habet. Id. l. 1. §. 4. P. h.
3. Nullam videtur actionem habere, cui propter inopiam, adversari inanis actio est. Gajus l. 6. P. h.
4. Nisi ex magna & evidenti calliditate, non debet de dolo actio dari. Ulpianus l. 7. in fin. P. h.
5. Adversus personas, quibus reverentia singularis debetur, non famosa doli sed verbis temperata, in factum actio danda est. Idem l. 11. §. 1. P. h.
6. Debitore liberato per consequentias fidejussor quoque dimittitur. Pap. l. 19. P. h.
7. Semel pro libertate dictam sententiam retractari non oportet. Ulp. l. 24. P. h.
8. Non debet quis lucrari ex alieno damno. Gajus l. 28. P. h.

Ex Lib. IV. Tit. IV. de Minoribus 25. annis.

1. Placet in delictis minoribus non subveniri. Ulpianus l. P. h.
2. Eventus damni restitutionem non indulget, sed in consulta facilitas. Ulp. l. 11. §. 4. P. h.
3. Non semper ea, quæ cum minoribus geruntur rescindenda sunt, sed ad bonum & æquum redigenda sunt. Paul. l. 24. P. h.

4. Non

4. Non est excusatio adversus præcepta Legum, qui tum Leges invocat, contra eas committit. Tryphonius l. 37. P. h.

Ex Lib. IV. Tit. V. de Capite minutis.

1. Nemo delictis exuitur quamvis capite minutus sit. Ulp. l. 2. P. h.
2. Injuriorum & actionum ex delicto venientium obligationes cum capite ambulant. Paulus l. 7. §. 1 P. h.
3. Civilis ratio naturalia jura corrumpere non potest. Gajus l. 8. P. h.
4. Causa facti non continetur postliminio. Papinianus l. 19 P. h.

Ex Lib. IV. Tit. VI. Ex quibus causis majores 25. amis in integrum restituantur.

1. Majores non saltem propter absentiam sed etiam ex alia justa causa arbitrio judicis determinanda, restituuntur. Ulpianus l. 1. §. 1 P. h.
2. Non negligentibus subvenitur sed necessitate rerum impeditis. Paulus l. 16. P. h.
3. Absentia studiorum causa est justissima. Ulp. l. 28. P. h.

Ex Lib. IV. Tit. VII. de alienatione judicii mutanti causa facta.

1. Verecunda cogitatio ejus, qui lites execratur, non est vituperanda. Ulpian. l. 4. §. P. h.

Ex Lib. IV. Tit. VIII. De receptis, qui arbitrium receperunt, ut sententiam dicant.

1. Compromissum ad similitudinem judiciorum redigitur, & ad finiendas lites pertinet.
2. Stari debet sententia arbitri sive æqua s. iniqua sit, & sibi imputet, qui compromisit. Ulpianus. l. 27. §. 2. P. h.
3. Sacris Dei vacare sacerdotes oportet. Paulus l. 32. P. h.
4. Compromissa partium in arbitros sunt strictissimæ interpretationis. Paul. l. 32. §. 15. l. 46. P. h.

Ex Lib. IV. Tit. IX Nautæ, Caupones Stabularii, ut recepta restituant.

Protestatio intentionem protestantis declarat & ad damnum futurum avertendum non contradicente adversario prodest. Ulpianus l. fin. P. h.

Ex Lib. V. Tit. I. De Judiciis.

1. Error litigatorum non habet consensum. l. 2. P. h.
2. Cœcus judicandi officio fungitur. Ulpianus l. 6. P. h.
3. Hæres ibi defendendus est, ubi defunctus debuit, & conveniendus, nulloque suo proprio privilegio excusatur. Gajus l. 19. P. h.

4. Non

4. Non est magnum damnum in mora modici temporis. Ulpianus l. 21. P. h.
5. Per minorem causam majori cognitioni, præjudicium fieri non oportet, major enim quæstio minorem causam ad se trahit. Paulus l. 54. P. h.
6. Inter litigantes non aliter lis expediri potest, quam si alter petitor, alter possessor sit, esse enim debet, qui onera petitoris sustineat, & qui commodo possessoris fungatur. Ulpianus l. 62. P. h.
7. Cujus rei species eadem consistit, res quoque eadem esse existimatur. Alfenus l. 76. P. h.
8. Judex prout religio suggerit sententiam proferre debet. Ulpianus l. 97 §. 1 P. h.

Ex Lib. V. Tit. II. de inofficioso testamento.

1. Non sufficit litem instituere, si non in ea perseveret. Papinianus l. 15. P. h.
2. Cum inofficiosum testamentum arguitur, nihil ex eo testamento valet. Paulus l. 28 P. h.

Ex Lib. V. Tit. III. de hereditatis petitione.

1. Pro herede, quod conditionis implendæ gratia, accepit, non possidetur. Ulpianus l. 13. §. 6. P. h.
2. Dolo facit is, qui se offert petitioni. Ulpianus l. 13. §. 13. P. h.

3. Omnis, qui se offert petitioni, quasi possidens tenetur. Ulpianus l. 13 §. 13. P. h.
4. Is, qui dolo fecit, quominus possideret, ut possessor condemnatur. Ulpianus l. 23. §. 8.
5. Non puto hunc esse prædonem, qui dolo caret, quamvis in jure erret. Ulpianus l. 25. § 1. P. h.
6. Post litem contestatam omnes incipiunt malæ fidei possessores esse, quinimò post controversiam motam. Idem l. 25. §. 7. P. h.

Ex Lib. V. Tit. IV. Si pars hereditatis petatur.

Quod semel aut bis existit, prætereunt legislatores. P. l. 3. P. h.

Ex Lib. VI. Tit. I. De rei vindicatione.

Meum enim quod ex re mea superest, cujus vindicandi jus habeo. Celsus l. 49. §. 1. P. h.

Ex Lib. VI. Tit. II. De publiciana in rem actione.

1. Justus est possessor & petitor, qui liberalitatem accepit. Ulp. l. 7. § 3. P. h.
2. Publiciana actio non ideo comparata est, ut res domino auferatur, sed ut is, qui rem bona fide comparavit, & ex justo titulo possessionem nactus est, potius eam, quam deteriore jure possidens habeat. Ulpianus l. 9. §. 4. l. fin. P. h.

Ex

Ex Lib. VII. Tit. I. De usufructu.

1. Modica refectio & onus tributorum, vel simile ad usufructuarium pertinet. Ulpianus l. 7. §. 2. P. h.
2. Quod nostrum non est, transferemus ad alios. Paulus l. 63. P. h.
3. In fructu hominis, homo esse non potest. Ulpianus l. 68. P. h.

Ex Lib. VII. Tit. VIII. De usu & habitatione.

1. Is, cui usus datus est, uti ad necessitatem, non ad compendium potest. Ulp. l. 12. §. 1. P. h.
2. Frui pro parte possumus, uti pro parte non possumus. Paulus l. 19. P. h.

Ex Lib. VIII. Tit. II. De servitutibus urbanorum prædiorum.

1. Melior vicini conditio fieri potest, deterior non potest. Paulus l. 20. §. 5. P. h.
2. Nulli res sua servit. Paulus l. 26. P. h.

Ex Lib. VIII. Tit. XIV. Communia prædiorum.

1. Non sicut viventium, ita & defunctorum actus suspendi, receptum est. Paulus l. 18. P. h.

Ex Lib. VIII. Tit. VI. Quemadmodum servitutes amittantur.

In suo alii facere hactenus licet, quatenus nihil in alienum immittat. Ulpianus l. 8. §. 5. P. h.

Ex Lib. VIII. Tit. I. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

Liberum corpus æstimationem non recipit. Gajus l. 3. P. h.

Ex Lib. IX. Tit. II. Ad Legem Aquiliam.

1. Adversus periculum naturalis ratio permittit se defendere. Gajus l. 4. P. h.
2. Levis dundaxat castigatio concessa est docenti. Ulpianus l. 5. §. in fin.
3. Nullæ partes sunt judicandi in confitentes. Ulpianus l. 25. §. in fin.
4. Qui occasionem præstat, damnum fecisse videtur. Paulus l. 30. §. 3. P. h.
5. Vim vi defendere, omnes leges, omniaque jura permittunt. Paulus l. 45. §. 4. P. h.

Ex Lib. IX. Tit. III. De his, qui effuderint, vel dejecerint.

1. Publice utile est, sine metu & periculo per itinera commeari. Ulpianus l. 1. §. 1. P. h.

2. Quic-

2. Quicquid in corpore libero damni datur, jure hereditario transire ad successores non debet, nisi non sit damnum pecuniarium. Ulpianus l. 5. §. 5. P. h.

Ex Lib. IX. Tit. IV. De Noxalibus Actionibus.

1. Occupantis melior est conditio. Ulpianus l. 4. P. h.

Ex Lib. X. Tit. II. Familiæ erciscundæ.

1. Sæpe & solutio & exactio partium non minima incommoda habet. Gajus l. 3. P. h.
2. Libri improbatæ lectionis protinus corrumpendi non dividendi sunt. Ulpianus l. 4. §. 1. P. h.
3. Cum cohærede non contrahimus, sed incidimus in eum. Paulus l. 25. §. 16. P. h.

Ex Lib. X. Tit. III. Communi dividundo.

1. In re communi nemo dominorum jure facere quicquam invito altero potest. Papinianus l. 28. P. h.
2. In re pari potiorem causam prohibentis esse constat. Papinianus l. 28. P. h.

Ex Libro X. Tit. IV. Ad exhibendum.

1. Mutata forma, prope interimit substantia rei. Ulpianus l. 9. §. 3. P. h.

2. Non oportet jus civile calumniari, neque verba captari, sed qua mente quid dicatur, animadverti convenit. Paulus l. 19. P. h.

Ex Lib. XI. Tit. I. De interrogationibus in jure faciendis.

1. Defunctorum interest, ut habeant successores. l. 6. P. h.
2. Omnino non respondisse videtur, qui ad interrogatum non respondit. Ulpianus l. 11. §. 5. P. h.
3. Ea, quæ postea emergunt, auxilium indigent. Ulp. l. 11. §. 6. P. h.
4. Falsæ confessiones naturalibus convenire debent. Paulus l. 12. P. h.

Ex Lib. IX. Tit. III. de servo corrupto.

1. Non oportet laudando augeri malitiam. Ulp. l. 1. § 4. P. h.
2. Interest nostra animam liberorum nostrorum non corrumpi. Paulus l. 14. §. 1. P. h.

Ex Lib. X. Tit. VI. Si mensor falsum modum dixerit.

Lata culpa plane comparabitur. Ulpianus l. 1. §. 1. P. h.

Ex Lib. IX. Tit. VII. de Religiosis & sumtibus funerum.

1. Qui intulit mortuum in locum alienum aut tol-

tollere id, quod intulit aut loci pretium præstare cogitur. Gajus l. 7. P. h.

2. Sumtus funeris pro facultatibus & dignitate defuncti faciendi sunt. Ulp. l. 12. §. 5. P. h.

3. Non oportet ornamenta cum corporibus condi, nec quid aliud hujusmodi, quod homines simpliciores faciunt. Ulp. l. 14. §. 5. P. h.

4. Impensa funeris semper ex hereditate deducitur, & omne creditum præcedere solet, cum bona solvenda non sunt. Marcianus l. 45. P. h.

5. Propter publicam utilitatem, ne insepulta cadavera jaceant, strictam juris rationem nonunquam insuper habemus. Papinianus l. 43. P. h.

Ex Lib. XI. Tit. VIII. De mortuo inferendo.

1. Religionis interest monumenta extrui & exornari. Ulpianus l. 1, § 6. P. h.

Ex Lib. XII. Tit. I. De rebus creditis.

1. In contrahendo, quod agitur, pro cauto habendum est. Pomponius l. 3. P. h.

2. Civitas mutui datione obligari potest, si ad utilitatem ejus pecuniæ versæ sunt, alioquin ipsi soli, qui contraxerunt, non civitas, tenebuntur. Ulpianus l. 27. P. h.

Ex Lib. XII. Tit. II. De jurejurando.

1. Maximum remedium expediendarum litium est jurisjurandi religio. Gajus l. 1. P. h.

2. Juramentum judiciale a parte parti deferri potest, sive in personam, sive in rem, sive pœnali actione vel quavis alia agatur. Ulpianus l. 3. §. 1. P. h.
3. Jusjurandnm speciem transactionis continet, majoremque habet autoritatem, quam res judicata. Paulus l. 2. P. h.
4. Qui ex propria superstitione juravit juramento stare tenetur. Ulpianus l. 5. §. 1. P. h.
5. Juramentum, quod deferens adversario jurare parato remisit, habetur pro præstito. Paulus l. 6. Ulpianus l. 9. §. 1. P. h.
6. Quod juratum est, perinde habetur, ac si probatum esset. Ulpianus l. 11. §. 3. P. h.
7. In uno gravatus, in altero est relevandus. Paulus l. 30. P. h.
8. Manifestæ turpitudinis & confessionis est, nolle nec jurare, nec jusjurandum referre. Paulus l. 38. P. h.

Ex Lib. XII. Tit. III. De in litem jurando.

1. **Res in judicium deducta per juramentum in litem affectionis ob dolum vel contumaciam rei non restituentis l. exhibentis æstimatur ultra verum pretium. Ulp. l. 1. Paulus l. 2. §. 1. P. h.**
2. **De perjurio ejus, qui ex necessitate juris in litem juravit, quæri facile non solet. Paulus l. 11. P. h.**

Ex

Ex Lib. XII. Tit. IV. De condictione causa data causa non secuta.

1. Nemo invitus compellitur ad communionem. Ulpian. l. 26. §. 4. P. h.
2. Ex quibus causis retentionem quidem habemus, petitionem autem non habemus, ea si solverimus, repetere non possumus. Pomponius l. 51. P. h.

Ex Lib. XII. Tit. V. De condictione ob turpem causam.

1. Si & dantis & accipientis causa turpis sit, possessor potior est. Paulus l. 8. P. h.

Ex Lib. XIII. Tit. IV. De eo quod certo loco dari oportet.

1. Solutione alternis locis promissa, creditor electionem habet, ubi petat, debitor, ubi solvat. Ulpianus l. 2. §. 3. P. h.
2. Creditor accipiendo pecuniam citra protestationem etiam remisisse videtur moræ pœnam. P. L. fin. P. h.

Ex Lib. XIII. Tit. V. De pecunia constituta.

1. Grave est fidem fallere. Ulpianus l. 1. in pr. P. h.
2. Secundum naturalem æquitatem obligationes con-

consensu constitutæ, custodiendæ sunt, quoniam grave esse fidem fallere. Ulpianus l. 1. P. h.

Ex Lib. XIII. Tit. VI. Commodati vel contra.

1. Proprie dicitur res non reddita, quæ deterior redditur. Ulpianus l. 3. §. 1. P. h.
2. Duorum in solidum dominium vel possessio esse non potest. Ulpianus l. 5. §. ult. P. h.
3. Voluntatis est suscipere mandatum, necessitatis consummare. Paulus l. 17. §. 3. P. h.
4. Modum commodati finemque præscribere ejus est, qui beneficium tribuit. Paulus l. 17. P. h.
5. Quod contrario judicio consequi quisque potest, id etiam directa actione, si conveniatur, potest salvum habere, ope exceptionis. Gajus l. 18. P. h.
6. Qua cura aut diligentia consequi possumus, ne aliquis damnum nobis injuria det. Julianus l. 19. P. h.

Ex Lib. XIII. Tit. VII. De pignoratitia actione vel contra.

Reproba pecunia non liberat solventem. Ulpianus l. 24. §. 1. P. h.

Ex

Ex Lib. XIV. Tit. I. De exercitoria actione.

1. In re dubia melius est, verbis edicti servire. Ulpianus l. 1. §. 20. P. h.
2. In plures non debet distringui adversarios, qui cum uno contraxit. Gajus l. 2. P. h.

Ex lib. XIV. Tit. II. De lege Rhodia de jactu.

1. Æquum est ut id, quod, communi urgente periculo, pro omnibus datum est, omnium contributione resarciatur. Paulus l. 1. P. h.
2. Quod quis in naufragio suum servat, sibi servat, tanquam ex incendio. Paulus l. 7. P. h.

Ex Lib. XIV. Tit. III. De institoria actione.

1. Præponenti adversus eum, qui cum institore contraxit, danda est actio, si aliter præponens rem suam servare non possit. Ulpianus l. 1. P. h.
2. Finito officio, cessant onera officii. Scævola, l. fin. P. h.

Ex Lib. XIV. Tit. IV. De Tributoria actione.

1. Dolus tutoris l. curatoris nocere pupillo vel furioso non debet. Ulpianus l. 3. §. 1. P. h.

Ex

Ex Lib. XIV. Tit. VI. De Senatus consulto Macedonio.

1. Creditor, qui sciens filio familias mutuo pecuniam dedit, si ex mutuo agat, exceptione senatusconsulti Macedoniani repellitur. Ulpianus l. 1. Pomponius l. 19. P. h.
2. Filiifamilias in castrensi peculio vice patrumfamiliarum funguntur. Ulp. l. 2. P. h.
3. Initium contractuum spectandum est. P. L. 12. P. h.

Ex Lib. XV. Tit. I. De peculio.

1. Iniquum est in plures adversarios distringi eum, qui cum uno contraxit. Gajus l. 27. §. ult. P. h.
2. Non fraudationis causa latitat, qui si judicium acciperet, absolvi deberet. Papinianus l. 50. in pr. P. h.

Ex Lib. XV. Tit. III. De in rem verso.

1. Occupantis melior conditio esse debet. Gajus l. 4. P. h.

Ex Lib. XV. Tit. IV. Quod Jussu.

Quodammodo cum eo contrahitur, qui jubet. Ulpianus l. 1. in pr. P. h.

Ex

Ex Lib. XVI. Tit. I. Ad Senatus Consultum Vellejanum.

1. Facilius mulier se obligat, quam alicui donat. Ulpianus l. 4. §. 1. P. h.
2. Cum fœminis contrahere licet. Paulus l. 11. P. h.
3. Melioris conditionis emtor non fit, quam fuit venditor. Pomponius l. 32. §. P. h.

Ex Lib. XVI. Tit. III. Depositi vel contra.

1. Et delicta & noxa caput sequuntur. Ulpianus l. 1. §. 18. P. h.
2. Non semper videtur dolo facere, qui reposcenti non reddit. Ulpianus l. 1. §. 12. P. h.
3. Hæc justitia, quæ suum cuique ita tribuit, ut non distrahatur ab ullius personæ justiore repetitione. Tryphonius l. 31. P. h.
4. Quoties plures eandem rem petunt, præferendus est is, cujus justissima est petitio. Tryphonius a. L. 31. §. 1. P. h.
5. Depositarius non minorem, salva fide rei depositæ, quam suis rebus diligentiam præstabit. Celsus l. 32. P. h.

Ex Lib. XVII. Tit. I. Mandati vel contra.

1. Nemo ex consilio obligatur. Gajus l. 2. P. h.
2. Ex commendatione & consilio generali nulla nascitur obligatio. Ulpianus a. l. 12. §. 12. P. h.

3. Bo-

Ex Lib. VIII. Tit. VI. Quemadmodum servitutes amittantur.

In suo alii facere hactenus licet, quatenus nihil in alienum immittat, Ulpianus l. 8. §. 5. P. h.

Ex Lib. VIII. Tit. I. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

Liberum corpus æstimationem non recipit. Gajus l. 3. P. h.

Ex Lib. IX. Tit. II. Ad Legem Aquiliam.

1. Adversus periculum naturalis ratio permittit se defendere. Gajus l. 4. P. h.
2. Levis dundaxat castigatio concessa est docenti. Ulpianus l. 5. §. in fin.
3. Nullæ partes sunt judicandi in confitentes. Ulpianus l. 25. §. in fin.
4. Qui occasionem præstat, damnum fecisse videtur. Paulus l. 30. §. 3. P. h.
5. Vim vi defendere, omnes leges, omniaque jura permittunt. Paulus l. 45. §. 4. P. h.

Ex Lib. IX. Tit. III. De his, qui effuderint, vel dejecerint.

1. Publice utile est, sine metu & periculo per itinera commeari. Ulpianus l. 1. §. 1. P. h.

2. Quic-

2. Quicquid in corpore libero damni datur, jure hereditario transire ad successores non debet, nisi non sit damnum pecuniarium. Ulpianus l. 5. §. 5. P. h.

Ex Lib. IX. Tit. IV. De Noxalibus Actionibus.

1. Occupantis melior est conditio. Ulpianus l. 4. P. h.

Ex Lib. X. Tit. II. Familiæ erciscundæ.

1. Sæpe & solutio & exactio partium non minima incommoda habet. Gajus l. 3. P. h.
2. Libri improbatæ lectionis protinus corrumpendi non dividendi sunt. Ulpianus l. 4. §. 1. P. h.
3. Cum cohærede non contrahimus, sed incidimus in eum. Paulus l. 25. §. 16. P. h.

Ex Lib. X. Tit. III. Communi dividundo.

1. In re communi nemo dominorum jure facere quicquam invito altero potest. Papinianus l. 28. P. h.
2. In re pari potiorem causam prohibentis esse constat. Papinianus l. 28. P. h.

Ex Libro X. Tit. IV. Ad exhibendum.

1. Mutata forma, prope interimit substantia rei. Ulpianus l. 9. §. 3. P. h.

2. Non oportet jus civile calumniari, neque verba captari, sed qua mente quid dicatur, animadverti convenit. Paulus l. 19. P. h.

Ex Lib. XI. Tit. I. De interrogationibus in jure faciendis.

1. Defunctorum interest, ut habeant successores. l. 6. P. h.
2. Omnino non respondisse videtur, qui ad interrogatum non respondit. Ulpianus l. 11. §. 5. P. h.
3. Ea, quæ postea emergunt, auxilium indigent. Ulp. l. 11. §. 6. P. h.
4. Falsæ confessiones naturalibus convenire debent. Paulus l. 12. P. h.

Ex Lib. IX. Tit. III. de servo corrupto.

1. Non oportet laudando augeri malitiam. Ulp. l. 1. § 4. P. h.
2. Interest nostra animam liberorum nostrorum non corrumpi. Paulus l. 14. §. 1. P. h.

Ex Lib. X. Tit. VI. Si mensor falsum modum dixerit.

Lata culpa plane comparabitur. Ulpianus l. 1. §. 1. P. h.

Ex Lib. IX. Tit. VII. de Religiosis & sumtibus funerum.

1. Qui intulit mortuum in locum alienum aut tol-

tollere id, quod intulit aut loci pretium præstare cogitur. Gajus l. 7. P. h.

2. Sumtus funeris pro facultatibus & dignitate defuncti faciendi sunt. Ulp. l. 12. §. 5. P. h.

3. Non oportet ornamenta cum corporibus condi, nec quid aliud hujusmodi, quod homines simpliciores faciunt. Ulp. l. 14. §. 5. P. h.

4. Impensa funeris semper ex hereditate deducitur, & omne creditum præcedere solet, cum bona solvenda non sunt. Marcianus l. 45. P. h.

5. Propter publicam utilitatem, ne insepulta cadavera jaceant, strictam juris rationem nonunquam insuper habemus. Papinianus l. 43. P. h.

Ex Lib. XI. Tit. VIII. De mortuo inferendo.

1. Religionis interest monumenta extrui & exornari. Ulpianus l. 1, § 6. P. h.

Ex Lib. XII. Tit. I. De rebus creditis.

1. In contrahendo, quod agitur, pro cauto habendum est. Pomponius l. 3. P. h.

2. Civitas mutui datione obligari potest, si ad utilitatem ejus pecuniæ versæ sunt, alioquin ipsi soli, qui contraxerunt, non civitas, tenebuntur. Ulpianus l. 27. P. h.

Ex Lib. XII. Tit. II. De jurejurando.

1. Maximum remedium expediendarum litium est jurisjurandi religio. Gajus l. 1. P. h.

2. Juramentum judiciale a parte parti deferri potest, sive in personam, sive in rem, sive pœnali actione vel quavis alia agatur. Ulpianus l. 3. §. 1. P. h.
3. Jusjurandum speciem transactionis continet, majoremque habet autoritatem, quam res judicata. Paulus l. 2. P. h.
4. Qui ex propria superstitione juravit juramento stare tenetur. Ulpianus l. 5. §. 1. P. h.
5. Juramentum, quod deferens adversario jurare parato remisit, habetur pro præstito. Paulus l. 6. Ulpianus l. 9. §. 1. P. h.
6. Quod juratum est, perinde habetur, ac si probatum esset. Ulpianus l. 11. §. 3. P. h.
7. In uno gravatus, in altero est relevandus. Paulus l. 30. P. h.
8. Manifestæ turpitudinis & confessionis est, nolle nec jurare, nec jusjurandum referre. Paulus l. 38. P. h.

Ex Lib. XII. Tit. III. De in litem jurando.

1. **Res in judicium deducta per juramentum in litem affectionis ob dolum vel contumaciam rei non restituentis l. exhibentis æstimatur ultra verum pretium. Ulp. l. 1. Paulus l. 2. §. 1. P. h.**
2. **De perjurio ejus, qui ex necessitate juris in litem juravit, quæri facile non solet. Paulus l. 11. P. h.**

Ex

Ex Lib. XII. Tit. IV. De condictione causa data causa non secuta.

1. Nemo invitus compellitur ad communionem. Ulpian. l. 26. §. 4. P. h.
2. Ex quibus causis retentionem quidem habemus, petitionem autem non habemus, ea si solverimus, repetere non possumus. Pomponius l. 51. P. h.

Ex Lib. XII. Tit. V. De condictione ob turpem causam.

1. Si & dantis & accipientis causa turpis sit, possessor potior est. Paulus l. 8. P. h.

Ex Lib. XIII. Tit. IV. De eo quod certo loco dari oportet.

1. Solutione alternis locis promissa, creditor electionem habet, ubi petat, debitor, ubi solvat. Ulpianus l. 2. §. 3. P. h.
2. Creditor accipiendo pecuniam citra protestationem etiam remisisse videtur moræ pœnam. P. L. fin. P. h.

Ex Lib. XIII. Tit. V. De pecunia constituta.

1. Grave est fidem fallere. Ulpianus l. 1. in pr. P. h.
2. Secundum naturalem æquitatem obligationes

con-

consensu constitutæ, custodiendæ sunt, quoniam grave esse fidem fallere. Ulpianus l. 1. P. h.

Ex Lib. XIII. Tit. VI. Commodati vel contra.

1. Proprie dicitur res non reddita, quæ deterior redditur. Ulpianus l. 3. §. 1. P. h.
2. Duorum in solidum dominium vel possessio esse non potest. Ulpianus l. 5. §. ult. P. h.
3. Voluntatis est suscipere mandatum, necessitatis consummare. Paulus l. 17. §. 3. P. h.
4. Modum commodati finemque præscribere ejus est, qui beneficium tribuit. Paulus l. 17. P. h.
5. Quod contrario judicio consequi quisque potest, id etiam directa actione, si conveniatur, potest salvum habere, ope exceptionis. Gajus l. 18. P. h.
6. Qua cura aut diligentia consequi possumus, ne aliquis damnum nobis injuria det. Julianus l. 19. P. h.

Ex Lib. XIII. Tit. VII. De pignoratitia actione vel contra.

Reproba pecunia non liberat solventem. Ulpianus l. 24. §. 1. P. h.

Ex

Ex Lib. XIV. Tit. I. De exercitoria actione.

1. In re dubia melius est, verbis edicti servire. Ulpianus l. 1. §. 20. P. h.
2. In plures non debet distringui adversarios, qui cum uno contraxit. Gajus l. 2. P. h.

Ex lib. XIV. Tit. II. De lege Rhodia de jactu.

1. Æquum est ut id, quod, communi urgente periculo, pro omnibus datum est, omnium contributione resarciatur. Paulus l. 1. P. h.
2. Quod quis in naufragio suum servat, sibi servat, tanquam ex incendio. Paulus l. 7. P. h.

Ex Lib. XIV. Tit. III. De institoria actione.

1. Præponenti adversus eum, qui cum institore contraxit, danda est actio, si aliter præponens rem suam servare non possit. Ulpianus l. 1. P. h.
2. Finito officio, cessant onera officii. Scævola, l. fin. P. h.

Ex Lib. XIV. Tit. IV. De Tributoria actione.

1. Dolus tutoris l. curatoris nocere pupillo vel furioso non debet. Ulpianus l. 3. §. 1. P. h.

Ex

Ex Lib. XIV. Tit. VI. De Senatus consulto Macedonio.

1. Creditor, qui sciens filio familias mutuo pecuniam dedit, si ex mutuo agat, exceptione senatusconsulti Macedoniani repellitur. Ulpianus l. 1. Pomponius l. 19. P. h.
2. Filiifamilias in castrensi peculio vice patrumfamiliarum funguntur. Ulp. l. 2. P. h.
3. Initium contractuum spectandum est. P. L. 12. P. h.

Ex Lib. XV. Tit. I. De peculio.

1. Iniquum est in plures adversarios distringi eum, qui cum uno contraxit. Gajus l. 27. §. ult. P. h.
2. Non fraudationis causa latitat, qui si judicium acciperet, absolvi deberet. Papinianus l. 50. in pr. P. h.

Ex Lib. XV. Tit. III. De in rem verso.

1. Occupantis melior conditio esse debet. Gajus l. 4. P. h.

Ex Lib. XV. Tit. IV. Quod Jussu.

Quodammodo cum eo contrahitur, qui jubet. Ulpianus l. 1. in pr. P. h.

Ex Lib. XVI. Tit. I. Ad Senatus Consultum Vellejanum.

1. Facilius mulier se obligat, quam alicui donat. Ulpianus l. 4. §. 1. P. h.
2. Cum fœminis contrahere licet. Paulus l. 11. P. h.
3. Melioris conditionis emtor non fit, quam fuit venditor. Pomponius l. 32. §. P. h.

Ex Lib. XVI. Tit. III. Depositi vel contra.

1. Et delicta & noxa caput sequuntur. Ulpianus l. 1. §. 18. P. h.
2. Non semper videtur dolo facere, qui reposcenti non reddit. Ulpianus l. 1. §. 12. P. h.
3. Hæc justitia, quæ suum cuique ita tribuit, ut non distrahatur ab ullius personæ justiore repetitione. Tryphonius l. 31. P. h.
4. Quoties plures eandem rem petunt, præferendus est is, cujus justissima est petitio. Tryphonius a. L. 31. §. 1. P. h.
5. Depositarius non minorem, salva fide rei depositæ, quam suis rebus diligentiam præstabit. Celsus l. 32. P. h.

Ex Lib. XVII. Tit. I. Mandati vel contra.

1. Nemo ex consilio obligatur. Gajus l. 2. P. h.
2. Ex commendatione & consilio generali nulla nascitur obligatio. Ulpianus a. l. 12. §. 12. P. h.

3. Bo-

3. Bonum nomen facit creditor, qui admittit debitorem delegatum. Paulus l. 26. §. 2. P. h.
4. Diſſoluta negligentia prope dolum eſt. Ulpianus l. 29. in pr. P. h.
5. Bonæ fidei non congruit de apicibus juris diſputare. Ulp. l. 29. §. 4. P. h.
6. Qui alterius negocia adminiſtranda ſuſcepit, id præſtare debet in ſua perſona, quod in aliorum. Julianus l. 39. P. h.
7. Dolus eſt, ſi quis nolit perſequi, quod perſequi poteſt, ut ſi quis non exegerit, quod exigere (ſolvere) ſolet. Ulpianus l. 44. P. h.
8. Quoties certum mandatum, recedi a forma non debet. Paulus l. 46. P. h.
9. Non oportet eum, qui certi hominis fidem elegit, ob errorem, aut imperitiam heredum affici damno. Papinianus l. 57. P. h.

Ex Libro XVII. Tit. II. Pro Socio.

1. Fides bona contraria eſt fraudi & dolo. Paulus l. 3. §. ult. P. h.
2. Plerumque tanta eſt induſtria ſocii, ut plus ſocietati conferat, quam pecunia. Ulpianus l 29. §. 1. P. h.
3. Iniquiſſimum genus ſocietatis eſt, ex qua quis damnum, non etiam lucrum ſpectat. Ulpianus l. 29. §. ult. P. h.
4. Lucrum non intelligitur, niſi omni damno deducto, neque damnum, niſi omni lucro deducto. Paulus l. 30. P. h.
5. Societas ſine affectione ineundi ſocietatem, non contrahitur. Ulpianus l 31. P. h.

6. Qui

6. Qui ſine dolo malo facit, furti non tenetur. Ulpianus l. 51 in pr. P. h.
7. Socios inter ſe dolum & culpam præſtare oportet. Paulus l. 52. § 2. P. h.
8. Sicuti lucrum, ita damnum quoque commune eſſe oportet, quod non culpa ſocii contingit. Paulus l. 52. § 4. P. h.
9. Æquum eſt, ut cujus (quis) participavit lucrum, participet & damnum. Ulpianus l. 55. P. h.
10. Societas jus quodammodo fraternitatis in ſe habet. Ulpian. l. 63. in pr. P. h.
11. Beneficium competentiæ perſonale eſt. Ulp. l. 63. §. 1. P. h.
12. Qui doloſe inficiatur qualitatem, intuitu cujus beneficium habet, beneficium amittit. Paulus l. 67. §. fin. P. h.
13. Socius ſuo nomine contrahens, nec ſocietati adquirit. Paulus a l. 74. P. h. Nec ſocios obligat. Papinianus l. 82. P. h.
14. Arbitrium boni viri conventioni adhibitum ob manifeſtam ejus iniquitatem à judice corrigi poteſt. Paulus a l. 79. P. h.

Ex Lib. XVIII. Tit. I de contrahenda emtione.

1. In emtis & venditis potius id, quod actum, quam id, quod dictum ſit, ſequendum eſt. Pomponius l. 6. §. 1. P. h.
2. Res, quæ neque eſt, neque futura eſt, vendi nequit. Pomponius l. 8. P. h.

3. Qui rem futuram emit, eandem ſub tacita conditione, ſi extiterit, emiſſe videtur. a. l. 8. P. h.

4. Earum rerum, quas natura vel gentium jus, vel civitatis commercio exemerunt, nulla venditio eſt. P. l. 34. §. 1. P. h.

5. Emtio-venditio ad menſuram facta, non ratione pœnitentiæ, ſed periculi ante admenſurationem pro imperfecta habetur. Gajus a. l. 35. §. 5. 7. P. h.

6. Res bona fide vendita, propter minimam cauſam inemta fieri non debet. Paulus l. 54. P. h.

Ex Lib. XVIII. Tit. II. de in diem addictione.

Quoties hoc actum eſt, ut meliore conditione allata ab emtione diſcedatur, pura eſt emtio, quæ ſub conditione reſolvitur; Sin autem hoc actum eſt, ut perficiatur, emtio niſi melior conditio offeratur, emtio eſt conditionalis. Ulpianus l. 2. P. h.

Ex Lib. XVIII. Tit. IV. de hereditate vel actione vendita.

Emtor hereditatis vicem heredis obtinet. Ulp. l. 2. §. 18. P. h. & ſicuti omne lucrum ad ipſum reſpicit, ita damnum quoque ad eundem reſpicere debet. D. l. 5. 9. P. h.

Ex

Ex Lib. XVIII. Tit. V. de rescindenda venditione.

1. Potest, dum res integra est, conventione nostra infecta fieri emtio. Pompon. l. 2. P. h.
2. Bonæ fidei judicio exceptiones pacti insunt. Paulus l. 3. P. h.

Ex Lib. XVIII. Tit. VI. De Periculo & commodo rei venditæ.

Perfecta emtione periculum ad emtorem respicit. Paulus l. 9. in pr. P. h.

Ex Lib. XVIII. Tit. VII. De servis exportandis.

Interest hominis, hominem beneficio affici. Papinianus l. 7. P.h.

Ex Lib. XIX. Tit. I. De actione emti & venditi.

1. Non videtur esse celatus, qui scit, neque certiorari debuit, qui non ignoravit. Ulpianus l. 1. in fin. P. h.
2. Non potest videri mora per venditorem, emtori facta esse, ipso moram faciente emtore. Labeo l. 51. in pr. P. h.

Ex Lib. XIX. Tit. II. Locati & conducti.

1. Tacita voluntas parem cum expressa virtutem habet. Ulpianus a. l. 13. § fin. P. h.

2. Si casu fortuito usus rei locatæ vel fructuum perceptio impeditur, aut minuitur, & conductor hinc intolerabile damnum sentit, merces a locatore vel in solidum vel pro rata remittenda. Ulpianus a. l. 15. §. 2. Gajus l. 25. §. 6. P. h.

3. Bona fides exigit, ut quod convenit, fiat. Javolenus l. 21. P. h.

4. Sera est patientia fruendi, quæ offertur eo tempore, quo frui colonus aliis rebus illigatus non potest. Paulus l. 24. §. 4. P. h.

5. Modicum damnum æquo animo ferre debet colonus, cui immodicum lucrum uon aufertur. Gajus l. 25. §. 6. P. h.

6. Culpa dum demum ab artifice, qui operam suam locavit, ab est, si omnia facta sunt, quæ diligentissimus quisque observaturus fuisset. Id. l. 25. §. 7. P. h.

7. Qua custodia consequi quis potest, ne damnum injuria, ab alio dari possit? Ulpian. l. 41. P. h.

Ex Lib. XIX. Tit. V. De præscriptis verbis & in factum actionibus.

1. Natura rerum conditum est, ut plura sint negocia, quam vocabula. Ulpianus l. 4. P. h.

2. Nemo societatem contrahendo rei suæ dominus esse desinit. Julianus l. 13. P. h.

3. Quoties deficit actio vel exceptio, utilis actio vel exceptio est. Ulpianus l. 21. P. h.

Ex Lib. XX. Tit. I. De Pignoribus.

1. Non plus habere creditor potest, quam habet, qui pignus dedit. Papinianus l. 3. §. 1. P. h.
2. Per hoc non videtur satisfactum creditori, quod habet judicati actionem. Marcianus l. 13. §. 4. P. h.

Ex Lib. XX. Tit. IV. Qui potiores in pignore l. hypotheca habeantur.

Inter alios res judicata alii nec prodesse, nec nocere solet. Paulus l. 16. in fin. P. h.

Ex Lib. XXI. Tit. I. De Ædilitio edicto.

1. Remittentibus actiones suas non est regressus dandus. Ulpianus l. 14. §. 9. P. h.
2. Judici statim atque judex factus est, omnium rerum officium incumbit, quæcunque in judicio versantur. Ulpianus l. 25. §. 8. P. h.
3. Ea, quæ post litis contestationem contingunt, arbitrium judicis desiderant. Ulpianus l. 31. §. 13. P. h.
4. Ea, quæ sunt moris & consuetudinis, in bonæ fidei judiciis debent venire. Ulpianus l. 31. §. 20. P. h.
5. Jumenta vendendi causa ornata, cum ornamentis emtoribus tradenda sunt. Ulpianus l. 38. P. h.

Ex Lib. XXII. Tit. I. De Usuris & fructibus.

1. Quale est, cum petitur, tale dari debet. Papinianus l. 2. P. h.

2. Iniquum est, usuras ab eo exigi, qui fructus non percipit. Paulus l. 16. §. 1. P. h.
3. Cum reus moram fecit, & fidejussor tenetur. Paulus l. 2. §. 1. P. h.
4. Omnis fructus non jure seminis, sed jure soli percipitur. Julianus l. 25. in pr. P. h.
5. An mora facta intelligatur, neque constitutione ulla, neque juris auctorum quæstione decidi potest, cum sit magis facti, quam juris. Marcianus l. 23. in pr. P. h.
6. In bonæ fidei contractibus ex mora usuræ debentur. Marcianus l. 32. § 2. P. h.
7. Inter insolentiam injuriosam & diligentiam ambitiosam multum interest. Ulpianus l. 33. in pr. P. h.

Ex Lib. XXII. Tit. III. De probationibus & præsumtionibus.

1. Ei incumbit probatio, qui dicit, non qui negat. Paulus l. 2. P. h.
2. Semper necessitas probandi incumbit illi, qui agit. Marcianus l. 21. P. h.
3. Præsumtio juris onus probandi in adversarium transfert. Modestinus l. 24. Paulus l. 25. P. h.
4. Qui solvit, nunquam ita resupinus est, ut facile suas pecunias jactet, & indebitas effundat. Paulus l. 25. in pr. P. h.

Ex Lib. XXII. Tit. IV. De fide instrumentorum, & amissione eorum.

1. Non ex indice aut exemplo alicujus scripturæ, sed

ſed ex authentico veritas probatur. Paulus a. l. 2. P. h.

2. Fiunt ſcripturæ, ut quod actum eſt, per eas facilius probari poſſit, ſine his autem valet, quod actum eſt, ſi habeat probationem. Gajus l. 4. P. h.

Ex Lib. XXII. Tit. V. De Teſtibus.

1. Teſtimoniorum uſus ab his præcipue exigendus, quorum fides non vacillat. Chariſius l. 1. P. h.
2. Idonei non videntur teſtes, quibus imperari poteſt, ut teſtes fiant. Rufinus l. 6. P. h.
3. Teſtis idoneus, Pater filio, aut filius patri non eſt. Paulus l. 9. P. h.
4. Nullus idoneus teſtis in re ſua intelligitur. Pomponius l. 10. P. h.
5. Ubi numerus teſtium non adjicitur, etiam duo ſufficient: Pluralis enim elocutio duorum numero contenta eſt. Ulpianus l. 12. P. h.

Ex Lib. XXII. Tit. VI. De Juris & facti ignorantia.

1. Regula eſt, juris quidem ignorantiam cuique nocere, facti vero ignorantiam non nocere. Paulus l. 9. P. h.

Ex Lib. XXIII. Tit. I. De Sponſalibus.

1. In Sponſalibus conſenſus eorum exigendus eſt, quorum in nuptiis deſideratur. Paulus l. 7. §. 1. P. h.

2. Quod in nuptiis constituitur etiam ad sponsalia trahitur. Modestinus a l. 15. Ulpianus l. 16. P. h.

Ex Lib. XXIII. Tit. II. De Ritu nuptiarum.

1. Nuptiæ consistere non possunt, nisi consentiant omnes, id est, qui coëunt, quorumque in potestate sunt. Paulus l. 2. P. h.
2. In contrahendis matrimoniis naturale jus & pudor inspiciendus est. Paulus l. 14. §. 2. P. h.
3. Quæsita dignitas liberis propter crimen patris auferenda non est. Papinianus l. 32. § ult. P. h.
4. Factum lex non sententiam notat. Ulp. l. 43. § 2. P. h.
5. Par affectionis causa suspicionem fraudis amovet. Tryphonius l. 67. §. 1. P. h.

Ex Lib. XXIII. Tit. III. De jure Dotium.

1. Reipublicæ interest, mulieres dotes salvas habere, propter quas nubere possunt. Paulus l. 2. P. h.
2. Bono & æquo non convenit, aut lucrari aliquem cum damno alterius, aut damnum sentire per alterius lucrum. Pomponius l. 6. §. f. P. h.
3. Ii, qui ex liberalitate conveniuntur, in id, quod facere possunt, condemnandi sunt. Ulpianus l. 33. P. h.
4. Lege rata non habetur autoritas dolo malo facta. Terentius Clemens l. 61. P. h.

Ex

Ex Lib. XXIV. Tit. I. De Donationibus inter virum & uxorem.

1. Non donat, qui necessariis oneribus succurrit. Ulpianus l. 21. in pr. P. h.
2. Voluntas hominis ambulatoria est, usque ad vitæ supremum exitum. Ulpianus l. 32. §. 3. P. h.
3. Coitus matrimonium non facit, sed maritalis affectio. Ulp. l. 32. §. 13. P. h.

Ex Lib. XXIV. Tit. III. Soluto matrimonio dos quemadmodum petatur.

1. Paria delicta mutua pensatione dissolvuntur. Papinianus l. 39. P. h.
2. Absurde dicitur dolo videri eum facere, qui non ipsi, quem convenit, sed alii restiturus petit. Paulus l. 44. §. 1. P. h.

Ex Lib. XXV. Tit. II. De actione rerum amotarum.

In honorem matrimonii turpis actio adversus uxorem negatur. Gajus l. 2. P. h.

Ex Lib. XXV. Tit. IV. De inspiciendo ventre, custodiendoque Partu.

1. Partus antequam edatur mulieris portio est vel viscerum. Ulpianus l. 1. §. 1. P. h.
2. Publice interest partus non subjici, ut ordinum dignitas familiarumque salva sit. Ulpianus l. 1. §. 13. P. h.

Ex Lib. XXV. Tit. VII. De Concubinis.

Concubinatus, quia per leges nomen assumsit, extra legis pœnam est. Marcianus l. 3. in fin. P. h.

Ex Lib. XXVI. Tit. I. De Tutelis.

Tutela plerumque virile officium est. Gajus l. 16. P. h.

Ex Lib. XXVI. Tit. II. De Testamentaria tutela.

Si nemo hereditatem adierit, nihil valet ex his, quæ testamento scripta sunt. Pomponius l. 9. P. h.

Ex Lib. XXVI. Tit. VII. De administratione & periculo tutorum & curatorum, qui gesserint.

1. Videtur gessisse, qui per alium gessit. Ulpian. l. 5. §. 3. P. h.
2. Nemo jus Publicum remittere potest cautionibus, nec mutare formam antiquitus constitutam. Ulpianus l. 5. §. 7. P. h.
3. Tutor non rebus dundaxat, sed & moribus pupilli proponitur. Paulus l. 12. P. h.
4. Donationes a tutore factæ pupillo non nocent. Paulus l. 22. P. h.
5. Tutor, qui tutelam gerit, quantum ad providentiam pupillarem domini loco haberi debet. Paulus l. 22. P. h.

6. Pri-

6. Privilegium militum ad alienam injuriam porrigi non oportet. Papinianus l. 40. P. h.
7. Lucrum ex tutela facere tutor non debet. Scævola l. 58. in pr. P. h.
8. Impune puto admittendum, quod per furorem alicujus accidit. Pomponius l. ult. in fin. P. h.

Ex Lib. XXVI. Tit. VIII. De autoritate tutorum & curatorum.

Regula est juris Civilis in rem suam autorem tutorem fieri non posse. Ulpianus l. 1. in pr. P. h.

Ex Lib. XXVI. Tit. IX. Quando ex facto tutoris vel curatoris minores agere vel conveniri possunt.

Dolus tutorum puero neque nocere, neque prodesse debet. Papinianus l. 3. P. h.

Ex Lib. XXVI. Tit. X. De suspectis tutoribus & curatoribus.

1. Satisdatio tutoris propositum malevolum non mutat, sed diutius grassandi in re familiari facultatem præstat. Callystratus l. 6. P. h.
2. Tutor suspectus ex moribus judicatur, tutor itaque pauper fidelis tamen & diligens removendus non est quasi suspectus. Ulpianus l. 8. P. h.

Ex Lib. XXVII. Tit. III. De tutelæ & rationibus distrahentis & utili curationis causa actione.

Unusquisque doli sui pœnam sufferat. Ulpianus l. 15. P. h.

Ex Lib. XXVII. Tit. IV. De contraria & utili actione Tutelæ.

In hoc non administrantur tutelæ ut mergantur pupilli. Ulpianus l 3. in pr. P. h.

Ex Lib. XXVI. Tit. V. De eo, qui pro tutore vel curatore negotia gessit.

Qui pro tutore negotia gerit, eandem fidem & diligentiam præstat, quam tutor præstaret. Pomponius l. 4. P. h.

Ex Lib. XXVII. Tit. IX. De rebus eorum qui sub tutela sunt.

Mea fert opinio eum, qui aliud fecit, quam quod a prætore decretum est, nihil egisse. Ulp. l. 7. § 3. P. h.

Ex Lib. XXVIII. Tit. I. Qui Testamenta facere possunt.

Testamenti factio non privati, sed publici juris est. Papinianus l. 3. P. h.

Ex

Ex lib. XXVIII. Tit. II. De Liberis & Posthumis.

Filio, qui in potestate est, præterito inutile est testamentum. Gajus l. 30. P. h.

Ex Lib. XXVIII. Tit. III. De injusto rupto, irrito facto testamento.

Licet subtilitas juris refragari videatur, attamen voluntas testatoris ex bono & æquo tuenda est. Papinianus l. 17. P. h.

Ex Lib. XXVIII. Tit. IV. De his, quæ in testamento delentur.

In re dubia benigniorum interpretationem sequi non minus justius est, quam tutius. Marcellus l. 3. P. h.

Ex Lib. XXVIII. Tit. V. De heredibus instituendis.

1. Veteres decreverunt, testamentorum jura ipsa per se firma esse oportere, non ex alieno pendere arbitrio. Gajus l. 32. in pr. P. h.
2. Cum herede esse debet testamenti factio, tempore testamenti facti, mortis testatoris, eaque perseverare tempore adeundæ hereditatis. Florentinus l. 49. §. 1. P. h.
3. Quoties non apparet, quis heres institutus est, heredis institutio non valet. Modestinus l. 62. §. 1. P. h.

4. Quæ

4. Quædam in testamentis, si exprimant, effectum nullum habent, quando, si verbis tegantur, eandem significationem habeant, quam haberent expressa, & momentum aliquod habebunt. Pomponius l. 68. P. h.

Ex Lib. XXVIII. Tit. VI. De vulgari & pupillari substitutione.

1. Improbus est is, qui solicitus est de vivi hereditate. Ulpianus l. 2. P. h.
2. Substitutio tacita pupillaris sub expressa vulgari, & tacita vulgaris sub expressa pupillari continetur, nisi contraria testatoris voluntas appareat. Modestinus l. 4. pr. & §. 2. P. h.
3. Quando instituti sibi invicem sunt substituti, creditur testator ex iisdem partibus ipsos substituisse, ex quibus eos instituit. Ulpianus a l. 24. P. h.
4. Beneficia principalia ipsi principes solent interpretari. Paulus l. 43. in pr. P. h.

Ex Lib. XXVIII. Tit. VII. De conditionibus institutionum.

1. Non videtur defectus, conditione is, qui parere conditioni non potest. Ulpianus l. 8. §. P. h.
2. Nulla est conditio, quæ in præteritum confertur vel quæ in præsens. Ulpianus l. 10. in fin. P. h.
3. Conditiones, quæ contra leges vel contra bonos mores vel derisoriæ sunt, pro non scriptis habentur, & perinde ac si conditio hereditati sive le-

ve le-

ve legato adjecta non esset, capitur hereditas legatumve. Marcianus l. 14. P. h.

4. Quæ facta lædunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram & (ut generaliter dixerim) contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum. Papinian. l. 15. P. h.

Ex Lib. XXIX. Tit. I. De Testamento Militis.

1. Fecisse testamentum militem interpretandum est, qui se velle testamentum, quod ante fecerat, valere aliquo modo declaravit. Marcellus l. 25. P. h.

2. Militibus, quoquo modo volunt & quomodo possunt, testamentum facere concessum est, ita tamen, ut hoc subsequutum esse legitimis probationibus ostendatur. Paulus l. 40. P. h.

Ex Lib. XXIX. Tit. II. De adquirenda vel omittenda hereditate.

Furiosi voluntas, nulla est. Africanus l. 47. P. h.

Ex Lib. XXIX. Tit. III. Quemadmodum Testamenta aperiantur.

Iniquum est, damnosum cuique esse officium suum. Gajus. l. 7. P. h.

Ex Lib. XXIX. Tit. V. De Senatus-Consulto Silaniano & Claudiano.

Commixta familia est, & una domus fieri & uxoris. Ulp. l. 1. §. 15. P. h.

Ex

Ex Lib. XXIX. Tit. VI. Si quis aliquem testari prohibuerit.

Fratris factum fratri non nocet. Paulus l. 2. §. 1. P. h.

Ex Lib. XXIX. Tit. VII. De Jure Codicillorum.

1. Codicillos is demum facere potest, qui jus testandi habet. Marcianus l. 6. §. 2. 3. P. h.
2. Fideicommissa dari possunt ab intestato succedentibus, quoniam creditur pater familias sponte sua his relinquere legitimam hereditatem. Paulus l. 8. §. 1. P. h.
3. Codicilli pro parte testamenti habentur observationemque & legem juris inde traditam servant. Scævola l. 14. P. h.
4. Codicilli cum testamento facti, jus testamenti sequuntur. Paulus l. 16 P. h.
5. Literæ, quibus hereditas promittitur, vel animi affectus exprimitur, vim codicillorum non obtinent. Paulus l. 17. P. h.

Ex Lib. XXX. Tit. I. De Legatis & Fideicommissis. 1.

1. Rerum vocabula immutabilia sunt, hominum mutabilia. Ulp. l. 2. P. h.
2. Legatum in aliena voluntate poni potest, sine heredis non potest. Ulpianus. l. 43. §. 2. P. h.
3. Nemo potest in testamento suo cavere, ne leges in suo testamento locum habeant. Pomponius l. 55. P. h.

4. Im-

4. Impossibilis conditio pro non scripta habetur. Julianus l. 104 §. 1. P. h.
5. Non plus potest rogari quis restituere, quam quantum ei relictum est. Marcianus l. 114. §. 3. P. h.
6. Hereditas personæ defuncti, qui eam reliquit, vice fungitur. Florentinus l. 116. §. 3. P. h.

Ex Lib. XXXI. Tit. I. De Legatis & fideicommissis. 2.

1. Neminem ejusdem rei legatæ sibi partem velle, partem nolle verius est. Paulus l. 1. P. h.
2. Exemplo pessimum est, fœminino vocabulo etiam masculos contineri. Pomponius l. 45. in pr. P. h.
3. Sæpe confines fundos etiam supra justam æstimationem interest nostra adquirere. Terentius Clemens l. 54. P. h.
4. Plures in uno fundo dominium, juris intellectu, non divisione corporis, obtinent. Papinianus l. 66. §. 2. P. h.
5. Ususfructus, etsi in jure non in parte consistit, emolumentum tamen rei continet. Papinianus l. 66. §. 6. P. h.
6. Facultas necessariæ electionis, proprie liberalitatis beneficium non est. Papinianus l. 67. §. 1. P. h.
7. Non absumitur, quod in corpore patrimonii retinetur. Paulus l. 72. P. h.

8. Ordo scripturæ non impedit causam juris ac voluntatis. Paulus l. 77. §. 1. P. h.
9. Ignaviam prætendentes audiri non oportet. Paulus l. 78. §. 2. P. h.

Ex Lib. XXXII. Tit. I. De Legatis & fideicommissis. 3.

1. Probatio mutatæ voluntatis ab heredibus exigenda est. Ulpianus l. 11. §. 1. P. h.
2. In fideicommissis præcipue spectanda servandaque voluntas testatoris est. Ulpianus l. 11. §. 19. P. h.
3. Semper sexus masculinus etiam fœmininum sexum continet. Julianus l. 62. P. h.
4. Omne artificium, incrementum recipit. Marcianus l. 65. §. 3. P. h.
5. In causa testamentorum non ad definitionem utique descendendum est, cum plerumque abusive loquantur, nec propriis nominibus ac vocabulis semper utantur. Marcellus l. 60. P. h.

Ex Lib. XXXIII. Tit. I. De annuis Legatis.

Tam labor, quam pecunia divisionem recipiunt. Papinianus l. 10. in pr. P. h.

Ex Lib. XXXIII. Tit. II. De usu & usufructu per legatum datis.

1. Servitus servitutis esse non potest. Paulus l. 1. P. h.

2. Non

2. Non potest arbiter inter alios judicando alterius jus mutare. Labeo l. 31. P. h.

Ex Lib. XXXIII. Tit. IV. De Dote prælegata.

Quicquid demonstratæ rei additur satis demonstratæ, frustra est. Ulp. l. 1. §. ult. P. h.

Ex Lib. XXXIII. Tit. V. De Optione legata.

Non videor consentire, qui sentire non possum. Pompon. l. 8 §. 2. P. h.

Ex Lib. XXXIII. Tit. X. De Supellectile legata.

1. Error jus facit. Paulus l. 3. in f. P. h.
2. Nemo existimandus est dixisse, quod non mente agitaverit. Celsus l. 7. §. 2. P. h.
3. Etsi prior atque potentior est, quam vox, mens dicentis, tamen nemo sine voce dixisse existimatur. Celsus l. 7. in f. P. h.

Ex Lib. XXXIV. Tit. II. De auro, argento, mundo legatis.

Certo corpore legato, demonstratio falsa posita non interimit legatum. Pompon. l. 10. P. h.

Ex Lib. XXXIV. Tit. III. De liberatione legata.

1. Nullam dubitationem habet, quin herede petere a debitore vetito, nec heres heredis petere poſſit. Pompon. l. 2 P. h.
2. Solemus dicere, pacti exceptionem fidejuſſori dandam, quæreo competit. Ulp. l. 5. in pr. P. h.
3. Acceptilatio ſolutioni comparatur. Ulp. l. 7. § 1 P. h.
4. Confuſione perinde extinguitur obligatio ac ſolutione. Terentius Clemens l. 22. §. 1. P. h.
5. Præſumptio propter naturalem affectum facit omnia patri videri conceſſa, Scævola l. 28. §. 3. P. h.

Ex Lib. XXXIV. Tit. IV. De adimendis & transferendis legatis.

1. Ambulatoria eſt voluntas defuncti usque ad vitæ ſupremum exitum. Ulp. l. 4. P. h.
2. Noviſſima voluntas ſervatur. Paulus l. 6. in f. P. h.
3. Supervacua ſcriptura non nocet legato. Paulus l. 26. in f. P. h.

Ex Lib. XXXIV. Tit. V. De rebus dubiis.

1. In ambiguo ſermone non utrumque dicimus, ſed id duntaxat, quod volumus. Itaque qui aliud

aliud dixit, quam vult, neque id dicit, quod vox significat, quia non vult, neque id, quod vult, quia id non loquitur Paulus l. 3. P. h.

2. In ambiguis rebus humaniorem sententiam sequi oportet. Ulp. l. 10. § 1. P. h.

3. Ubi est verborum ambiguitas, valet, quod acti est. Paul. l. 21. P. h.

4. Semper in dubiis id a gendum est, ut quam tutissimo loco res sit, bona fide contracta, nisi cum aperte contra leges scriptum est. Paulus l. 11. in f. & Julianus l. 12. P. h.

5. Cum in testamento ambigue aut etiam perperam scriptum est, benigne interpretari, & secundum id, quod credibile est cogitatum, credendum est. l. 24. P. h.

6. Cum quæritur in stipulatione, quid acti sit, ambiguitas contra stipulatorem est. Celsus l. 26. P. h.

Ex Lib. XXXIV. Tit. VII. De Regula Catoniana.

Catoniana regula sic definit, quod si testamenti facti tempore decessisset testator, inutile foret, id legatum, quandocunque decesserit, non valere. Celsus l. 1. in pr. P. h.

Ex Lib. XXXIV. Tit. VIII. De iis, quæ pro non scriptis habentur.

Quæ in eam causam pervenerunt, à qua incipere non poterant, pro non scriptis habentur. Marcianus l. 3. §. 2. P. h.

Ex Lib. XXXV. Tit. I. De Conditionibus & Demonſtrationibus.

1. Obtinuit, impoſſibiles condictiones teſtamento adſcriptas, pro nullis habendas. Ulpianus l. 3. P. h.
2. In conditionibus primum locum voluntas defuncti obtinet, eaque regit conditiones. Ulpianus l. 19. in pr. P. h.
3. Annulorum aureorum jure honor augetur, conditio non mutatur. Marcianus l. 33. §. 2. P. h.
4. Demonſtratio plerumque vice nominis fungitur. Florentinus l. 34. P. h.
5. Quæ facti ſunt, non transeant ad dominum. Paulus l. 44 in pr. P. h.
6. In alienam voluntatem conferri legatum non poteſt. Modeſtinus l. 52. P. h.
7. Fere dies ponitur ad proroganda ea, quæ ad præſens tempus non etiam, quæ in futurum legata ſunt. Javolenus l. 54. P. h.
8. Periculoſum eſt & triſte, libertum conjunctum Patroni liberis, eorundem mortem expectare. Papinianus l. 72. §. 1. P. h.
9. Dies incertus conditionem in teſtamento facit. Papinianus l. 25. P. h.
10. In conditionibus teſtamentorum voluntatem potius, quam verba conſiderari oportet. Pap. l. 101. in pr. P. h.

Ex

Ex Lib. XXXV. Tit. II. Ad L. Falcidiam.

1. Testatori liberrime legare licet, modo heredibus quartam bonorum partem salvam relinquat. Paulus l. 1. pr P. h.
2. Damna post mortem testatoris illata ad solum heredem respiciunt. Marcianus l. 10. §. 2. P. h.
3. Favor libertatis sæpe & alias benigniores sententias exprimit. l. 32. in f. P. h.
4. Mortis tempus in ratione legis falcidiæ ineunda, placuit observari. Marcellus l. 56. pr. P. h.
5. Quod si legando testator excesserit dodrantem bonorum, pro rata portione, per legem ipso jure legata minuuntur. Gajus l. 73. §. f. P. h.
6. In quartam hereditatis, quam per legem falcidiam heres habere debet, imputantur res, quas jure hereditario capit, non quas jure legati l. fideicommissi vel implendæ conditionis causa accipit, sed in fideicommissoria hereditate hæc imputantur. Marcianus a l. 91. P. h.

Ex Lib. XXXV. Tit. III. Si cui plus, quam per legem falcidiam licuerit, legatum esse dicetur.

Ea, quæ per errorem omissa vel soluta sunt, condici possunt. Ulp. l. 3. in fin. P. h.

4. Quædam in testamentis, si exprimant, effectum nullum habent, quando, si verbis tegantur, eandem significationem habeant, quam haberent expressa, & momentum aliquod habebunt. Pomponius l. 68. P. h.

Ex Lib. XXVIII. Tit. VI. De vulgari & pupillari substitutione.

1. Improbus est is, qui solicitus est de vivi hereditate. Ulpianus l. 2. P. h.
2. Substitutio tacita pupillaris sub expressa vulgari, & tacita vulgaris sub expressa pupillari continetur, nisi contraria testatoris voluntas appareat. Modestinus l. 4. pr. & §. 2. P. h.
3. Quando instituti sibi invicem sunt substituti, creditur testator ex iisdem partibus ipsos substituisse, ex quibus eos instituit. Ulpianus a l. 24. P. h.
4. Beneficia principalia ipsi principes solent interpretari. Paulus l. 43. in pr. P. h.

Ex Lib. XXVIII. Tit. VII. De conditionibus institutionum.

1. Non videtur defectus, conditione is, qui parere conditioni non potest. Ulpianus l. 8. §. P. h.
2. Nulla est conditio, quæ in præteritum confertur vel quæ in præsens. Ulpianus l. 10. in fin. P. h.
3. Conditiones, quæ contra leges vel contra bonos mores vel derisoriæ sunt, pro non scriptis habentur, & perinde ac si conditio hereditati sive le-

ve legato adjecta non esset, capitur hereditas legatumve. Marcianus l. 14. P. h.

4. Quæ facta lædunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram & (ut generaliter dixerim) contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum. Papinian. l. 15. P. h.

Ex Lib. XXIX. Tit. I. De Testamento Militis.

1. Fecisse testamentum militem interpretandum est, qui se velle testamentum, quod ante fecerat, valere aliquo modo declaravit. Marcellus l. 25. P. h.
2. Militibus, quoquo modo volunt & quomodo possunt, testamentum facere concessum est, ita tamen, ut hoc subsequutum esse legitimis probationibus ostendatur. Paulus l. 40. P. h.

Ex Lib. XXIX. Tit. II. De adquirenda vel omittenda hereditate.

Furiosi voluntas, nulla est. Africanus l. 47. P. h.

Ex Lib. XXIX. Tit. III. Quemadmodum Testamenta aperiantur.

Iniquum est, damnosum cuique esse officium suum. Gajus. l. 7. P. h.

Ex Lib. XXIX. Tit. V. De Senatus-Consulto Silaniano & Claudiano.

Commixta familia est, & una domus fieri & uxoris. Ulp. l. 1. §. 15. P. h.

Ex

Ex Lib. XXIX. Tit. VI. Si quis aliquem testari prohibuerit.

Fratris factum fratri non nocet. Paulus l. 2. §. 1. P. h.

Ex Lib. XXIX. Tit. VII. De Jure Codicillorum.

1. Codicillos is demum facere potest, qui jus testandi habet. Marcianus l. 6. §. 2. 3. P. h.
2. Fideicommissa dari possunt ab intestato succedentibus, quoniam creditur pater familias sponte sua his relinquere legitimam hereditatem. Paulus l. 8. §. 1. P. h.
3. Codicilli pro parte testamenti habentur observationemque & legem juris inde traditam servant. Scævola l. 14. P. h.
4. Codicilli cum testamento facti, jus testamenti sequuntur. Paulus l. 16 P. h.
5. Literæ, quibus hereditas promittitur, vel animi affectus exprimitur, vim codicillorum non obtinent. Paulus l. 17. P. h.

Ex Lib. XXX. Tit. I. De Legatis & Fideicommissis. 1.

1. Rerum vocabula immutabilia sunt, hominum mutabilia. Ulp. l. 2. P. h.
2. Legatum in aliena voluntate poni potest, sine heredis non potest. Ulpianus. l. 43. §. 2. P. h.
3. Nemo potest in testamento suo cavere, ne leges in suo testamento locum habeant. Pomponius l. 55. P. h.

4. Im-

4. Impossibilis conditio pro non scripta habetur. Julianus l. 104 §. 1. P. h.
5. Non plus potest rogari quis restituere, quam quantum ei relictum est. Marcianus l. 114. §. 3. P. h.
6. Hereditas personæ defuncti, qui eam reliquit, vice fungitur. Florentinus l. 116. §. 3. P. h.

Ex Lib. XXXI. Tit. I. De Legatis & fideicommissis. 2.

1. Neminem ejusdem rei legatæ sibi partem velle, partem nolle verius est. Paulus l. 1. P. h.
2. Exemplo pessimum est, fœminino vocabulo etiam masculos contineri. Pomponius l. 45. in pr. P. h.
3. Sæpe confines fundos etiam supra justam æstimationem interest nostra adquirere. Terentius Clemens l. 54. P. h.
4. Plures in uno fundo dominium, juris intellectu, non divisione corporis, obtinent. Papinianus l. 66. §. 2. P. h.
5. Ususfructus, etsi in jure non in parte consistit, emolumentum tamen rei continet. Papinianus l. 66. §. 6. P. h.
6. Facultas necessariæ electionis, proprie liberalitatis beneficium non est. Papinianus l. 67. §. 1. P. h.
7. Non absumitur, quod in corpore patrimonii retinetur. Paulus l. 72. P. h.

8. Ordo scripturæ non impedit causam juris ac voluntatis. Paulus l. 77. §. 1. P. h.
9. Ignaviam prætendentes audiri non oportet. Paulus l. 78. §. 2. P. h.

Ex Lib. XXXII. Tit. I. De Legatis & fideicommissis. 3.

1. Probatio mutatæ voluntatis ab heredibus exigenda est. Ulpianus l. 11. §. 1. P. h.
2. In fideicommissis præcipue spectanda servandaque voluntas testatoris est. Ulpianus l. 11. §. 19. P. h.
3. Semper sexus masculinus etiam fœmininum sexum continet. Julianus l. 62. P. h.
4. Omne artificium, incrementum recipit. Marcianus l. 65. §. 3. P. h.
5. In causa testamentorum non ad definitionem utique descendendum est, cum plerumque abusive loquantur, nec propriis nominibus ac vocabulis semper utantur. Marcellus l. 60. P. h.

Ex Lib. XXXIII. Tit. I. De annuis Legatis.

Tam labor, quam pecunia divisionem recipiunt. Papinianus l. 10. in pr. P. h.

Ex Lib. XXXIII. Tit. II. De usu & usufructu per legatum datis.

1. Servitus servitutis esse non potest. Paulus l. 1. P. h.

2. Non

2. Non potest arbiter inter alios judicando alterius jus mutare. Labeo l. 31. P. h.

Ex Lib. XXXIII. Tit. IV. De Dote prælegata.

Quicquid demonstratæ rei additur satis demonstratæ, frustra est. Ulp. l. 1. §. ult. P. h.

Ex Lib. XXXIII. Tit. V. De Optione legata.

Non videor consentire, qui sentire non possum. Pompon. l. 8 §. 2. P. h.

Ex Lib. XXXIII. Tit. X. De Supellectile legata.

1. Error jus facit. Paulus l. 3. in f. P. h.
2. Nemo existimandus est dixisse, quod non mente agitaverit. Celsus l. 7. §. 2. P. h.
3. Etsi prior atque potentior est, quam vox, mens dicentis, tamen nemo sine voce dixisse existimatur. Celsus l. 7. in f. P. h.

Ex Lib. XXXIV. Tit. II. De auro, argento, mundo legatis.

Certo corpore legato, demonstratio falsa posita non interimit legatum. Pompon. l. 10. P. h.

Ex Lib. XXXIV. Tit. III. De liberatione legata.

1. Nullam dubitationem habet, quin herede petere a debitore vetito, nec heres heredis petere poſſit. Pompon. l. 2 P. h.
2. Solemus dicere, pacti exceptionem fidejuſſori dandam, quæreo competit. Ulp. l. 5. in pr. P. h.
3. Acceptilatio ſolutioni comparatur. Ulp. l. 7. § 1 P. h.
4. Confuſione perinde extinguitur obligatio ac ſolutione. Terentius Clemens l. 22. §. 1. P. h.
5. Præſumptio propter naturalem affectum facit omnia patri videri conceſſa, Scævola l. 28. §. 3. P. h.

Ex Lib. XXXIV. Tit. IV. De adimendis & transferendis legatis.

1. Ambulatoria eſt voluntas defuncti usque ad vitæ ſupremum exitum. Ulp. l. 4. P. h.
2. Noviſſima voluntas ſervatur. Paulus l. 6. in f. P. h.
3. Supervacua ſcriptura non nocet legato. Paulus l. 26. in f. P. h.

Ex Lib. XXXIV. Tit. V. De rebus dubiis.

1. In ambiguo ſermone non utrumque dicimus, ſed id dundaxat, quod volumus. Itaque qui aliud

aliud dixit, quam vult, neque id dicit, quod vox ſignificat, quia non vult, neque id quod vult, quia id non loquitur Paulus l. 3. P. h.

2. In ambiguis rebus humaniorem ſententiam ſequi oportet. Ulp. l. 10. § 1. P. h.

3. Ubi eſt verborum ambiguitas, valet, quod acti eſt. Paul. l. 21. P. h.

4. Semper in dubiis id agendum eſt, ut quam tutiſſimo loco res ſit, bona fide contracta, niſi cum aperte contra leges ſcriptum eſt. Paulus l. 11. in f. & Julianus l. 12. P. h.

5. Cum in teſtamento ambigue aut etiam perperam ſcriptum eſt, benigne interpretari, & ſecundum id, quod credibile eſt cogitatum, credendum eſt. l. 24. P. h.

6. Cum quæritur in ſtipulatione, quid acti ſit, ambiguitas contra ſtipulatorem eſt. Celſus l. 26. P. h.

Ex Lib. XXXIV. Tit. VII. De Regula Catoniana.

Catoniana regula ſic definit, quod ſi teſtamenti facti tempore deceſſiſſet teſtator, inutile foret, id legatum, quandocunque deceſſerit, non valere. Celſus l. 1. in pr. P. h.

Ex Lib. XXXIV. Tit. VIII. De iis, quæ pro non ſcriptis habentur.

Quæ in eam cauſam pervenerunt, à qua incipere non poterant, pro non ſcriptis habentur. Marcianus l. 3. §. 2. P. h.

Ex Lib. XXXV. Tit. I. De Conditionibus & Demonſtrationibus.

1. Obtinuit, impoſſibiles condictiones teſtamento adſcriptas, pro nullis habendas. Ulpianus l. 3. P. h.
2. In conditionibus primum locum voluntas defuncti obtinet, eaque regit conditiones. Ulpianus l. 19. in pr. P. h.
3. Annulorum aureorum jure honor augetur, conditio non mutatur. Marcianus l. 33. §. 2. P. h.
4. Demonſtratio plerumque vice nominis fungitur. Florentinus l. 34. P. h.
5. Quæ facti ſunt, non transeant ad dominum. Paulus l. 44 in pr. P. h.
6. In alienam voluntatem conferri legatum non poteſt. Modeſtinus l. 52. P. h.
7. Fere dies ponitur ad proroganda ea, quæ ad præſens tempus non etiam, quæ in futurum legata ſunt. Javolenus l. 54. P. h.
8. Periculoſum eſt & triſte, libertum conjunctum Patroni liberis, eorundem mortem expectare. Papinianus l. 72. §. 1. P. h.
9. Dies incertus conditionem in teſtamento facit. Papinianus l. 25. P. h.
10. In conditionibus teſtamentorum voluntatem potius, quam verba conſiderari oportet. Pap. l. 101. in pr. P. h.

Ex

Ex Lib. XXXV. Tit. II. Ad L. Falcidiam.

1. Testatori liberrime legare licet, modo heredibus quartam bonorum partem salvam relinquat. Paulus l. 1. pr. P. h.
2. Damna post mortem testatoris illata ad solum heredem respiciunt. Marcianus l. 10. §. 2. P. h.
3. Favor libertatis sæpe & alias benigniores sententias exprimit. l. 32. in f. P. h.
4. Mortis tempus in ratione legis falcidiæ ineunda, placuit observari. Marcellus l. 56. pr. P. h.
5. Quod si legando testator excesserit dodrantem bonorum, pro rata portione, per legem ipso jure legata minuuntur. Gajus l. 73. §. f. P. h.
6. In quartam hereditatis, quam per legem falcidiam heres habere debet, imputantur res, quas jure hereditario capit, non quas jure legati l. fideicommissi vel implendæ conditionis causa accipit, sed in fideicommissoria hereditate hæc imputantur. Marcianus a l. 91. P. h.

Ex Lib. XXXV. Tit. III. Si cui plus, quam per legem falcidiam licuerit, legatum esse dicetur.

Ea, quæ per errorem omissa vel soluta sunt, condici possunt. Ulp. l. 3. in fin. P. h.

Ex Lib. XXXVI. Tit. I. Ad Senatus-Consultum Trebellianum & Pegasianum.

1. Neminem oportet plus legati nomine præstare, quam ex hereditate pervenit. Ulpianus l. 1. §. 17. P. h.
2. Dicendum est, Prætorem in Prætorem vel Consulem in Consulem nullum imperium habere. l. 13. §. 4. P. h.
3. Triplici officio fungi nemo potest. l. 13. § 4. P. h.
4. Iniquum est, ad fideicommissarium damnum pertinere, ad quem augmentum non pertinet. Marcianus l. 33. P. h.
5. Cum semel adita est hereditas, omnis defuncti voluntas rata constituitur. Papinianus l. 55. §. 2. P. h.
6. In fideicommissis voluntatem spectari convenit. l. 57. § 1. P. h.
7. Neque turpitudinem illam habeat conditio, nec impedimentum aliquod. Gajus l. 63. §. 7. P. h.
8. Codicillis hereditas neque dari, neque adimi potest. Scævola l. 76. P. h.

Ex Lib. XXXVI. Tit. II. Quando dies legatorum vel fideicommissorum.

1. Dies legati relicti pure ex tempore mortis sub conditione eadem adimpleta cedit. Ulpianus l. 5. §. 1. 2. P. h.

2. Le-

2. Legatum, cujus dies vivo legatorio cessit, ad heredem transmittitur. Idem l. 5. P. h.
3. Fidejussores ab eo non petendi, cujus fidem sequi defunctus maluit, Papinianus l. 26. §. 1. P. h.

Ex Lib. XXXVI. Tit. III. Ut Legatorum seu fideicommissorum servandorum causa caveatur.

1. Fiscus non solet satisdare. Ulpianus l. 1. §. 18. P. h.
2. Jura actus supervacaneos aversantur. Id. l. 14. §. 1. P. h.

Ex Lib. XXXVII. Tit. I. De bonorum possessionibus.

1. Tutori petere permissum, non etiam repudiare. Paulus l. 8. P. h.
2. Si pupillo tutor bonorum possessionem petierit; & plus incommodi, quam commodi hæc bonorum possessio habeat; tutor tutelæ judicio tenetur. Gajus l. 11. P. h.
3. Ubicunque lex, l. Senatus, l. constitutio capere hereditatem prohibet: & bonorum possessio cessat. Ulp. l. 12. P. h.

Ex Lib. XXXVII. Tit. V. De legatis præstandis contra tabulas bonorum possessione petita.

Liberis tantum & parentibus Prætor prospexit:

non etiam fratri & sorori conservabit legatum. Ulpianus l. 3. P. h.

Ex Lib. XXXVII. Tit. VI. De Collatione bonorum.

1. Propter incertum cautio interponi solet. Ulp. l. 1. §. 11 P. h.
2. Si prægnantem quis uxorem reliquerit, & ea ventris nomine in possessionem missa fuerit: interim cessat collatio. Paulus l. 12. P. h.

Ex Lib. XXXVII. Tit. XI. De bonorum possessionibus secundum tabulas.

Cum capite fortunas quoque suas in familiam & domum alienam (arrogatus) transfert, Papinianus l. 11. §. 2. P. h.

Ex Lib. XXXVII. Tit. XV. De Obsequiis parentibus & patronis præstandis.

Liberto & filio semper honesta & sancta persona patris ac patroni videri debet. Ulpianus l. 9. P. h.

Ex Lib. XXXVIII. Tit. I. De Operis libertorum.

1. Perinde operæ a libertis, ac pecunia credita petitur. Pomponius l. 4. P. h.
2. Unusquisque quod spopondit, sub impendio, dare debet, quamdiu id, quod debet, in rerum natura est. Paulus l. 20. in pr. P. h.

3. So-

3. Solutionis vicem delegatio continet. Paulus l. 36. §. 4. P. h.

Ex Lib. XXXVIII. Tit. II. De Bonis libertorum.

1. Advocatus non accusat. Ulpianus l. 14. §. pen. P. h.
2. Iniquum est, & legatum velle percipere, & libertatem servo non dare. Papinianus l. 41. P. h.
3. Omnia, quæ nostra sunt, liberis nostris ex voto paramus. Tryphonius l. 50. §. 2. P. h.

Ex Lib. XXXVIII. Tit. VIII. Unde Cognati.

Verisimile non videtur, tam conjunctum sanguini defuncti valetudinem ignorasse. Papinianus l. 9. in fin. P. h.

Ex Lib. XXXVIII. Tit. X. De Gradibus & affinibus & nominibus eorum.

Accedentibus singulis crescit numerus. Paulus l. 10. §. 19. P. h.

Ex Lib. XXXVIII. Tit. XVI. De suis & legitimis heredibus.

Privatorum cautio legum autoritate non censetur. Papinianus l. 16. P. h.

Ex

Ex Lib. XXXIX. Tit. I. De Operis novi nunciatione.

Nunciatio novi operis in re præsenti facienda est, i. e. illic loci, ubi opus fit. Ulpianus l. 5. §. 2. P. h.

Ex Lib XXXIX. Tit. III. De Aqua & aquæ pluviæ arcendæ actione.

1. Prodesse sibi unusquisque, dum alii non nocet, non prohibetur. Ulpianus l. 1. §. 4. & 11. P. h.
2. Vetustas vicem legis obtinet. Ulp. l. 1. §. ult. P. h.
3. Cum minuitur jus alicujus, consequens est exquiri, an consentiat. Id. l. 8. P. h.
4. Nullam potest videri injuriam accipere, qui semel voluit. Paulus l. 9. §. 1. P. h.
5. Non potest quis facere, quo minus agrum vicinus, quemadmodum vellet, araret. Alfenus l. 24. in pr. P. h.

Ex Lib. XXXIX. Tit. V. De Donationibus.

Tabulæ non faciunt matrimonium. Papinianus l. 31. in pr. P. h.

Ex Lib. XL. Tit. II. De Manumissis vindicta.

1. Causæ probationis contradicendum, non etiam

causa

causa jam probata retractanda est. Marcianus l. 9. P. h.

2. Verba solennia, licet non dicantur, ut dicta accipiuntur. Hermogen. l. 23. P. h.

Ex Lib. XL. Tit. IV. De Manumissis testamento.

1. Vulgo dicitur, sub pluribus conditionibus data libertate, levissimam conditionem spectandam esse. Modestinus l. 45. P. h.
2. Nihil obest, quod in syllaba erratur. Scævola l. 54. in pr. P. h.

Ex Lib. XL. Tit. V. De fideicommissariis libertatibus.

1. Cum invitis illis, qui libertatem acceperunt, possunt bonis propter libertatem addici, utique etiam absentibus. Ulpian. l. 4 §. 3. P. h.
2. Καν τον ετερον ποδα εν τω σορω εχω προσμαθειν τι βουλοιμην, i. e. Etsi alteram pedem in tumulo haberem, non pigeret, aliquid addiscere. Pomponius l. 20. P. h.
3. Quid tam contrarium est servituti, quam libertas? Papinianus l. 21. P. h.
4. Non tantum verba fideicommissi, sed & mens testatoris tribuere solet libertatem fideicommissariam. Ulp. l. 24. §. 8. P. h.
5. Multa contra juris rigorem pro libertate sunt constituta. Id. l. 24. §. 10. P. h.
6. Ex justa causa abesse eos demum dicendum est, qui

qui non habent injustam causam absentiæ, Id. l. 28. § ult. P. h.

7. Fideicommissæ libertates neque ætate, neque conditione, neque mora non præstantium tardique reddentium corrumpuntur, aut in deteriorem statum perducuntur. Ulpianus l. 30. § pen. P. h.

8. Libertas dividi, & sic pro parte præstari, non potest, Paulus l. 31. in pr. P. h.

9. Humanum non fuerit, ob rei pecuniariæ quæstionem, libertati moram fieri. Ulpian. l. 37. P. h.

10. Nihil æque gratum servis præstari potest, quam libertas. Paulus l. 39. in fin. P. h.

11. Ea damna, quæ casu ita acciderint, ut servo nihil possit imputari, non pertinent ad reliquorum onus. Scævola l. 41. §. P. h.

12. In heredis arbitrium conferri, an debeatur, non potest. Ulp. l. 46. §. 4. P. h.

13. Quatenus libertas non privata, sed publica res est, ultro is, qui eam debet, offerre debet. Marcianus l. 53 P. h.

14. Prætor parvulis subvenit. Id. l. 55. §. 1. P. h.

Ex Lib. XL. Tit. VII. De Statuliberis.

1. Libertas, nec pecunia lui, nec reparari potest, Ulp. l. 9 § 2. P. h.

2. Inesse videtur tempus tam operarum præstationi, quam itineri, Paulus l. 20. in fin. P. h.

Ex

Ex Lib. XL. Tit. IX. Qui & quibus manumissi liberi non fiunt.

Creditores appellantur, quibus quacunque ex causa actio (cum fraudatore) competit. Paulus l. 16. §. 2. P. h.

Ex Lib. XL. Tit. XII. De liberali causa.

1. Melioris conditionis esse non debet, qui dubiæ libertatis est, quam qui certæ. Paulus l. 24. §. ult. P. h.
2. Vulgo dicitur post ordinatum liberale judicium hominem, cujus de statu controversia est, liberi loco esse. Gajus l. 15. §. 2. P. h.

Ex Lib. XLI. Tit. I. De adquirendo rerum dominio.

1. Traditio nihil amplius transferre debet l. potest ad eum, qui accipit, quam est apud eum, qui tradit. Ulp. l. 20. in pr. P. h.
2. Flumina censitorum vice funguntur, ut ex privato in publicum addicant, & ex publico in privatum. Pompon. l. 30. P. h.
3. Nunquam nuda traditio transfert dominium, sed ita, si venditio aut alia justa causa præcesserit, propter quam traditio sequeretur. Paulus l. 31. P. h.
4. Substitutio, quæ nondum competit, extra bona nostra est. Paulus l. 40. P. h.
5. Incorporales res traditionem & usucapionem non recipere, manifestum est. Gajus l. 41. §. 1. P. h.

6. Non

6. Non est novum, ut qui dominium non habet, alii dominium præbeat. Ulpianus l. 46. P. h.

7. Rem in bonis nostris habere intelligimur, quoties possidentes, exceptionem, aut amittentes ad recuperandam, eam actionem habemus. Modestinus l. 52. P. h.

8. Res ex mandato meo emta, non prius mea fiet, quam si mihi tradiderit, qui emit. Callistratus l. 59. P. h.

9. Hereditas in multis partibus juris pro domino habetur, adeoque hereditati quoque, ut domino per servum hereditarium adquiritur. Hermogenianus l. 61. P. h.

10. Quæ quisque aliena in censum deducit, nihilo magis ejus fiunt. Scævola l. 64. P. h.

Ex Lib. XLI. Tit. II. De adquirenda l. amittenda possessione.

1. Non corpore & actu necesse est apprehendere possessionem, sed etiam oculis & affectu. Paulus l. 1. §. 21. P. h.

2. Adipiscimur possessionem & corpore & animo, neque per se animo aut per se corpore. Idem. l. 3. §. 1. P. h.

3. Furtum sine contrectatione non potest, nec animo furtum admittitur. Id. l. 3. §. 18 P. h.

4. Quemadmodum nulla possessio adquiri nisi animo & corpore potest: ita nulla amittitur, nisi in qua utrumque in contrarium actum est. Id. l. 8. P. h.

5. Nihil commune habet proprietas cum possessione. Ulp. l. 12. P. h.

6. Si

6. Si quis vi de possessione dejectus sit, perinde haberi debet, ac si possideret. Id. l. 17. P. h.
7. Non videtur possessionem adeptus is, qui ita nactus est, ut eam retinere non possit. Javolenus l. 22. P. h.
8. Quamvis pupillus sine tutoris autoritate non obligetur, possessionem tamen per eum retinemus, Paulus l. 32. P. h.
9. Adversus extraneos vitiosa possessio prodesse solet, Vanulejus l. 53 P. h.

Ex Lib. XLI. Tit. III. De Usurpationibus & Usucapionibus.

1. In usucapionibus non a momento ad momentum, sed totum postremum diem computamus. Ulp. l. 6. P. h.
2. Partus rei furtivæ pars non est, Id. l. 20. in fin. P. h.
3. Pignori rem acceptam usu non capimus, qua pro alieno possidemus. Paulus l. 13. in pr. P. h.
4. Adversus fiscum usucapio non procedit. Modestinus l. 18. P. h.
5. Ubi lex inhibet usucapionem, bona fides possidenti nihil prodest. Pomponius l. 24. P. h.
6. Sine possessione usucapio contingere non potest. Rufinus l. 25. P. h.
7. Nunquam in usucapionibus, juris error possessori prodest. Paulus l. 31. in pr. P. h.
8. In usucapionibus mobilium, continuum tempus numeratur. Id. l. 31. P. h.

9. Incertam partem possidere nemo potest. Pompon. l. 32. §. 2. P. h.

10. Non intelligitur quis suæ rei pignus contrahere. Gallianus l 33. §. 5. P. h.

11. Furtum sine affectu furandi non committitur Gajus l. 37. in pr. P. h.

Ex Lib. XLI. Tit. IV. Pro Emtore.

1. Substantia potius (i. e. veritas) intuenda quam opinio. Paulus l. 2. §. 2. P. h.

2. Juris error nulli prodest. Idem l. 2. § 15. P. h.

3. Emtoris tempus venditoris ad usucapionem procedit. Idem l. 2. §. pen. P. h.

4. Vulgo traditum est eum, qui existimat, quid emisse, nec emerit, non posse pro emtore usucapere. Africanus l. 11. P. h.

Ex Lib. XLI. Tit. V. Pro Herede.

Vulgo respondetur, causam possessionis neminem sibi mutare posse. Julianus l. 2. §. 1. P. h.

Ex Lib. XLI. Tit. X. Pro Suo.

In alieni facti ignorantia tolerabilis error est. l. ult. in fin. P. h.

Ex Lib. XLII. Tit. I. De Re judicata.

1. Solvisse accipere debemus non tantum eum, qui solvit, verum omnem omnino, qui ea obligatione liberatus est, quæ ex causa judicati descendit, Ulpian. l. 4. §. pen. P. h.

2. Ex

2. Ex eo tempore quidquid æstimatur, novissime solvi poterit. Celsus l. 11. P. h.
3. Inter pares numero judices, si dissonæ sententiæ proferantur, in liberalibus quidem causis pro libertate statutum obtinet, in aliis autem causis pro reo. Paulus l. 38. P. h.
4. Morbus sonticus existimandus est, qui cujusque rei agendæ impedimento est. Julianus l. 60. P. h.
5. Sæpe constitutum est, res inter alios judicatas, aliis non præjudicare. Macer. l. pen. in pr. P. h.

Ex Lib. XLII. Tit. II. De Confessis.

1. Confessus pro judicato habetur, qui quodammodo sua sententia damnatus. Paulus l. 1. P. h.
2. Non fatetur, qui errat, nisi jus ignoraverat. Ulpianus l. 2. P. h.

Ex Lib. XLII. Tit. IV. Quibus ex causis in possessionem eatur.

Quid interest, debitor quis non sit, an nondum conveniri possit? Ulpianus l. 7. §. 14. P. h.

Ex Lib. XLII. Tit. V. De rebus autoritate Judicis possidendis s. vendundis.

1. Generaliter dicendum est, quidquid (quis) impendit in rem, si modo sine dolo malus impendit, repetere eum posse. Ulpianus l. 9. §. P. h.
2. Respublica creditrix omnibus chirographariis creditoribus præfertur. l. pen. in fin. P. h.

Ex Lib. XLII. Tit. VIII. Quæ in fraudem creditorum facta sunt.

Jus Civile vigilantibus scriptum est. Scævola l. 24. in fin. P. h.

Ex Lib. XLIII. Tit. XVI. De Viet vi armata.

Vim vi repellere licet, idque Jus natura comparatus; apparet autem ex eo, arma armis repellere licere. Ulpianus l. 2. §. 27. P. h.

Ex Lib. XLIII. Tit. XVII. Uti possidetis.

Semper superficies solo cedit. Ulpianus l. 3. §. 7. P. h.

Ex Lib. XLIII. Tit. XVIII. De Superficiebus.

Omnia, quæ in interdicto uti possidetis observantur, in interdicto de superficiebus quoque ad retinendam superficiei possessionem observanda sunt. l. 4. §. 2. P. h.

Ex Lib. XLIII. Tit. XIX. De itinere actuque privato.

Corrumpi aut mutari, quod recte transactum est, superveniente delicto non potest. Paulus l. 2. P. h.

Ex

Ex Lib. XLIII. Tit. XXVI. De precario.

1. Natura æquum est, tam diu de liberalitate mea uti, quam diu ego velim, & ut possim revocare, cum mutavero voluntatem. Ulpianus l. 2. §. 2. P. h.
2. Rei suæ precarium non est. Id. l. 4 §. 3 P. h.

Ex Lib. XLIV. Tit. I. De Exceptionibus & Præscriptionibus.

1. Exceptiones personales personæ cohærent & alios non transeunt; reales vero rei cohærent, & fidejussoribus omnibusque, quorum interest, competunt. Paulus l. 7. §. 1. P. h.
2. Nemo prohibetur pluribus exceptionibus uti, quamvis diversæ sint. Id. l. 8. P. h.
3. Et si res judicata sit ex falsis instrumentis, postea falsa inveniantur, rei judicatæ præscriptio opponi non potest. Modestinus l. 17. P. h.
4. Omnes exceptiones, quæ reo competunt, fidejussori quoque, etiam invito reo, competunt. Marcianus l. 19. P. h.

Ex Lib. XLIV. Tit. II. De Exceptione rei judicatæ.

1. Generaliter exceptio rei judicatæ obstat, quoties inter easdem personas eadem quæstio revocatur, vel alio genere judicii. Ulpianus l. 7. §. penult. P. h.

2. Amplius, quam semel, res mea esse non potest, sæpius autem deberi potest. Paulus l. 11. §. penult. P. h.

Ex Lib. XLIV. Tit. IV. De doli mali & metus exceptione.

1. Nemini dolus suus per occasionem juris civilis contra naturalem æquitatem prodesse debet, Paulus l. 1. §. 1. P. h.
2. Dolo facit quicunque id, quod quaquam exceptione elidi potest, petit, Ulpianus l. 2. §. 5. P. h.
3. Accipiendo usuras distulisse videtur (creditor) petitionem in id tempus, quod est post diem usurarum præstitarum, & tacite convenisse, interim se non petiturum. Id. l. 2. §. 6. P. h.
4. Dolo facit, qui petit, quod redditurus est. Paulus l. 8. P. h.

Ex Lib. XLIV. Tit. VII. De obligationibus & actionibus.

1. In omnibus temporalibus actionibus, nisi novissimus dies compleatur, non finit obligationem. Paulus l. 6. P. h.
2. Contraxisse unusquisque in eo loco intelligitur, in quo, ut solveret, se obligavit. Julianus l. 21. P. h.
3. Omnes pœnales actiones post litem inchoatam & ad heredes transeunt. Ulpianus l. 29. P. h.

4. Cum

4. Cum ex uno delicto plures nascuntur actiones; omnibus experiri permitti, post magnas varietates, obtinuit. Hermogenianus l. 32. P. h.

5. Non figura literarum, sed oratione, quam exprimunt literæ, obligamur, quatenus placuit non minus valere, quod scriptura, quam quod vocibus lingua figuratis significaretur. Paulus l. 38. P. h.

6. Creditores accipere debemus eos, qui aliquam actionem l. civilem habent (sic tamen, ne exceptione submoveantur) vel honorariam actionem, l. in factum. Ulpianus l. 42. §. 1. P. h.

7. Ubi de obligando quæritur, propensiores esse debemus, si habeamus occasionem ad negandum; ubi de liberando, ex diverso, ut facilior sis ad liberationem. Paulus l. 47. P. h.

8. Ex contractibus venientes actiones in heredes dantur, licet delictum quoque versetur. Paulus l. 49. P. h.

9. Quod quis aliquo anno dare promittit, aut dare damnatur, ei potestas est quolibet ejus anni die dandi. Pomponius l. 50. P. h.

10. Pupillus mutuam pecuniam accipiendo ne quidem jure naturali obligatur. Licinius l. 59. P. h.

Ex Lib. XLV. Tit. I. De Verborum Obligationibus.

1. Stipulatio non valet, in rei promittendi arbitrium collata conditione. Ulpianus l. 17. P. h.

2. Qui bis idem promittit, is eo jure amplius; quam semel, non tenetur. Pomponius l. 18. P. h.

3. Generaliter novimus. turpes stipulationes nullius esse momenti. Ulpianus l. 26. P. h.

4. In stipulatione plurium rerum tot sunt stipulationes; quot res in stipulationem deductæ. l. 29. P. h.

5. Sciendum est generaliter, si quis se scripserit fidejussisse, videri omnia solenniter acta. Id. l. 30. P. h.

6. Stipulationes commodissimum est ita componere, ut quæcunque specialiter comprehendi possint, continuantur. Julianus l. 53. P. h.

7. Quæ extrinsecus & nihil ad præsentem actum pertinentia adjeceris stipulationi, pro supervacuis habebuntur, nec vitiabunt obligationem. Florentinus l. 65. P. h.

8. Casum adversamque fortunam spectare hominis liberi, neque civile, neque naturale est. Paulus l. 83. §. 5. P. h.

9. Nemo rem suam futuram in eum casum, quo sua fit, utiliter stipulatur. Paulus l. 86. P. h.

10. Mora rei fidejussori quoque nocet. Id. l. 88. P. h.

11. Veteres constituerunt, quoties culpa intervenit, debitoris perpetuari obligationem. Id. l. 91. §. 3. P. h.

12. Plerumque sub autoritate juris scientiæ perniciose erratur. l. 91. §. 3. P. h.

13. Quidquid adstringendæ obligationis est, id nisi palam verbis, exprimitur, omissum intelligen-

ligendum eſt, ac fere ſecundum promiſſorem interpretamur: quia ſtipulatori liberum fuit, verba late concipere. Celſus l. 99. P. h.

14. Conditio in præteritum non tantum in præſens tempus relata ſtatim aut perimit obligationem aut omnino non differt. Modeſtinus l. 110. P. h.

15. Nulla promiſſio poteſt conſiſtere, quæ ex voluntate promittentis ſtatum capit. Javolenus l. 108. in fin. P. h.

16. Si flagitii faciendi, l. facti cauſa concepta ſit ſtipulatio, ab initio non valet. Papinianus l. 123. P. h.

17. Plerumque ea, quæ præfationibus conveniſſe concipiuntur, etiam in ſtipulationibus repetita creduntur. Paulus l. 134. §. 1. P. h.

Ex Lib. XLVI. Tit. I. De Fidejuſſoribus & Mandatoribus.

1. Omni obligationi fidejuſſor accedere poteſt. Ulpianus l. 1. P. h. conf. l. 8. §. 6. eod.

2. Hi, qui acceſſionis loco promittunt, in leviorem cauſam accipi poſſunt, in deteriorem non poſſunt. Paulus l. 34. P. h.

3. Si quis poſtquam tempore transacto liberatus eſt, fidejuſſorem dederit, fidejuſſor non tenetur, quoniam erroris fidejuſſio nulla eſt. Paulus l. 37. P. h.

4. Fidejuſſor, antequam reus debeat, conveniri non poteſt. Scævola l. 57. P. h.

5. Non poſſunt conveniri fidejuſſores, liberato reo, transactione. Paulus l. 68. in fin. P. h.

6. Maleficiorum fidejuſſor accipi non poteſt. Gajus l. 70. §. 5. P. h.
7. Pœnas ob maleficia ſolvi, magna ratio ſuadet. Gajus l. 70. §. 5. P. h.
8. Non poteſt pro eodem apud eundem quis mandator eſſe. Paulus l. 71. in pr. P. h.

Ex Lib. XLVI. Tit. II. De Novationibus & Delegationibus

Qui ſub conditione ſtipulatur, quæ omnimodo ex ſtatura eſt, pure videtur ſtipulari. Ulpianus l. 9. §. 1. P. h.

Ex Lib. XLVI. Tit. III. De Solutionibus & Liberationibus.

1. Non ordo ſcripturæ ſpectatus, ſed potius ex jure ſumitur id, quod agi videtur. Paulus l. 6. P. h.
2. Plerique innocentium neceſſario ſumtu egent. Papinianus l. 41. P. h.
3. Satisfactio pro ſolutione eſt. Ulpianus l. 52. P. h.
4. Qui mandat ſolvi, ipſe videtur ſolvere. Paulus l. 56. P. h.
5. Solidum non ſolvitur, non minus quantitate, quam die. Calliſtratus l. 85. P. h.
6. Aditio hereditatis nonnunquam jure confundit obligationem. Papinianus l. 95. §. 2. P. h.
7. In perpetuum ſublata obligatio reſtitui non poteſt. Paulus l. 89. §. 8. P. h.

Ex

Ex Lib. XLVI. Tit. V. De Stipulationibus Prætoriis.

1. Hoc agitur in ſtipulationibus, ut quis cautior ſit & ſecurior, interpoſita ſtipulatione. Ulpianus l. 1. §. 4. P. h.
2. Prætor beneficium ſuum nemini vult eſſe captioſum. Papinianus l. 8. pr. P. h.

Ex Lib. XLVII. Tit. I. De privatis Delictis.

Civilis conſtitutio eſt, pœnalibus actionibus heredes non teneri, nec ceteros quidem ſucceſſores. Ulpianus l. 1. P. h.

Ex Lib. XLVII. Tit. II. De Furtis.

1. Qui rem pignori dat, eamque ſubripit, furti actione tenetur. Ulp. l. 19. P. h.
2. Impubes furtum facere poteſt, ſi jam doli capax eſt. Ulpianus apud Julianum l. 23. P. h.
3. Qui filio l. ſervo l. uxori opem fert, furtum facientibus, furti tenetur: quamvis ipſi furti actione non conveniantur. Ulp. l. 36.
4. Cauſa faciendi non factum inſpicitur. Id. l. 39. P. h.
5. Qui alienum quid jaciens, lucri faciendi cauſa ſuſtulit, furti obſtringitur, ſive ſcit, & cujus ſit, ſive ignoravit: nihil enim ad furtum facit minuendum, quod, cujus ſit, ignoret. Id. l. 43. §. 4. P. h.

6. Si

6. Si quis uxori res mariti subtrahenti opem consiliumve accommodaverit, furti tenetur. Id, l. 52. pr. P. h.

7. Si pignore creditor utatur, furti tenetur. Gajus l. 54. pr. P. h.

8. Species lucri est ex alieno largiri. Gajus l. 54. §. 1. P. h.

9. Nemini officium suum damnosum esse debet, Africanus l. 61. § 5. P. h.

10. Fructus, quam diu solo cohærent, fundi sunt. Id. l. 61. §. 8. P. h.

11. Si is, qui rem pignori dedit, vendiderit eam, quamvis dominus sit, furtum facit, sive eam tradiderat creditori, sive speciali pactione tantum obligaverat. Paulus l. 66. pr. P. h.

12. Cum raptor omnimodo furtum facit, manifestus fur existimandus est. Papinianus l. 80, §. 3. P. h.

Ex Lib. XLVII. Tit. IX. De Incendio, Ruina, Naufragio.

Omnino ut in ceteris ita in hujusmodi causis ex personarum conditione & rerum qualitate & diligentes sunt æstimandæ, ne quid aut durius aut remissius constituatur, quam causa postulabit, Paulus l. 4. §. 1. in fin. P. h.

Ex Lib. XLVII. Tit. X. De Injuriis & famosis Libellis.

1. Peccata nocentium nota esse & oportet & expedit. Paulus l. 18. in pr. P. h.

2. In-

2. Injuriarum æſtimatio non ad id tempus, quo judicatur, ſed ad id, quo facta eſt, referri debet. Javolenus l. 21. P. h.

Ex Lib. XLVII. Tit. XIX. Expilatæ hereditatis.

Res hereditariæ omnium heredum communes ſunt. Paulus l. 4. P. h.

Ex Lib. XLVII. Tit. XXIII. De popularibus actionibus.

Omnes populares actiones neque in heredes dantur, neque ſupra annum extenduntur. Ulpianus. l. ult. P. h.

Ex Lib. XLVIII. Tit. I. De Publicis judiciis.

Non omnia judicia, in quibus crimen vertitur, & publica ſunt; ſed ea tantum, quæ ex legibus judiciorum publicorum veniunt. Macer. l. 1. P. h.

Ex Lib. XLVIII. Tit. II. De Accuſationibus & Inſcriptionibus.

Senatus cenſuit, ne quis ob idem crimen pluribus legibus reus fieret. Paulus l. 14. P. h.

Ex Lib. XLVIII. Tit. IV. Ad Legem Juliam Majeſtatis.

Lubricum linguæ ad pœnam facile trahendum non eſt. Modeſtinus l. 7. §. 3. P. h.

Ex Lib. XLVIII. Tit. V. Ad Legem Juliam de Adulteriis.

1. Neque matrimonium qualecunque, nec ſpem matrimonii violare permittitur. Ulpianus l. 13. §. 3. P. h.
2. Periniquum videtur eſſe, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam non ipſe non exhibeat. Id. l. 13. § 5. P. h.
3. Plerumque pietas paterni nominis conſilium pro Liberis capit. Papinianus l. 22. §. 4. P. h.
4. Difficillimum eſt, juſtum dolorem temperare. Id. l. 38. §. 8. P. h.
5. Adulterium ſine dolo malo non committitur. Gajus l. 43. P. h.

Ex Lib. XLVIII. Tit. VIII. Ad Legem Corneliam de Sicariis.

1. In maleficiis voluntas ſpectatur, non exitus. Calliſtratus l. 14. P. h.
2. Nihil intereſt, occidat quis, an cauſam mortis præbeat. Ulpianus l. 15. P. h.

Ex Lib. XLVIII. Tit. IX. Ad Legem Pompejam de Parricidiis.

1. Patria poteſtas in pietate debet, non atrocitate, conſiſtere. Marcianus l. 5. P. h.

2. Suf-

2. Sufficit furiosum ipso furore puniri. Modestinus l. 9. in fin. P. h.

Ex Lib. XLVIII. Tit. XVIII. De Quaestionibus.

1. Tortura res est fragilis & quae veritatem fallit: Nam plerique patientia sine duritia tormentorum, ita tormenta contemnunt, ut exprimi eis veritas nullo modo possit: Alii tanta sunt in patientia, ut quodvis mentiri, quam pati tormenta malent. Ulpianus l. 1. §. 23. P. h.
2. Defensionem quocunque tempore, postulante reo, negari non oportet. Paulus l. 18. §. 9. P. h.

Ex Lib. XLVIII. Tit. XIX. De Poenis.

1. Contumacia cumulat poenam. Marcianus l. 4. P. h.
2. Satius est, impunitum relingui facinus nocentis, quam innocentem damnare. Ulpianus l. 5. P. h.
3. Carcer ad continendos homines, non ad puniendos haberi debet. Id. l. 8. §. 9. P. h.
4. Suadendo juvisse, sceleris instar est. Saturninus l. 16. in pr. P. h.
5. Cogitationis poenam nemo patitur. Ulpianus l. 18. P. h.
6. Poena constituitur in emendationem hominum. Paulus l. 20. P. h.
7. Unusquisque ex suo admisso sorti subjicitur, nec alieni criminis successor constituitus. Callistratus l. 26. P. h.

8. Interpretatione Legum pœnæ molliendæ sunt potius, quam aspernandæ. Hermogenianus l. 42. P. h.

Ex Lib. XLIX. Tit. I. De Appellationibus.

1. Credo humanitatis ratione omnem provocantem audiri debere. Ulpianus l. 6. P. h.
2. In communi causa quoties alter appellat, alter non, alterius victoria ei proficit, qui non provocavit. Id. l. 10. §. fin. P. h.

Ex Lib. XLIX. Tit. III. Quis & à quo appelletur.

Generaliter is erit provocandus ab eo, cui mandata est jurisdictio, qui provocaretur ab eo, qui mandavit jurisdictionem. Ulpianus l. 1. in fin. P. h.

Ex Lib. XLIX. Tit. VIII. Quæ Sententia sine appellatione rescindantur.

Impossibile præceptum judicis, nullius est momenti. Paulus l. ult. P. h.

Ex Lib. XLIX. Tit. XIII. Si pendente appellatione mors intervenerit.

Pendente appellatione morte rei crimen extinquitur. Macer. l. 1. in pr. P. h.

Ex

Ex Lib. XLIX. Tit. XIV. De Jure Fisci.

1. Sicut diligenti cultura pretia prædiorum ampliantur, ita si negligentius habita sint, minui ea necesse est, Callistratus l. 3. § 5. P. h.
2. Id bonorum cujusque intelligitur, quod æri alieno superest. Javolenus l. 11. P. h.

Ex Lib. XLIX. Tit. XV. De Captivis & Postliminio & Redemptis ab hostibus.

Disciplina castrorum antiquior fuit parentibus romanis, quam caritas liberorum. Paulus l. 19. §. 7. P. h.

Ex Lib. L. Tit. I. Ad Municipalem.

1. Errore veritas originis non amittitur. Ulpianus l. 6. in pr. P. h.
2. Duobus locis potest aliquis habere domicilium, si utrobique ita se instruxit, ut non ideo minus apud alteros se collocasse videatur. Id. l. 6. §. 2. P. h.
3. Magistratuum officium individuum ac periculum est commune. Papinianus l. 11. in pr. P. h.

Ex Lib. L. Tit. II. De Decurionibus.

1. Nullum patris delictum innocenti filio pœnæ est. Ulpianus l. 2. §. 2 & 7. P. h.

2. Honores & munera non ordinationi, ſed potioribus quibusque injungenda ſunt. Paulus l. 7. in pr. P. h.

Ex Lib. L. Tit. IV. De Muneribus & Honoribus.

Æſtimationem honoris aut muneris in pecunia pro adminiſtratione afferentes audiendi non ſunt. Paulus l. 16. P. h.

Ex Lib. L. Tit. VI. De Jure immunitatis.

Remuneranda pericula eorum (negotiatorum & naviculariorum) quin etiam adhortanda præmiis, merito placuit. Calliſtratus l. 5. §. 3. P. h.

Ex Lib. L. Tit. VII. De Legationibus.

Sancti habentur Legati. Pomponius l. ult. P. h.

Ex Lib. L. Tit. X. De Operibus publicis.

Publicum opus novum etiam ſine Principis autoritate facere licet, præterquam, ſi ad illicitam æmulationem pertineat, vel materiam ſeditionis præbeat. Macer. l. 3. P. h.

Ex Lib. L. Tit. XIII. De variis & extraordinariis cognitionibus.

1. Civilis Sapientia res eſt Sanctiſſima, nec pretio nummario æſtimanda, aut dehoneſtanda. Ulpianus l. 1. §. 5. P. h.

2. Quæ-

2. Quædam tametsi honeste accipiantur, inhoneste tamen petuntur. Ulpianus l. 1. §. 5. P. h.

Ex Lib. L. Tit. XIV. De Proxeneticis.

Proxeneta monstrat magis negotium, quam mandat, tametsi id laudet; sed si dolo & callidate negotium celebrantem circumvenit, de dolo actione tenetur. Ulpianus l. 2. P. h.

Ex Lib. L. Tit. XV. De Censibus.

Personis data immunitas, cum persona extinguitur, rebus nunquam extinguitur. Id. l. 3. §. 1. P. h.

Ex Lib. L. Tit. XVI. De Verborum Significatione.

1. Verbum ex legibus sic accipiendum est: tam ex legum sententia, quam ex verbis. Ulpianus l. 6. P. h.
2. Creditorum appellatione, non hi tantum accipiuntur, qui pecuniam crediderunt, sed omnes, quibus ex qualibet causa debetur. Gajus l. 11. P. h.
3. Minus solvit, qui tardius solvit, nam & tempore minus solvitur. Ulpianus l. 12 §. 1. P. h.
4. Civitates privatorum loco habentur. Gajus l. 16. P. h.
5. Rei appellatione, & causæ & jura continentur. Ulpianus l. 23. P. h.

6. Nihil est aliud hereditas, quam successio in universum jus, quod defunctus habuit. Gajus l. 24. P. h.
7. Palam est coram pluribus. Ulpianus. l. 33. P. h.
8. Actionis verbo, etiam persecutio continetur. Paulus l. 34. P. h.
9. Restituere is intelligitur, qui simul & causam actori reddit, quam is habiturus esset, si statim judicii accepti tempore res ei reddita fuisset, i. e. & usucapionis causam & fructuum. Paulus l. 35. P. h.
10. Litis nomen omnem actionem significat, sive in rem, sive in personam sit. Ulpianus l. 36. P. h.
11. Appellatione parentis non tantum pater, sed etiam avus & proavus, & deinceps omnes superiores continentur: sed & mater & avia & proavia. Gajus l. 51. P. h.
12. Creditoris est, qui exceptione perpetua submoveri non potest, qui autem temporalem exceptionem timet, similis est conditionali creditori. Paulus l. 55. P. h.
13. Heredis appellatio non solum ad proximum heredem, sed & ad ulteriores refertur: nam & heredis heres, & deinceps, heredis appellatione continetur. Ulpianus l. 65. P. h.
14. Filii appellatione omnes liberos intelligimus. Paulus l. 84. P. h.
15. Proximus est, cui nemo antecedit: supremus est, quem nemo sequitur. Paulus l. 92. P. h.

16. De-

16. Derogatur legi, cum pars detrahitur: abrogatur legi, cum prorſus tollitur. Modeſtinus l. 102. P. h.
17. Cenſeri, eſt conſtituere & præcipere. Javolenus l. 111. P. h.
18. Hereditatis appellatione bonorum quoque poſſeſſio continetur. Paulus l. 138. P. h.
19. Hominis appellatione, tam fœminam, quam maſculum contineri, non dubitatur. Gajus l. 152. P. h.
20. Proximi appellatione etiam ille continetur, qui ſolus eſt. Licinnius Rufinus. l. 155. P. h.
21. Cedere diem, ſignificat incipere deberi pecuniam: venire diem, ſignificat, eum diem veniſſe, quo pecunia peti poſſit. Ulpianus l. 213. P. h.
22 In conventionibus contrahentium voluntatem potius, quam verba ſpectari placuit. Papinianus l. 219. P. h.
23. Liberorum appellatione, nepotes & pronepotes, ceterique, qui ex his deſcendunt, continentur. Calliſtratus l. 220. P. h.
24. Latæ culpæ finis eſt, non intelligere id, quod omnes intelligunt. Paulus l. 223. P. h.
25. Vinculorum appellatione l. privata, l. publica vincula ſignificant: cuſtodiæ vero, tantum tum publicam cuſtodiam. Venulejus. l. 224. P. h.
26. Magna negligentia, culpa eſt, magna culpa; dolus eſt. Paulus l. 226. P. h.
27. Ornatus ædium cauſa parantur, non quo ædes perficiantur. Pomponius l. 245. P. h.

Ex Lib. L. Tit. XVII. De diversis Regulis Juris.

1. Regula est, quæ rem, quæ est, breviter enarrat. Paulus l. 1. P. h.
2. Fœminæ ab omnibus officiis civilibus, l. publicis remotæ sunt: & ideo nec judices esse possunt, nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio intervenire, nec procuratores existere. Ulpianus l. 2. P. h.
3. Ejusdem est non nolle, qui potest velle. Ulpianus l. 3. P. h.
4. Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris l. domini. Ulpianus l. 4. P. h.
5. Furiosus nullum negotium contrahere potest, pupillus omnia, tutore autore, agere potest, Paulus l. 5. P. h.
6. Non vult heres esse, qui ad alium transferre voluit hereditatem. Ulpianus l. 6. P. h.
7. Jura sanguinis nullo jure civili dirimi possunt, Pomponius l. 8. P. h.
8. Semper in obscuris, quod minimum est, sequimur. Ulpianus l. 9. P. h.
9. Secundum naturam est, commoda ejusque rei eum sequi, quem sequentur incommoda, Paulus l. 10. P. h.
10. Id, quod nostrum est, sine pacto nostro ad alium transferri non potest. Pomponius l. 11. P. h.
11. In testamentis plenius voluntates testantium interpretantur, Paulus l. 12. P. h.

12. In

12. In omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præſenti die debetur. Pomponius l. 14. P. h.
13. Is, qui actionem habet ad rem recuperandam, ipſam rem habere videtur. Paulus l. 15. P. h.
14. Qui cum alio contrahit l. eſt, l. debet eſſe non ignarus conditionis ejus. Ulpianus l. 19. P. h.
15. Non debet, cui plus licet, quod minus eſt, non licere. Ulpianus l. 21. P. h.
16. Contractus quidam dolum malum duntaxat recipiunt, quidam & dolum & culpam. Ulpianus l. 23. P. h.
17. Plus cautionis in re eſt, quam in perſona. Pomponius l. 25. P. h.
18. Quod initio vitioſum eſt, non poteſt tractu temporis convaleſcere. Paulus l. 29. P. h.
19. Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit. Ulpinianus l. 30. P. h.
20. Quod impoſſibile eſt, neque pacto, neque ſtipulatione poteſt comprehendi, ut utilem actionem aut factum efficere poſſit. Ulpianus l. 31. P. h.
21. Quod attinet ad jus civile, ſervi pro nullis habentur, non tamen & jure naturali, quia quod ad jus naturale attinet, omnes homines æquales ſunt. Ulpinianus l. 32. P. h.
22. Nihil tam naturale eſt, quam eo genere, quidve diſſolvere, quo colligatum eſt. Ulpianus l. 35. P. h.

23. Culpa est, immiscere se rei, ad se non pertinenti. Pomponius l. 36. P. h.
24. Nemo, qui condemnare potest, absolvere non potest. Ulpinianus l. 37. P. h.
25. Furiosi, l. ejus, cui bonis interdictum sit, nulla voluntas est. Pomponius l. 40. P. h.
26. Nemo ex his, qui negant, se debere, prohibetur, etiam alia defensione uti, nisi lex impedit, Ulpianus l. 43. P. h.
27. Neque pignus, neque depositum, neque precarium, neque emtio, neque locatio rei suæ consistere potest, Ulpianus l. 45. P. h.
28. Quod à quoque pene nomine exactum est, id eidem restituere, nemo cogitur. Gajus l. 46. P. h.
29. Socii mei socius, meus socius non est, Ulpianus l. 47. P. h.
30. Alterius circumventio, alii non præbet actionem. Ulpianus l. 49 P. h.
31. Cujus per errorem dati repetitio est, ejus consulto dati donatio est. Paulus l. 53. P. h.
32. Nemo plus juris ad alium transferre potest, quam ipse haberet. Ulpianus l. 54. P. h.
33. Nullus videtur dolo facere, qui suo jure utitur. Cajus l. 55. P. h.
34. Semper in dubiis benigniora præferenda sunt. Gajus l. 56. P. h.
35. Bona fides non patitur, ut bis idem exigatur, Gajus l. 57. P. h.
36. Ex pœnalibus causis non solet in patrem de peculio actio dari. Ulpianus l. 58. P. h.

37. Hereditas nihil aliud est, quam successio in universum jus, quod defunctus habuerit. Julianus l. 62. P. h.

38. Qui sine dolo malo ad judicium provocat, non videtur, moram facere. Julianus l. 63. P. h.

39. Definit debitor esse is, qui nactus est exceptionem justam, nec ab æquitate naturali abhorrentem. Julianus l. 66. P. h.

40. Quoties idem sermo duas sententias exprimit, ea potissimum excipiatur, quæ rei gerendæ aptior est. Julianus l. 67. P. h.

41. Invito beneficium non datur. Paulus l. 69. P. h.

41. Nemo potest gladii potestatem sibi datam, l. cujus alterius coërcitionis, ad alium transferre. Ulpianus l. 70. P. h.

43. Quo tutela redit, eo hereditas pervenit, nisi cum feminæ heredes intercedunt. Scævola l. 73. P. h.

44. Nemo potest mutare consilium suum in alterius injuriam. Pomponius l. 15. P. h.

45. Actus legitimi, qui recipiunt diem l. conditionem, in totum vitiantur per temporis, l. conditionis adjectionem. Papinianus l. 77. P. h.

46. In toto Jure generi per speciem derogatur, & illud potissimum habetur, quod ad speciem directum est. Papinianus l. 80. P. h.

47. Quæ dubitationis tollendæ causa contractibus inseruntur, jus commune non lædunt. Id. l. 81. P. h.

48. Donari videtur, quod nullo jure cogente conceditur. Id. l. 82. P. h.

49. Non videntur rem amittere, quibus propria non fuit. Id. l. 83. P. h.

50. Quæ semel utiliter constituta sunt, durent, licet ille casus extiterit, a quo initium capere non potuerunt. Paulus l. 85. P. h.

51. Nulla intelligitur mora, ibi fieri, ubi nulla petitio est. Scævola l. 88. P. h.

52. Quamdiu possit valere testamentum, tam diu legitimus non admittitur. Paulus l. 89. P. h.

53. In omnibus quidem, maxime tamen in jure, æquitas spectanda sit. Id. l. 90. P. h.

54. Quoties duplici jure defertur alicui successio, repudiato novo jure, quo ante defertur, supererit vetus. Id. l. 91. P. h.

55. Non solent, quæ abundant, vitiare scripturas. Ulpianus l. 94. P. h.

56. In ambiguis orationibus maxime sententia spectanda est ejus, qui eas protulisset. Marcianus l. 96. P. h.

57. Omnia, quæ jure contrahuntur, contrario jure pereunt. Gajus l. 100. P. h.

58. Libertas inæstimabilis res est. Paulus l. 106. P. h.

59. Fere in omnibus pœnalibus judiciis & ætati, & imprudentiæ succurritur. Paulus l. 108. P. h.

60. Nullum crimen patitur is, qui non prohibet, cum prohibere potest. Id. l. 109. P. h.

61. Nihil intereſt, ipſo jure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur. Paulus l. 112. P. h.
62. In obſcuris inſpici ſolet, quod veriſimilius; aut quod plerumque fieri ſolet. Paulus l. 114. P. h.
63. Non capitur, qui jus publicum ſequitur, non videntur, qui errant, conſentire. Ulpianus l. 116. §. 1. 2. P. h.
64. Libertas omnibus rebus favorabilior eſt. Gajus l. 122. P. h.
65. Furioſus abſentis loco eſt. Paulus l. 124. P. h.
66. Favorabiliores rei potius, quam actores habentur. Gajus l. 125. P. h.
67. Nunquam actiones, præſertim pœnales, de eadem re concurrentes, alia aliam conſumit. Ulpianus l. 139. P. h.
68. Qui dolo deſierit poſſidere, pro poſſidente damnatus: quia pro poſſeſſione dolus eſt. Paulus l. 131. P. h.
69. Imperitia culpæ adnumeratur. Gajus l. 132. P. h.
70. Nemo ex ſuo delicto meliorem ſuam conditionem facere poteſt. Ulpianus l. 134. P. h.
71. Abſentia ejus, qui reipublicæ cauſa abeſt, neque ei, neque alii damnoſa eſſe debet. Id. l. 140. P. h.
72. Quod ipſis, qui contraxerunt, obſtat: & ſucceſſoribus eorum obſtabit. Ulpianus l. 143. P. h.

73. Non

73. Non omne, quod licet, honestum est. Paulus l. 144. P. h.

74. Nemo videtur fraudare eos, qui sciunt, & consentiunt. Ulpianus l. 145. P. h.

75. Ex qua persona quis lucrum capit, ejus factum præstare debet. Ulpianus l. 149. P. h.

76. Nemo damnum facit, nisi qui id fecit, quod facere jus non habet. Paulus l. 151. P. h.

77. Illi debet permitti, pœnam petere, qui in ipsam non incidit. Paulus l. 154. §. 1. P. h.

78. Non videtur vim facere, qui jure suo utitur, & ordinaria actione experitur. Paulus l. 155. § 1. P. h.

79 Creditor, qui permittit, rem venire, pignus demittit. Gajus l. 158. P. h.

80. Refertur ad universos, quod publice fit per majorem partem. Ulpianus l. 160 P. h.

81. Cujus est donandi, eidem & vendendi & concedendi jus est. Ulpianus l. 163. P. h.

82. Pœnalia judicia semel accepta, in heredes transmitti possunt. Paulus l. 164. P. h.

83. Qui rem alienam defendit, nunquam locuples habetur. Paulus l. 166. P. h.

84. Is damnum dat, qui jubet dare: ejus vero nulla culpa est, cui parere necesse sit. Id. l. 169. P. h.

85. In condemnatione personarum, quæ in id, quod facere possunt, damnatur, non totum, quod habent, extorquendum est, sed & ipsarum ratio habenda est, ne egeant. Id. l. 173. P. h.

86. Uni-

86. Unicuique ſua mora nocet : quod & in duobus reis promittendi obſervatur. Id. l. 173. §. 1. P. h.

87. Dolo facit, quis petit, quod redditurus eſt. Id. l. 173. §. 3. P. h.

88. Quod quis, ſi velit, habere non poteſt, id repudiare non poteſt. Id. l. 174. P. h.

89. Non eſt ſingulis concedendum, quod per magiſtratum publice poſſit fieri, ne occaſio ſit majoris tumultus faciendi. Id. l. 176. P. h.

90. Infinita æſtimatio eſt libertatis & neceſſitudinis. Id. l. 176. §. 1. Ph.

91. Qui in jus dominium, vel alterius ſuccedit, jure ejus uti debet. Id. l. 177. Pr. P. h.

92. Nemo videtur dolo exequi, qui ignorat cauſam, cur non debeat petere. Id. l. 177. §. 1. P. h.

93. Cum principalis cauſa non conſiſtat, plerumque, ne ea quidem, quæ ſequuntur, locum habent. Id. l. 178. P. h.

94. Si nemo ſubiit hereditatem, omnis vis teſtamenti ſolvitur. Id. l. 181. P. h.

95. Vani timoris juſta excuſatio non eſt. Celſus l. 184. P. h.

96. Impoſſibilium nulla obligatio eſt. Id. l. 185. P. h.

97. Si quis prægnantem uxorem reliquit, non videtur ſine liberis deceſſiſſe. Id. l. 187. P. h.

98. Pupillus nec velle, nec nolle in ea ætate, niſi ad poſita tutoris autoritate creditur : nam quod animi judicio fit, in eo tutoris autoritas neceſſaria eſt. Id. l. 189. P. h.

99. Omnia

99. Omnia fere jura heredum perinde habentur, ac ſi continuo ſub tempus mortis heredes extitiſſent. Celſus l. 193. P. h.

100. Qui per ſucceſſionem quamvis longiſſimam defuncto heredes conſtiterunt, non minus heredes intelliguntur, quam, qui principaliter heredes exiſtunt. Modeſtinus l. 194. P. h.

101. Expreſſa nocent, non expreſſa, non nocent. Id. l. 195. P. h.

102. Privilegia quædam cauſæ ſunt, quædam perſonæ, & ideo quædam ad heredem tranſmittuntur, quæ cauſæ ſunt: quæ perſonæ ſunt, ad heredem non transeunt. Id. l. 196. P. h.

103. Semper in conjunctionibus non ſolum, quid liceat, conſiderandum eſt, ſed & quid honeſtum ſit. Id. l. 197. P. h.

104. Non poteſt dolo carere, qui imperio magiſtratus non paruit. Id. l. 199. P. h.

105. Quoties nihil ſine captione inveſtigari poteſt, eligendum eſt, quod minimum habeat iniquitatis. Id. l. 200. P. h.

106. Omnis definitio in jure civili periculoſa eſt: parum eſt enim, ut non ſubverti poſſit. Id. l. 202. P. h.

107. Quod quis ex culpa ſua damnum ſentit, non intelligitur damnum ſentire. Pomponius l. 203. P. h.

108. Minus eſt actionem habere, quam rem. Id. l. 204. P. h.

109. Jure naturæ æquum eſt, neminem cum alterius detrimento & injuria fieri locupletiorem. Id. l. 206. P. h.

110. Res judicata pro veritate accipitur. Ulpian. l. 207. P. h.

111. Servitutem mortalitati fere comparamus. Id. l. 209. P. h.

112. Quæ ab initio inutilis fuit institutio, ex post facto convalescere non potest. Licinnius Rufinus l. 210. P. h.

III.

Codex repetitæ prælectionis.

Axiomata ex Codice repetitæ prælectionis.

Ex Lib. I. Tit. II. De Sacrosanctis Ecclesiis & de Rebus & Privilegiis earum.

Nihil est, quod magis hominibus debeatur, quam ut supremæ voluntatis, postquam jam aliud velle non possunt, liber sit stilus, & licitum, quod iterum non redit arbitrium. Constantinus Magnus l. 1. C. h.

Ex Lib. I. Tit. VII. De Apostatis.

Pœna majoris videtur esse, versari inter homines, & hominum carere suffragiis. Valentinus & Arcad. l. 3. C. h.

Ex

Ex Lib. I. Tit. XIV. De Legibus & Constitutionibus Principum & Edictis.

1. Principes censuerunt ea, quæ in certis negotiis statuta sunt, similium quoque causarum fata componere. Theodosius & Valent. l. 5. C. h.
2. Digna vox est majestate regnantis, legibus alligatum se principem profiteri. Id. l. 4. C. h.
3. Non dubium est, in legem committere eum, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem. Id. l. 7. C. h.
4. Leges & constitutiones futuris certum est, dare formam negotiis, non ad facta præterita revocari. Id. l. 7. C. h.
5. Quidquid in legibus obscurius sancitum est, oportet legislatoria interpretatione declarari, duritiemque legum legislatoriæ humanitati incongruam emendari. Valentinianus & Marcianus l. 9. C. h.

Ex Lib. I. Tit. XVII. De veteri jure enucleando & de autoritate Jurisprudentum, qui in Digestis referuntur.

Divinæ quidem res perfectissimæ sunt; humani vero juris conditio semper in infinitum decurrit, & nihil est in ea, quod stare perpetuo possit: multas enim formas edere natura novas deproperat. Justinianus l. un. §. 18. C. h.

Ex

Ex Lib. I. Tit. XVIII. De juris & facti ignorantia.

1. Error facti, nec dum finito negotio, nemini nocet. Constantinus & Maximian. l. 7. C. h.
2. Errantis voluntas nulla, consensus nullus est. Iid. l. 8. & 9. C. h.
3. Constitutiones principum nec ignorare quenquam, nec dissimulare permittimus. Valent. Theod. & Arcad. l. 12. C. h.

Ex Lib. I. Tit. LIV. De modo multarum, quæ à judicibus infliguntur.

Multa damnum famæ non irrogat. Severus & Antoninus l. 1. C. h.

Ex Lib. II. Tit. I. De Edendo.

Actore non probante, qui convenitur, & si nihil ipse præstet, obtinebit. Antoninus l. 4. C. h.

Ex Lib. II. Tit. III. De Pactis.

1. Pacta, quæ contra leges, constitutionesque, vel contra bonos mores fiunt, nullam vim habere, indubitati Juris est. Antoninus l. 6. & l. ult. C. h.
2. Pacta novissima servari oportere, tam juris, quam ipsius rei æquitas postulat. Alexand. l. 12. C. h.

3. Traditionibus & usucapionibus dominia rerum, non nudis pactis, transferuntur. Diocletian. & Maximian. l. 29. C. h.

Ex Lib. II. Tit. IV. De Transactionibus.

Non minor autoritas est transactionum, quam rerum judicatarum. Iid. l. 20. C. h.

Ex Lib. II. Tit. VI. De Postulando.

Advocati, qui certam litis partem, honorarii nomine sibi pacti sunt, ab advocati professione arcentur. Constantinus l. 5. C. h.

Ex Lib. II. Tit. X. De Errore Advocatorum, vel libellos seu preces concipientium.

Advocatorum error litigatoribus non nocet. Dioclet. & Maximian. l. ult. C. h.

Ex Lib. II. Tit. XXXIX. Si minor ab hereditate se abstineat.

Fides veritatis verborum adminicula non desiderat. Severus & Antoninus l. 1. C. h.

Ex Lib. II. Tit. XLI. In quibus causis in integrum restitutio necessaria non est.

Melius est intacta jura servari, quam post causam vulneratam remedium quærere. Justinianus l. ult. C. h.

Ex

Ex Lib. II. Tit. XLIII. Si minor se majorem dixerit, vel major probatus fuerit.

Malitia minoris ætatem supplet. Dioclet. & Maximian. l. 3. C. h.

Ex Lib. II. Tit. LIV. Quibus ex causis majores in integrum restituantur.

In contractibus, qui bonæ fidei sunt etiam majoribus, officio judicis, causa cognita, publica jura subveniunt. Dioclet. & Maximian. l. 3. C. h.

Ex Lib. II. Tit. LVIII. De formulis & impetrationibus actionum sublatis.

Juris formulæ, aucupatione syllabarum insidiantes, cunctorum actibus, radicitus amputentur. Constantinus l. 1. C. h.

Ex Lib. III. Tit. I. De Judiciis.

1. Placuit, in omnibus rebus, præcipuam esse justitiæ, æquitatis, quam stricti juris rationem. Constantinus & Licinius l. 8. C. h.
2. Judices cum veritate & legum observatione judicium disponere debent. Justinianus l. 14. C. h.

Ex Lib. III. Tit. V. Ne quis in ſua cauſa judicet, l. jus ſibi dicat.

In re propria iniquum admodum eſt, alicui licentiam tribuere ſententiæ. Valens. Gratianus & Valentinianus l. un. C. h.

Ex Lib. III. Tit. XIII. De jurisdictione omnium judicum, & de foro competenti.

1. Juris ordinem converti poſtulas, ut non actor rei forum, ſed reus actoris ſequatur. Dioclet. & Maximian. l. 2. C. h.
2. In criminali negotio rei forum accuſator ſequatur. Arcad. & Honor. l. 5. C. h.

Ex Lib. III. Tit. XIX. Ubi in rem actio exerceri debeat.

Actor rei forum ſive in rem, ſive in perſonam ſit actio, ſequitur. Valent. Theod. & Arcad. l. ult. C. h.

Ex Lib. III. Tit. XXII. Ubi cauſa ſtatus agi debeat.

In ſtatus quæſtione actor rei forum ſequi debeat. Dioclet. & Maximin. l. 3. C. h.

Ex

Ex Lib. III. Tit. XXIV. Ubi ſenatores l. clariſſimi civiliter, l. criminaliter conveniantur.

Omnem honorem reatus excludit. Conſtantinus l. 1. C. h.

Ex Lib. III. Tit. XXVII. Quando liceat unicuique ſine judice ſe vindicare, l. publicam devotionem.

Melius eſt occurrere in tempore, quam poſt exitum vindicare. Valent. Theod. & Arcad. l. 1. C. h.

Ex Lib. III. Tit. XXVIII. De inofficioſo Teſtamento.

1. Liberi obſequium debitum jugiter, prout ipſius naturæ religio flagitat, parentibus debent adhibere. Conſtantinus l. 28. C. h.
2. Meritis magis filii, ad paterna obſequia provocandi, quam pactionibus adſtringendi ſunt. Juſtinianus l. 35. §. 1. C. h.

Ex Lib. III. Tit. XXXII. De rei vindicatione.

1. Malæ fidei poſſeſſor impenſas neceſſarias deducit, utiles & voluptuarias tollit. Gordianus l. 5. C. h.
2. Pactum ancillæ, matris ſequi conditionem, nec

ſtatum patris in hac ſpecie conſiderari, explorati juris eſt. Philipp. l. 7. C. h.

3. Indicia certa, quæ jure non reſpuuntur, non minorem probationis, quam inſtrumenta continent fidem. Dioclet. & Maximian. l. 10. C. h.

Ex Lib. III. Tit. XXXIII. De Uſufructu & habitatione, & miniſterio ſervorum.

1. Voluntati teſtatoris per omnia obediendum eſt. Juſtinianus l. 13. cc. fin. C. h.
2. Multi caſus rebus incidunt mortalium. Juſtinianus l. 15. in pr. C. h.
3. Eſt ſatis durum (per cujusmodi difficultates) amittere, quod ſemel poſſeſſum eſt. Id. l. pen. §. 1. C. h.

Ex Lib. III. Tit. XXXIV. De Servitutibus & Aqua.

1. Longi temporis conſuetudo vicem ſervitutis obtinet. Antoninus l. 1. C. h.
2. Uti via publica, nemo recte prohibetur. Dioclet. & Maxim. l. 11. C. h.

Ex Lib. III. Tit. XLI. De noxalibus Actionibus.

Noxa caput ſequitur. Alex. l. 1. C. h.

Ex Lib. III. Tit. XLIV. De Religiosis & sumtibus funerum.

Locum religiosum distrahi non posse, manifestum est. Philippus l. 9. C. h.

Ex Lib. VI. Tit. I. De Rebus creditis & jurejurando.

1. Jurisjurandi contemta religio satis Deum ultorem habet. Alexand. l. 2. C. h.
2. In bonæ fidei contractibus, nec non etiam in ceteris causis, inopia probationum, per judicem jurejurando, causa cognita res decidi oportet. Dioclet. & Maxim. l. 3. C. h.
3. Lucrum ex delictis sperare impium est. Justinianus l. ult. in fin. C. h.

Ex Lib. IV. Tit. II. Si certum petatur.

1. Non unde originem pecunia, quæ mutuo datur, habeat, sed qui contraxit, si ut propriam numeravit, in hujusmodi obligationibus requiritur. Dioclet. & Maximian. l. 7. C. h.
2. Incendium aere alieno non exuit debitorem. Dioclet. & Maximian. l. 11. C. h.

Ex Lib. IV. Tit. IX. De Condictione ex lege, & sine causa vel injusta causa.

1. Ante tempus debita exigi non possunt. Dioclet. & Max. l. 11. C. h.

2. Diſſolutæ quantitatis retentum inſtrumentum, inefficax penes creditorem remanere, & ideo per conditionem reddi oportere, non eſt ambigui juris. Iid. l. 2. C. h.

Ex Lib. IV. Tit. X. De Obligationibus & Actionibus.

1. Bonam fidem in contractibus conſiderari æquum eſt. Dioclet. & Maximian. l. 4. C. h.
2. Sicut initio libera poteſtas unicuique eſt, habendi vel non habendi contractus, ita renunciare ſemel conſtitutæ obligationi, adverſario non conſentiente, nemo poteſt. Iid. l. 5. C. h.
3. Ob æs alienum ſervire liberos creditoribus, jura compelli non patiuntur. Dioclet. & Maximian. l. 12. C. h.

Ex Lib. IV. Tit. XII. Ne uxor pro marito, vel maritus pro uxore, vel mater pro filio conveniatur.

Ob maritorum culpas uxores inquietari, leges vetant. Dioclet. & Maximian. l. 2. C. h.

Ex Lib. IV. Tit. XV. Quando Fiſcus vel privatus debitoris ſui debitores convenire poſſit, l. debeat.

Propter æs alienum pupilli, res tutoris, qui nihil ex ejus bonis tenet, pignori capi non oportet. Sever. & Antonin. l. 1. C. h.

Ex

Ex Lib. IV. Tit. XVIII. De constituta pecunia.

Sensum, non vana vocabula, amplecti oportet. Justinianus l. 2. §. 1. C. h.

Ex Lib. IV. Tit. XIX. De Probationibus.

1. Petitori possessionis, non ei, qui possidet, onus probandi incumbit. Antonin. l. 2. C. h.
2. Exemplo perniciosum est, ut ei scripturæ credatur, qua unusquisque sibi adnotatione propria debitorem constituit. Gallienus l. 7. C. h.
3. Per rerum naturam factum negantis probatio nulla est. Dioclet. & Maximian. l. 23. C. h.
4. Non est de probatione illius laborandum, quod licet probetur, intentioni nullum præbet adminiculum. Iid. l. 21. C. h.
5. In causis criminalibus probationes indubitatæ & luce clariores requiruntur. Grat. Valent. & Theod. l. fin. C. h.

Ex Lib. IV. Tit. XX. De Testibus.

1. Contra scriptum testimonium, non scriptum testimonium non fertur. l. 1. C. h.
2. Etiam jure civili domestici testimonii fides improbatur. Valerian & Gallien. l. 3. C. h.
3. Sola testatione prolatam, nec aliis legitimis adminiculis causam adprobatam, nullius esse momenti, certum est. Carus, Carinus & Numerianus l. 4. C. h.

4. Parentes & liberi invicem adversus se, nec volentes ad testimonium admittendi sunt. Dioclet. & Maximian. l. 6. C. h.

5. Omnibus in re propria dicendi testimonii, facultatem jura submoverunt. Valens. Grat. & Valent. l. 10. C. h.

Ex Lib. IV. Tit. XXI. De fide instrumentorum, & amissione eorum, & de Apochis, & Antapochis faciendis, & de his, quæ sine scriptura fieri possunt.

1. Scripturæ diversæ fidem sibi invicem derogantes, ab una eademque parte prolatæ, nihil firmitatis habere potuerunt. Dioclet. & Maximin. l. 14. C. h.

2. In exercendis litibus eandem vim obtinent, tam fides instrumentorum, quam depositiones testium. Constantin. l. 15. C. h.

3. Hoc quod pro quibusdam indroductum est, inferre eis jacturam, minime rationi convenit æquitatis. Justinianus l. 19. in fin. C. h.

Ex Lib. IV. Tit. XXII. Plus valere quod agitur, quam quod simulate concipitur.

1. In contractibus rei veritas potius, quam scriptura perspici debet. Valerian. & Gallien. l. 1. C. h.

2. Acta simulata, velut non ipse, sed ejus uxor comparaverit, veritatis substantiam mutare non possunt. Dioclet. & Maximian. l. 2. C. h.

3. Em-

3. Emtione pignoris causa facta, non quod scriptum, sed quod gestum est, inspicitur. Iid. l. 3. C. h.
4. Si quis gestum a se alium egisse, scribi fecerit, plus actum, quam scriptum valet. Iid. l. 4. C. h.

Ex Lib. IV. Tit. XXVII. Per quas personas nobis adquiritur.

Sæpe apud antiquos dicitur, jussionem domini non esse absimilem nominationi. Justinianus l. ult. C. h.

Ex Lib. IV. Tit. XXVIII. Ad Senatus consultum Macedonianum.

Origo potius obligationis, quam titulus actionis considerandus est. Severus & Antoninus l. 3. C. h.

Ex Lib. IV. Tit. XXIX. Ad Senatusconsultum Vellejanum.

Scimus, favore dotium antiquos juris conditores severitatem legis sæpius mollire. Justinianus l. ult. C. h.

Ex Lib. IV. Tit. XXX. De non numerata Pecunia.

Nimis indignum est, quod sua quisque voce dilucide protestatus est, id in eundem casum infirmare, testimonioque proprio resistere. Justinus l. 13. C. h.

Ex

Ex Lib. IV. Tit. XXXI. De Compensationibus.

Ipso jure pro soluto compensationum haberi oportet ex eo tempore, ex quo ab utraque parte debetur. Alexander l. 4. C. h.

Ex Lib. IV. Tit. XXXII. De Usuris.

1. In bonæ fidei negotiis usurarum rationem haberi, certum est. Alexander l. 13. C. h.
2. Rebus, non verbis, lex ponenda est. Justinian. l. 18. C. h.

Ex Lib. IV. Tit. XXXV. Mandati vel contra.

1. Suæ quisque rei moderator & arbiter. Constantin. l. 21. C. h.
2. Aliena negotia, exacto officio, geruntur, nec quicquam in eorum administratione neglectum ac declinatum culpa vacuum est. Constantin. l. 21. C h.

Ex Lib. IV. Tit. XXXVII. Pro Socio.

1. Societatem uno pecuniam conferente, alio operam, posse contrahi, magis obtinuit. Dioclet. & Maximian. l. 1. C. h.
2. Tamdiu societas durat, quamdiu consensus partium integer servatur. lid. 5. C. h.
3. Voluntates legitime contrahentium omnimodo observandæ sunt. Justinianus l. pen. C. h.

Ex

Ex Lib. IV, Tit. XXXVIII. De Contrahenda Emtione & venditione.

In vendentis l. ementis voluntatem collata conditione comparandi, quia non adſtringit neceſſitate contrahentes, obligatio nulla eſt. Dioclet. & Maximian. l. 13. C. h.

Ex Lib. IV. Tit. XXXIX. De Hereditate, l. Actione vendita.

Nominis venditio, etiam ignorante, vel invito, adverſus quem actiones mandantur, contrahi ſolet. Alexander l. 3. C. h.

Ex Lib. IV. Tit. XLIV. De Reſcindenda venditione.

1. Malæ fidei emtio irrita eſt. Alexander l. 1. C. h.
2. Dolus bonæ fidei contrarius eſt. Dioclet. & Maximian. l. 5. C. h.
3. Emtor viliore comparandi, venditor cariore, diſtrahendi votum gerentes, ad contractum emtionis atque venditionis accedunt. Iid. l. 8. C. h.
4. Dolus emtoris qualitate facti, non quantitate precii æſtimatur. Iid. l. 10. C. h.

Ex Lib. IV. Tit. XLV. Quando liceat ab emtione diſcedere.

Quod conſenſu contractum eſt, contrariæ voluntatis adminiculo diſſolvitur. Gordianus l. 1. C. h.

Ex

Ex Lib. IV. Tit. XLVIII. De Periculo & commodo rei venditæ.

1. Post perfectam venditionem omne commodum & incommodum, quod rei venditæ contingit, ad emtorem pertinet. Alexander l. 1. C. h.
2. Dolum auctoris, bonæ fidei emtori non nocere, certi juris est. Iid. l. 3. C. h.

Ex Lib. V. Tit. I. De Sponsalibus & Arrhis Sponsalitiis & Proxeneticis.

1. Alii desponsatæ renunciare conditioni & nubere alii, non prohibentur. Dioclet. & Maximian. l. 1. C. h.
2. Plerumque feminæ etiam adversus commoda propria invenitur, laborare consilium. Honor. & Theodos. l. 4. C. h.

Ex Lib. V. Tit. III. De Donationibus ante nuptias, l. propter nuptias & sponsalitiis.

Dos fit propter nuptias & sine nuptiis quidem nulla dos intelligitur; Sine Dote autem nuptiæ possunt celebrari. Justinian. l. 20. C. h.

Ex Lib. V. Tit. IV. De Nuptiis.

1. Nec Filium quidem familias invitum ad uxorem ducendam cogi, legum disciplina permittit. Dioclet. & Maximian. l. 12. & 14. C. h.

2. Imperialis benevolentiæ proprium hoc eſt, ut omni tempore ſubjectorum commoda, tam inveſtigare, quam eis mederi procuretur. Juſtinianus l. 23. C. h.
3. Deum imitatur, qui ignoſcit. Id. l. 23. C. h.

Ex Lib. V. Tit. XI. De Dotis promiſſione & nuda Pollicitatione.

Omnino paternum eſt officium, dotem l. ante nuptias donationem pro ſua dare progenie. Juſtinus l. 7. C. h.

Ex Lib. V. Tit. XII. De Jure dotium.

1. Nulla lege prohibitum eſt, univerſa bona in dotem marito feminam dare. Alexander l. 4. C. h.
2. Rei quæſitæ dominium auferre, nolenti nemo poteſt. Dioclet. & Maximian. l. 23. C. h.

Ex Lib. V. Tit. XIII. De rei uxoriæ actione in ex ſtipulatu actionem transfuſa, & de natura dotibus præſtita.

Ipſe naturalis ſtimulus parentes ad liberorum ſuorum educationem hortatur. Juſtinianus l. un. §. 5. C. h.

Ex Lib. V. Tit. XV. De dote cauta non numerata.

Dotem numeratio, non ſcriptura dotális inſtrumenti facit. Sever. & Antonin. l. 1. C. h.

Ex

Ex Lib. V. Tit. XVII. De Repudiis & judicio de moribus sublato.

1. Dubium non est, omnia omnino, quæ consilio recte geruntur, jure meritoque effectu & firmitate niti. Dioclet. & Maximian. l. 3. C. h.
2. Consensu licita matrimonia posse contrahi, contracta non nisi misso repudio dissolvi præcipimus: Solutionem etenim matrimonii difficiliorem debere esse, favor imperat liberorum. Theodos. & Valent. l. 8. C. h.

Ex Lib. V. Tit. XXV. De alendis liberis ac parentibus.

Parentum necessitatibus liberos succurrere justum est. Antoninus l. 1. C. h.

Ex Lib. V. Tit. XXVII. De naturalibus Liberis & matribus eorum, & ex quibus causis justi efficiantur.

1. Desideria morientium ex arbitrio viventium, non sine justa ratione colligimus. Leo & Anthemius l. 4. C. h.
2. Misericordiam digni non sunt, qui alieno laborant vitio. Justinianus l. 7. C. h.
3. Nimis est indignum, nimis item impium, flagitiis præsidia quærere. Justinianus l. 1. C. h.
4. Communium rerum utilitas est lucidis & omni ambiguitate segregatis legibus uti. Justinianus l. 9. C. h.

Ex

Ex Lib. V. Tit. XXX. De Legitima Tutela.

1. Naturalis ordo per omnia conſervandus eſt. Juſtinianus l. 5. C. h.
2. Nominum & rerum fœda confuſio vitanda eſt. Id. l. 5. C. h.

Ex Lib. V. Tit. XXXIV. Qui dare tutores l. curatores poſſunt, & qui dari non poſſunt.

Maritus rebus uxoris ſuæ debet affectionem. Alexander l. 2. C. h.

Ex Lib. V. Tit. XXXV. Quando mulier tutelæ officio fungi poteſt.

Tutelam adminiſtrare, virile munus eſt, & ultra ſexum femineæ infirmitatis tale officium eſt. Alexander l. 1. C. h.

Ex Lib. V. Tit XXXVII. De adminiſtratione tutorum l. curatorum, & pecunia pupillari fœneranda, l. deponenda.

1. In pecunia robur omne patrimoniorum veteres poſuerunt. Conſtantin. l. 22. ſub fin. C. h.
2. Pecuniæ fœnerandi uſus vix diuturnus, vix continuus & ſtabilis eſt. Id. ibid.

Ex Lib. V. Tit. LI. Arbitrium tutelæ.

1. Pauperibus induſtria l. augmentum patrimonii, quod laboribus & multis caſibus quæritur, interdicendum non eſt. Dioclet. & Maximian. l. 10. C. h.
2. Nemo tam ſimplex (imo magis ſtultus) invenitur ut in publico inventario ſcribi aliquid contra ſe patiatur. l. ult. in fin. Prin. C. h.

Ex Lib. V. Tit. LIX. De Autoritate præſtanda.

Quod omnes ſimiliter tangit, ab omnibus debet comprobari. l. ult. C. h.

Ex Lib. V. Tit. LX. Quando tutores l. curatores eſſe deſinant.

Tutoris officium ex ſola voluntate pupilli non finiri, certiſſimum eſt. Dioclet. & Maximian. l. 2. C. h.

Ex Lib. V. Tit. LXII. De Excuſationibus tutorum & curatorum, & de temporibus earum.

1. Non debet ignorantiæ maritorum, ampliſſimi ordinis conſulto fraus quæri. Antoninus l. 4. C. h.
2. Voluntariæ tutelæ munera, privilegiis nihil derogant. Gordianus l. 12. C. h.

Ex

Ex Lib. V. Tit. LXIX. Qui numero tutelarum.

Diversæ excusationis species imperfectæ nihil proficiunt. Sever. & Antonin. l. un. C. h.

Ex Lib. V. Tit. LXX. De Curatore furiosi l. prodigi.

Curatoris furiosi per intervalla talis nomen in omne tempus manet; effectus autem quoties morbus redit. Justinian. l. 6. C. h.

Ex Lib. VI. Tit. II. De Furtis & Servo corrupto.

1. Post decisionem furti leges agi prohibent. Dioclet. & Maximian. l. 13. C. h.
2. Furti actione minime teneri successores, ignorare non debueras. Dioclet. & Maximian. l. 15. C. h.
3. Regula est, qui habet adversus alium furti actionem, ipse ea teneri non potest. Justinian. l. 21. C. h.
4. Ubi periculum, ibi & lucrum collocetur. Justinianus l. ult. §. 3. in fin. C. h.

Ex Lib. VI. Tit. VII. De libertis & eorum liberis.

Delicta parentum liberis non nocent. Constantinus l. 2. C. h.

Ex Lib. VI. Tit. XXI. De Teſtamento militis.

1. Voluntas militis in expeditione occupati pro jure ſervatur. Antoninus l. 1. C. h.
2. Militum teſtamenta juris vinculis non ſubjiciuntur. Id. l. 3. C. h.
3. Captatorias inſtitutiones etiam in militis teſtamento nullius eſſe momenti manifeſtum eſt. Philippus l. 11. C. h.

Ex Lib. VI. Tit. XXII. Qui teſtamenta facere poſſunt, l. non.

Humana fragilitas mortis cogitatione perturbata, minus res plures memoria poteſt conſequi. Juſtinus l. 8. C. 8.

Ex Lib. VI. Tit. XXIII. De Teſtamentis & quemadmodum teſtamenta ordinentur.

1. Licet lex imperii, ſolennibus juris imperatorem ſolverit, nihil tamen tam proprium imperii eſt, quam legibus vivere. Alexander l. 3. C. h.
2. Errore ſcribentis teſtamentum, juris ſolennitas mutilari nequaquam poteſt. Dioclet. & Maxim. l. 7. C. h.
3. Jurisdictionis mutare formam l. Juri publico derogare, teſtatori permiſſum non eſt. Valent. & Galien. l. 12. C. h.
4. Neceſſaria prætermiſſa iminuunt contractus, & teſtatoris officiunt voluntati, non abundans cautela. Arcad. & Honor. l. 17. C. h.

5. Mos retinendus eſt fideliſſimæ vetuſtatis. Arcad. & Honor. l. 18. C. h.
6. Voluntates hominum audire volumus non jubere. Honor. & Theodoſ. l. 19. C. h.
7. Abſurdum eſt, ſi promiſcuis actibus rerum turbentur officia & aliis creditum, alius ſubtrahat. Juſtinian. l. 23. C. h.
8. Opprobrium eſt Clericis, ſi peritos ſe velint diſceptationum eſſe forenſium. Id. ibid.
9. Mortuo ſimilis eſt, qui neque ſcribere, neque articulate loqui poteſt. Juſtinian. l. 25. C. h.

Ex Lib. VI. Tit. XXIV. De Heredibus inſtituendis, & quæ perſonæ heredes inſtitui non poſſunt.

Non eſt veriſimile in ſuum nomen quemquam erraſſe. Juſtinian. l. ult. C. h.

Ex Lib. VI. Tit. XXVIII. De liberis præteritis, l. exhereditatis.

Cum manifeſtiſſimus eſt ſenſus teſtatoris, verborum interpretatio nusquam tantum valet, ut melior ſenſus exiſtat. Juſtinian. l. 3. C. h.

Ex Lib. VI. Tit. XXIX. De Poſthumis heredibus inſtituendis, l. exheredandis, l. præteritis.

Ex rupto teſtamento nihil deberi, neque peti poſſe, explorati juris eſt. Antonin. l. 1. C. h.

Ex Lib. VI. Tit. XXX. De Jure deliberandi & de adeunda l. adquirenda hereditate.

1. Nec emere, nec donatum adsequi, nec damnosam quisquam hereditatem adire compellitur. Arcad. & Honor. l. 6. C. h.
2. Arma magis quam jura scire milites Sacratissimus Legislator existimavit. Justinianus l. 22. C. h.
3. Formidolosi homines ea timent, quæ nulla digna sunt suspicione. Justinian. l. 22. in fin. Prin. C. h.

Ex Lib. VI. Tit. XXXV. De his, quibus ut indignis hereditates auferuntur ad Senatusconsultum Syllanianum.

1. Nihil actum esse credimus, dum aliquid addendum superest. Justinianus l. penult. in fin. C. h.
2. Oportet servos ubicunque senserint Dominum periclitantem ad prohibendas insidias concurrere. Justinianus l. ult. C. h.

Ex Lib. VI. Tit. XXXVI. De Codicillis.

In omni ultima voluntate, excepto testamento, quinque testes l. rogati, l. qui fortuito venerint, uno eodemque tempore debent adhiberi. l. fin. §. fin. C. h.

Ex

Ex Lib. VI. Tit. XXXVII. De Legatis.

1. In legatis, l fideicommiſſis neceſſaria non ſit verborum obſervantia, ita ut nihil prorſus interſit, quis talem voluntatem verborum caſus exceperit, aut quis loquendi uſus effuderit. Conſtantinus & Conſtan. l. 21. C. h.
2. In omnibus teſtatoris voluntatem, quæ legitima eſt, dominari cenſemus. Juſtinianus l. 23. in fin. C. h.

Ex Lib. VI. Tit. XL. De indicta viduitate & lege Julia Miſcella tollenda.

1. Mulieres ad hoc natura progenuit, ut partus ederent, & maxima iis cupiditas in hoc conſtituta eſt. Juſtinian. l. 2. C. h.
2. Augeri magis noſtram rempublicam & multis hominibus legitime progenitis frequentari, quam impiis perjuriis affici volumus. Juſtinian. l. 2. C. h.
3. Satis inhumanum eſſe videtur, per leges, quæ perjuria puniunt, viam perjuriis aperiri. l. 2. in fin. C. h.

Ex Lib. VI. Tit. XLII. De Fideicommiſſis.

1. Non ex ſola ſcriptura, ſed ex conſcientia defuncti voluntati ſatisfaciendum eſt. Antoninus l. 2. C. h.
2. Voluntatis defuncti quæſtio in æſtimatione judicis eſt. Alex. l. 7. C. h.

3. Regulariter traditur, ea, quæ in teſtamento relinquuntur, ſi ex teſtamento non adeatur hereditas, non valere. Valerianus & Galenus l. 14. C. h.

4. Clari & aperti juris eſt, in fideicommiſſis poſteriores voluntates eſſe firmiores. Dioclet. & Maximian. l. 19. C. h.

Ex Lib. VI. Tit. XLIII. Communia de legatis & fideicommiſſis, & de in rem miſſione tollenda.

Nos non verbis, ſed ipſis rebus leges imponimus. Juſtinian. l. 1. in fin. C. h.

Ex Lib. VI. Tit. XLIV. De falſa cauſa adjecta legato, l. fideicommiſſo.

Falſa demonſtratio non perimit legatum. Alexander l. 2. C. h.

Ex Lib. VI. Tit. XLVI. De conditionibus inſertis, tam legatis, quam fideicommiſſis & libertatibus.

Quod ſemel repudiatum eſt, redintegrari minime concedimus. Juſtinian. l. ult. C. h.

Ex Lib. VI. Tit. LI. De Caducis tollendis.

1. Non eſt ferendus is, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnit. Juſtinian. l. un. §. 4. C. h.

2. Quod

2. Quod communiter omnibus prodest hoc privatæ utilitati præferendum (Princeps) censeat, suum esse proprium subjectorum commodum imperialiter existimans. Justinianus l. 1. §. antepenult. C. h.

Ex Lib. VI. Tit. LII. De his, qui ante apertas tabulas hereditatem transmittunt.

Perindignum est, fortuitas ob causas, l. casus humanos, nepotes successione fraudari. Theodos. & Valent. l. un. C. h.

Ex Lib. VI. Tit. LVII. Ad Senatusconsultum orphitianum.

1. Mulieribus ingenuis & illustribus castitatis observatio præcipuum debitum est. Justinianus l. 5. C. h.
2. Satis injuriosum satisque acerbum est illustri mulieri, spurios habere. Justinian. l. 5. C. h.

Ex Lib. VI. Tit. LVIII. De Legitimis heredibus.

1. Nihil eorum, quæ probabiliter a natura nascuntur, esse producta, respui decet. Justinian. l. 12. C. h.
2. Natura utrumque tam maris, quam feminæ corpus edidit, ut maneat suis vicibus immortale, & alterum alterius auxilio egeat, & uno semoto, alterum corrumpatur. Justinianus l. 14. pr. C. h.

3. Naturam offendere & legitimo juri derogare non licet. Justinian. l. 14. C. h.

Ex Lib. VI. Tit. LIX. Communia de successionibus.

Testamentariæ successionis spe durante intestato bona defuncti non recte vindicantur. Dioclet. & Maximian. l. 8. C. h.

Ex Lib. VI. Tit. LXI. De bonis, quæ ex liberis, in potestate patris constitutis, ex matrimonio, l. alias adquiruntur, & eorum administratione.

1. Consequens est, ambiguas atque legum diversis interpretationibus titubantes causas benigne atque naturalis juris moderamine temperare. Leo & Anthenius l. 5. C. h.
2. Ut imperialis fortuna omnes supereminet alias, ita oportet & principales liberalitates culmen habere præcipuum. Justinianus l. 7. C. h.
3. Ipsa natura & leges, à parentibus alendos esse liberos, imperant, & ab ipsis liberis parentes, si inopia ex utraque parte vertitur. Justinianus l. ult. §. 5. C. h.

Ex Lib. VII. Tit. IV. De fideicommissariis libertatibus.

In ambiguis sensibus melius est, (& maxime in libertate favore ejus) humaniorem amplecti sententiam. Justinianus l. 14. C. h.

Ex

Ex Lib. VII. Tit. V. De Deditia libertate tollenda.

Nos, qui veritatem colimus, ea tantummodo volumus in noſtris eſſe legibus, quæ re ipſa obtinent. Juſtinianus l. un. pr. C. h.

Ex Lib. VII. Tit. VI. De latina libertate tollenda & per certos modos in civitatem Romanam transfuſa.

1. Quod ex re ipſa rationabile eſt, hoc in jus perfectum deducitur. Juſtinian. l. un. in pr. C. h.
2. Satis abſurdum eſt, ipſa origine rei ſublata, ejus imaginem derelinqui. Juſtinian. l. un. in. C. h.

Ex Lib. VII. Tit. VII. De communi ſervo manumiſſo.

Satis abundeque imperiale eſt, humaniorem ſententiam pro durioribus ſequi. Juſtinian. l. 2. in fin. C. h.

Ex Lib. VII. Tit. XIII. Pro quibus cauſis pro præmio libertatem accipiunt.

Religioſa ſolicitudo ad augendam provocandamque fidei obſervationem juris præmio adfici debet. Dioclet. & Maximian. L. 1. C. h.

Ex

Ex Lib. VII Tit. XV. Communia de Manumiſſionibus.

1. Libertatem fovere & tueri romanis legibus & præcipue noſtro numini peculiare eſt. Juſtinian. l. 1. §. 1. in fin. C. h.
2. Ampliandam magis civitatem noſtram, quam minuendam cenſemus. Juſtinian. l. 2. in fin. C. h.

Ex Lib. VII. Tit. XVI. De liberali cauſa.

1. Factum tuum filiis obeſſe non debet. Antoninus l. 1. C. h.
2. Nec omiſſa profeſſio probationem generis excludit, nec falſa ſimulatio veritatem minuit. Dioclet. & Maximian. l. 15. C. h.
3. Servi naſcuntur ratione certa, non confeſſione conſtituuntur. Iid. l. 22. C. h.
4. Placuit eos, qui naſcuntur, matrum conditionibus uti, quarum mox viſceribus exponuntur. Conſtantinus l. ult. C. h.

Ex Lib. VII. Tit. XXVII. De Uſucapione pro donato.

Irritam facere donationem perfectam nemini licet. Dioclet. & Maximian. l. 3. C. h.

Ex Lib. VII. Tit. XXXII. De adquirenda & retinenda poſſeſſione.

1. Improbata poſſeſſio firmum titulum poſſidenti præſtare nullum poteſt. Dioclet. & Maximian. l. 7. C. h.

2. Vitia

2. Vitia possessionum a majoribus contracta perdurant & successorem autoris sui culpa comitatur. Arcad. & Honor. l. 11. C. h.
3. Ex aliena malignitate alienum damnum emergere non debet. Justinian. l. ult. C. h.
4. Antiqua juris regula definit, deteriorem conditionem domino per servum nullo modo fieri posse. Justinian. l. ult. C. h.

Ex Lib. VII. Tit. XXXVII. De Quadriennii præscriptione.

Qui suis consiliis suisque laboribus pro toto orbe terrarum die noctuque laborant, quare non habeant dignam sua prærogativa fortunam. Justinian. l. 3. in fin. C. h.

Ex Lib. VII. Tit. XXXVIII. Ne rei dominicæ l. templorum vindicatio temporis præscriptione submoveatur.

Incubatio diuturna aut novella professio proprietatis privilegium abolere non potest. Arcad. & Honor. l. 3. C. h.

Ex Lib. VII. Tit. XXXIX. De Præscriptione 30. l. 40. annorum.

1. Ab his possessoribus initium non requiritur, qui sibi potius, quam alteri possederunt. Valent. & Valens. l. 2. C. h.
2. Eos possessores non convenit appellari, qui ita tenent, ut ab hoc ipsum solitam debeant præstare mercedem. Iid. l. 2. C. h.
3. Sortes humanæ multæ sunt. Justinian. l. 9. C. h.

Ex

Ex Lib. VII. Tit. XL. De Annali Exceptione Italici contractus.

Quis incusare filios familias poterit, si hoc non fecerint, quod & si maluerint, minime adimplere lege obviante valebant? Justinianus l. 1. §. 2. C. h.

Ex Lib. VII. Tit. XLIII. Quomodo & quando Judex sententiam proferre debeat præsentibus partibus, l. una parte absente.

1. Firmitatem sententia non habebit, si ei non sit commodatus adsensus. Gordianus l. 3. C. h.
2. Ea, quæ statuuntur adversus absentes, non per contumaciam judicatæ rei firmitatem non obtinere certum est. Dioclet. & Maximian. l. 7. & 10. C. h.

Ex Lib. VII. Tit. XLV. De Sententiis & Interlocutionibus omnium judicum.

Si quid non bene dirimatur hoc in aliorum judicum vitium extendi non oportet, cum non exemplis, sed legibus judicandum sit. Justinian. l. 13. C. h.

Ex Lib. VII. Tit. XLVII. De Sententiis, quæ pro eo quod interest, proferuntur.

Scimus esse naturæ congruum, eas tantummodo pœnas exigi, quæ l. cum competenti moderamine

mine proferuntur, l. a legibus certo fine conclusæ ſtatuuntur. Juſtinianus. l. un. C. h.

Ex Lib. VII. Tit. LI. De Fructibus & litium expenſis.

Poſt abſolutum dimiſſumque judicium nefas eſt, litem alteram conſurgere ex litis primæ materiæ. Honor. & Theodoſ. l. 3. C. h.

Ex Lib. VII. Tit. LII. De Re judicata.

1. Rebus judicatis ſtandum eſt. Antoninus l. 1. C. h.
2. Res judicatas inſtaurari, exemplo grave eſt. Gordianus l. 4. C. h.
3. Inſtaurari finita rerum judicatarum non patitur autoritas. Dioclet. & Maximian. l. 5. C h.
4. Cognitoris morte publica fides perire non debet. Honor. l. ult. C. h.

Ex Lib. VII. Tit. LV. Si plures una ſententia condemnati ſunt.

Quod ab uno ſervari non poterit, a ceteris exigi non poſſe, explorati juris eſt. Gordianus l. 2. C. h.

Ex Lib. VII. Tit. LVI. Quibus res judicata non nocet.

Res inter alios judicatæ, neque emolumentum his, qui judicio non interfuerunt, neque præjudicium ſolent irrogare. Gordianus l. 2. C. h.

Ex

Ex Lib. VII. Tit. LVII. Comminationes, Epiſtolas, Programmata, ſubſcriptiones autoritatem rei judicatæ non habere.

Quod magno conflictu ſententia decerni ſolet, id paucis literis temere deſcriptis, definiri fas non eſt. Conſtantinus l. ult. C. h.

Ex Lib. VII. Tit. LIX. De Confeſſis.

Confeſſos in jure pro judicatis haberi placet. Antoninus l. un. C. h.

Ex Lib. VII. Tit. LX. Inter alios acta l. judicata aliis non nocere.

1. Inter alios res geſtas, aliis non poſſe præjudicium facere, ſæpe conſtitutum eſt. Dioclet. & Maximian. l. 1. C. h.
2. Inter alios factam transactionem abſenti non poſſe facere præjudicium, notiſſimi juris eſt. Iid. l. 2 C. h.

Ex Lib. VII. Tit. LXII. De Appellationibus & Conſultationibus.

1. Temere aut paſſim provocandi facultas omnibus præbenda non eſt. Dioclet. & Maximian. l. 6. §. 4. C. h.
2. Et in majoribus & minoribus negotiis appellandi facultas eſt. Conſtantin. l. 20. C. h.

Ex

Ex Lib. VII. Tit. LXIII. De Temporibus & reparationibus appellationum & conſultationum.

Legum auſteritatem pactis litigantium mitigare licet. Juſtinian. l. ult. in fin. C. h.

Ex Lib. VII. Tit. LXIV. Quando provocare non eſt neceſſe.

Dubium non eſt, id quod contra jus geſtum videtur, firmitatem non tenere. Carus, Catinus, & Numerianus. l. 5. C. h.

Ex Lib. VII. Tit. LXV. Quorum appellationes non recipiuntur.

Neceſſario in contumacem vigor judiciarius excitandus eſt. Valentin. Valens & Gratianus l. 4. C. h.

Ex Lib. VII. Tit. LXXI. Qui bonis cedere poſſunt.

Humanior ſententia pro duriore eligenda eſt. Juſtinianus l. ult. C. h.

Ex Lib. VIII. Tit. IV. Unde Vi.

Omnes ſcire debent, quod ſuum non eſt, hoc ad alios modis omnibus pertinere. Juſtinianus l. ult. C. h.

Ex Lib. VIII. Tit. V. Si per vim l. alio modo absentis perturbata sit possessio.

Negotiorum merita partium adsertione panduntur. Arcadius & Honorius l. 2. C. h.

Ex Lib. VIII. Tit. X. De Ædificiis privatis.

Nihil dubium actum est ad tollendam ambiguitatem. Zeno l. 12. §. 2. C. h.

Ex Lib. VIII. Tit. XII. De operibus publicis.

1. Præscriptio temporis juri publico non debet obsistere, sed nec rescripta quidem. Gratian. Valent. & Theodos. l. 6. C. h.
2. Imperio magna ab universis secreta debentur. Honor. & Theodos. l. 19. C. h.

Ex Lib. VIII. Tit. XIV. De Pignoribus & Hypothecis.

Creditor ad petitionem debiti urgeri minime debet. Dioclet. & Maximian. l. 20. C. h.

Ex Lib. VIII. Tit. XVII. Quæ res pignori obligari possunt l. non, & qualiter pignus contrahatur.

Justum est voluntates contrahentium magis, quam verborum conceptionem inspicere. Justinianus l. ult. C. h.

Ex

Ex Lib. VIII. Tit. XVIII. Qui potiores in pignore habeantur.

1. In pignoribus creditores pignoratitii, tempore priores, habentur potiores. Antoninus l. 2. C. h.
2. Pro liberorum procreatione multa noſtris legibus inventa ſunt privilegia. Juſtinianus l. ult. §. 1. C. h.

Ex Lib. VIII. Tit. XXVIII. De diſtractione pignorum.

Conſenſu emtionem perfectam, (ſi neque dolus adverſarii, neque metus cauſa geſta arguentur) revocari, exemplo grave eſt. Dioclet. & Maximian. l. 10. C. h.

Ex Lib. VIII. Tit. XXXIII. Si pignoris conventionem numeratio pecuniæ ſecuta non fuerit.

Mendaci ſcriptura contra fidem veritatis nemo obligari poteſt. Alexander l ult. C. h.

Ex Lib. VIII. Tit. XXXVII. De Litigioſis.

Juſtum eſt, propter doloſam mentem & abſconditam machinationem, quem puniri. Juſtinianus l. 4. §. 1. C. h.

Ex Lib. VIII. Tit. XXXVIII. De contra da & committenda ſtipulatione.

1. Ea, quæ quis promiſit, ipſe in memoria ſu vare, non ab aliis ſibi manifeſtari debet re. Juſtinianus l. 12. C. h.
2. Cur quod in principalibus perſonis juſtu non ad heredes & adverſus eos transmit Juſtinian. l. 13. C. h.
3. Pene ſimilis omnium hominum natura e ſtinian. l. 13. C. h.
4. Ex ſubtilitate hominum voluntates cade debent. Id. l. 13. in fin. C. h.
5. Mulieris naturalis pudor non omnibus ram ſe manifeſtare concedit. Id. l penult
6. Senſus contrahentium diſcutiendus eſt. nian. l. ult. C. h.

Ex Lib. VIII. Tit. XXXIX. De inuti ſtipulationibus.

1. Libera matrimonia eſſe antiquitus p Alexander l. 2. C. h.
2. Omnia, quæ contra bonos mores, l. in pa l. in ſtipulationem deducuntur, nullius m ti ſunt. Dioclet. & Maximian. l. 14. C. h.

Ex Lib. VIII. Tit. XLI. De Fidejuſſori Mandatoribus.

1. Omnino atteſtatio pro ſcriptura haberi Juſtinianus l. penult. C. h.

2. Ipſa legis autoritate non permittitur, ut ſimplicitas ſuſcipientium contractus ex quacunque cauſa poſſit jus creditoris mutilare. Juſtinianus l. ult. in fin. C. h.

Ex Lib. VIII. Tit. XLII. De Novationibus & Delegationibus.

Voluntate ſolum eſt, non lege novandum. Juſtinianus l. ult. C. h.

Ex Lib. VIII. Tit. XLIII. De Solutionibus & Liberationibus.

1. Figmento veritatis extingui non poteſt obligatio. Dioclet. & Maximian. l. 13. C. h.
2. Solutionem adſeveranti probationis onus incumbit. Iid. l. 25. C. h.

Ex Lib. VIII. Tit. XLV. De Evictionibus.

1. Qui ſciens alienum, l. obligatum comparavit, quod eo nomine dedit, non repoſcit. Dioclet. & Maximian. l. 27. C. h.
2. Emtori etiam venditoris jura prodeſſe non ambigitur. Iid. l. 29. C. h.

Ex Lib. VIII. Tit. XLVII. De patria poteſtate.

1. Si quæ inter patrem & filium controverſiæ oriuntur, intra domum eas terminari congruit. Valer. & Galien. l. 4. C. h.

2. Reverentiam debitam exhibere matri filius debet. Iid. l. 4. in fin. C. h.
3. Filia patri non solum reverentiam, sed etiam subsidium vitæ adhibere debet. Dioclet. & Maximian. l. 5. C. h.
4. Patribus jus vitæ in liberos necisque potestas olim erat permissa. Constantinus l. ult. C. h.

Ex Lib. VIII. Tit. XLVIII. De Adoptionibus.

1. Jura patris naturalis nexu divino copulata sunt. Justinianus l. penult. in pr. C. h.
2. In patre nullius circumventionis suspicio potest aliquam sibi vindicare licentiam, avita affectione omnia resecante. Id. d. l. pen. C. h.
3. Materna jura non possunt aboleri. Id. d. l. pen. § 1. C. h.

Ex Lib. VIII. Tit. XLIX. De Emancipationibus liberorum.

In emancipationibus liberorum nec non donationibus non tam scriptura, quam veritas considerari solet. Dioclet. & Maximian. l. 2. C. h.

Ex Lib. VIII. Tit. LI. De postliminio reversis & redemtis ab hostibus.

1. Super facultatibus ejus, cujus incerta vita ac fortuna fuit, transigi aut judicari non potest. Dioclet. & Maximian. l. 4. C. h.
2. Fortuna matris filiæ injuria fieri non debet. Iid. l. 14. C. h.

Ex

Ex Lib. VIII. Tit. LII. De Infantibus expoſitis liberis & ſervis, & de his qui ſanguinolentos nutriendos acceperunt.

1. Unusquisque ſobolem ſuam nutriat. Valent. & Valens & Gratian l. 2. C. h.
2. Voluntas amica miſericordiæ eſſe debet. Iid. d. l. 2. C. h.
3. Suum dicere nemo poteſt, quem pereuntem contemnit. Iid. d. l. in fin. C. h.

Ex Lib. VIII. Tit. LIII. Quæ ſit longa conſuetudo.

1. Conſuetudinis uſusque longævi non vilis autoritas eſt: verum non uſque adeo ſui valitura momento, ut aut rationem vincat, aut legem. Conſtantinus l. 2. C. h.
2. Leges quoque ipſas antiquitus probata & ſervata tenaciter conſuetudo imitatur & retinet. Leo & Anthemius l. 3. C. h.

Ex Lib. VIII. Tit. LIV. De Donationibus.

1. Nec ignorans, nec invitus quisquam donat. Dioclet. & Maxim. l. 10. C. h.
2. Superfluum eſt privatum teſtimonium, cum publica monumenta ſufficiunt. Zeno l. 1. C. h.

3. In arbitrio cujuscunque eſt hoc facere, instituit. Juſtinianus l. 35. §. ult. C. h.

4. Quid verbis opus eſt, quæ rerum effectu lus ſequitur? Juſtinianus l. ult. C. h.

Ex Lib. VIII. Tit. LVI. De revocan donationibus.

In libertos collata à patronis liberalitas ma obſequium eos inclinare debet, quam ad lentiam erigere. Philippus l. 1. C. h.

Ex Lib. IX. Tit. I. De his, qui accuſar poſſunt.

Vocem funeſtam amputari oportet potius, audiri. Arcad. & Honor. l. pen. C. h.

Ex Lib. IX. Tit. II. De Accuſationib Inſcriptionibus.

1. Finis explicandi negotii in judicis poteſ motu ſitus eſt. Dioclet. & Maximian. C. h.

2. Nemo de proprio crimine confitentem conſcientia ſcrutetur aliena. Honor. & dos. l. ult. C. h.

Ex Lib. IX. Tit. IV. De Cuſtodi reorum.

De his, quos tenet carcer, id aperta definitio cimus, ut aut convictum velox pœna ſub aut liberandos cuſtodia diuturna non ma Gratian. Valent. & Theodoſ. l. 5. C. h.

Ex Lib. IX. Tit. VI. Si reus vel accuſator mortuus fuerit.

Morte homicidæ crimen cum pœna extinguitur. Antoninus l. 3. C. h.

Ex Lib. IX. Tit. VII. Si quis Imperatori maledixerit.

Maledictum eſt, ſi ex infamia, miſeratione digniſſimum, ſi ab injuria, remittendum. Thedoſ. Arcad. & Honor.

Ex Lib. IX. Tit. VIII. Ad Legem Juliam Majeſtatis.

1. Senatus pars corporis imperatorii eſt. Arcad. & Honor. l. 3. C. h.
2. Eadem ſeveritate voluntatem ſceleris, qua effectum puniri jura voluerunt. Arcad. & Honor. l. 5. C. h.
3. In Fliis paterni, hoc eſt, hæreditarii criminis, exempla metuuntur. Arcad. & Honor. l. 5. §. 1. C. h.
4. Hominibus perpetua egeſtate ſordentibus mors ſolatium eſt, & vita ſupplicium. Arcad. & Honor. l. 5. §. 1. C. h.
5. Mitior circa mulieres debet eſſe ſententia, quas pro infirmitate ſexus minus auſuras eſſe confidimus. Arcad. & Honor. l. 5. §. 3. C. h.

Ex Lib. IX. Tit. IX. Ad Legem Julia Adulteriis & ſtupro.

1. Quod legitime eſt factum, nullam pœnar retur. Alexander l. 4. C. h.
2. Nox & dolor juſtus homicidium rel Alexand. d. l. 4. in fin. C. h.
3. Indignum eſt, ut ultionem pudoris pra verſuti juris excludant. Dioclet. & Max l. 28 C. h.
4. Ab his feminis pudicitiæ ratio requiritur juris nexibus detinentur & matris famili men obtinent. Hæ autem immunes à ciaria ſeveritate & ſtupri & adulterii pr tur, quas vitæ utilitas dignas legum ob tiones non reddidit. Conſtantinus l. 29.
5. Maritum genialis thori vindicem eſſe op Conſtantinus l. 30. C. h.

Ex Lib. IX. Tit. XII. Ad Legem Jul de vi publica, l. privata.

1. Succeſſio pro oneribus portionis ſuæ re det. Antoninus l. 2. C. h.
2. Multa facinora ſub uno violentiæ nomin tinentur. Conſtantinus l. 6. C. h.
3. Cauſam dans cædi l. damno, cædem & dar intuliſſe videtur. Alex. d. l. 6. C. h.
4. Crimen non diſſimile eſt rapere, & ei, q puit raptam rem ſcientem delictum ſe Honor. & Theodoſ. l. 9. C. h.

Ex Lib. IX. Tit. XIII. De raptu virginum ſ. viduarum, nec non ſancti-monialium.

Virginitas l. caſtitas corrupta, reſtitui non poſſunt. Juſtinianus l. un. in pr. C. h.

Ex Lib. IX. Tit. XV. De Emendatione Propinquiorum.

Quos ad vitæ decora, domeſticæ laudis exempla non provocant, ſaltem correctionis medicina compellat. Valent. & Valens l. un. C. h.

Ex Lib. IX. Tit. XVI. Ad L. Corneliam de Sicariis.

1. Crimen contrahitur, ſi & voluntas nocendi intercedat. Ceterum, ea, quæ ex improviſo caſu potius, quam fraude accedunt, fato plerumque non noxæ imputantur. Anton. l. 1. C. h.
2. Melius eſt occurrere & mederi, quam injuriæ recepta vindictam perquirere. Gallienus l. 4. C. h.
3. Innocentia purgari crimen, non adulta ætate defendi convenit. Dioclet. & Maximian. l. 6. C. h.

Ex

Ex Lib. IX. Tit. XVIII. De Maleficis & Mathematicis & ceteris similibus.

1. Plus est hominem extinguere veneno, quam occidere gladio. Antonius l. 1. C. h.
2. Culpa similis est tam prohibita discere, quam docere. Valent. & Valens C. h.

Ex Lib. IX. Tit. XXII. Ad L. Corneliam de falsis.

1. Verisimile non est eam, quæ arguitur, non ex fide causam suam defensurum, cum periculum capitis subeat. Antoninus l. 1. C. h.
2. Scripturæ veritas (si res poposcerit) per ipsam debet probari autorem. Constantinus l. 21. C. h.

Ex Lib. XI. Tit. XXVII. Ad L. Juliam repetundarum.

1. Ad honoris insignia non ambitione l. pretio, sed probatæ vitæ testimonio, viri debent promoveri. Theodos. & Valent. l. ult. C. h.
2. Neminem divini timoris contemnendo jusjurandum, arbitramur memorem, ut saluti propriæ ullum commodum anteponat. Theodos. & Valent. l. ult. C. h.

Ex

Ex Lib. IX. Tit. XXIX. De Crimine Sacrilegii.

Diſputare de principali judicio non oportet: Sacrilegii enim inſtar eſt dubitare, an is dignus ſit, quem elegerit. Grat. Valent. & Theodoſ.

Ex Lib. IX. Tit. XXXII. De Crimine expilatæ hereditatis.

Uxor ſocia rei humanæ atque divinæ domus ſuſcipitur. Gordianus l. 4. C. h.

Ex Lib. IX. Tit. XLIII. De generali abolitione.

Indulgentia infamiam criminis non tollit, ſed pœnæ gratiam facit. Valent, Valens & Gratianus l. ult. C. h.

Ex Lib. IX. Tit. XLVI. De Calumniatoribus.

1. Non licet in eo, quod non poteſt oſtendi judicum animos commoveri. Gratian. Valent. & Theodoſ. l. 8. C. h.
2. Calumniantes ad vindictam poſcit ſimilitudo ſupplicii. Honorius & Theodoſ. l. ult. C. h.

Ex Lib. IX. Tit. XLVII. De Pœnis.

Impunitas delicti propter ætatem non datur, ſi modo in ea quis ſit, in quam crimen, quod intenditur, cadere poteſt. Alexander l. 7. C. h.

2. Var-

2. Vanæ voces populi non ſunt audiendæ.
clet. & Maximian. l. 12. C. h.
3. Non remitti pœnam facile, publice inte
ad maleficiam temere quisquam proſiliat
clet. & Maximian. l. 14. C. h.
4. Peccata ſuos teneant autores, nec ulteri
grediatur metus, quam reperiatur del
Arcad. & Honor. l. 22. C. h.

Ex Lib. IX. Tit. LI. De Sententiam & reſtitutis.

Tantum ad reſtitutionem indulgentia valet, tum ad correctionem ſententia valuit, deportationis ipſum per ſe nomen omnium ſpoliatio eſt, ita indulgentiæ r tio bonorum ac dignitatis uno nomine ſorum omnium eſt recuperatio. Conſta l. ult. in fin. C. h.

Ex Lib. X. Tit. XI. De delatoribu

Apertiſſimi juris eſt, quod ex cujusque pa nio ceciderit in caſum, & legibus & re ris ordine fiſci advocatis agentibus vindi Conſtantinus l. 5. C. h.

Ex Lib. X. Tit. XII. De Petitionibus b rum ſublatis.

1. Plerumque in verecunda petentium in ne ita conſtringimur, ut etiam non con da tribuamus. Gratian. Valent. & Th l. 1. C. h.

2.

2. Omne ſemen alienas appetendi fortunas ſtirpitus eruere (princeps) debet. Theodoſ. & Valent. l. 1. C. h.

Ex Lib. X. Tit. XV. De Theſauris.

1. Superfluum eſt, hoc precibus poſtulare, quod jam lege permiſſum. Leo l. un. C. h.
2. Unusquisque ſuis fruatur & non inhiet alienis. Id. l. 1. in fin. C. h.

Ex Lib. X. Tit. XVI. De Annonis & Tributis.

Obſiſtere commodis publicis & ſtatutis neceſſitatibus, non poſſunt privilegia dignitatum. Arcad. & Honor. l. 10. C. h.

Ex Lib. X. Tit. XXXI. De decurionibus & filiis eorum, & qui decuriones habeantur, & quibus modis â fortuna curiæ liberentur.

1. Filios in poteſtate patris poſitos ad munera ſeu honores non poſſe evocari falſo tibi perſuaſum eſt. Dioclet. & Maximian. l. 5. C. h.
2. Nullus qualibet prærogativa fultus à debitis muneribus habeatur immunis. Valens. Valent. & Gratian. l. 28. C. h.
3. Utique unumquemque criminoſum non dignitas debet, ſed pœna comitari. Gratian. Valent. & Theodoſ. l. 38. C. h.

4. Duæ

4. Duæ partes ordinis in urbe positæ totius eu
instar exhibent. Arcad. & Honor. l. 4. 5. C
5. Convenit leges futuris regulas imponere, r
præteritis calumnias excitare. Anastasius l. p
in fin. C. h.
6. Quod summis apicibus dignitatum non est c
cessum, hoc alii sibi vindicare non audea
Justinian. l. ult. in med. C. h.

Ex Lib. X. Tit. XXXIII. De Prædiis dec rionum sine decreto non alienandis.

Infirma est venditio, si legis forma negligat
Valent. Theodos. & Arcad. l. 1. C. h.

Ex Lib. X. Tit. XXXIV. Quando & quib quarta pars debetur ex bonis decurionu & de modo distributionis eorum.

1. Naturale vitium est, negligi quod communi
possidetur, utque se nihil habere, qui non
tum habeat, arbitretur: denique suam quoc
partem corrumpi patiatur, dum invidet alie
Theodos. & Valent. l. 2. C. h.
2. Quid tam durum tamque in humanum e
quam publicatione pompaque rerum famil
rum & paupertatis detegi utilitatem & invic
exponere divitias. Theodos. & Valent. d. l.
in fin.

Ex Lib. X. Tit. XXXV. De imponenda lucrativa deſcriptione.

1. In neceſſariis ſibique conjunctis perſonis ſub liberalitatis appellatione debitum naturale perſolvitur, Theodoſ. & Valent. l. un. in pr. C. h.
2. Nec enim juris optimi eſt, matrimonium, cum tot tantisque ſuis difficultatibus opprimatur, adventitiis etiam cumulare ponderibus. Theodoſ. & Valent. l. un. C. h.

Ex Lib. X. Tit. XXXVIII. De municipibus & originariis.

Origine propria neminem poſſe voluntate ſua eximi, manifeſtum eſt. Dioclet. & Maximian. l. 4. C. h.

Ex Lib. X. Tit. XXXIX. De incolis & ubi quis domicilium habere videtur, & de his, qui ſtudiorum cauſa in aliena civitate degunt.

1. Cives quidem origo, manumiſſio, allectio, l. adoptio incolas, v. domicilium facit. Dioclet. & Maximian. l. 7. C. h.
2. Mulieres honore maritorum erigimus, & genere nobilitamus, & forum ex eorum perſona ſtatuimus, Valent. Theodoſ. & Arcad. l. ult. C. h.

Ex Lib. X. Tit. XLII. Quemadmodu[m] [civi]lia munera inducuntur.

Majoribus honoribus functos ad minores [voca]ri non oportere, rationis est. Dioclet. [& Ma]ximian. l. 2. C. h.

Ex Lib. X. Tit. LII. De Professorib[us &] Medicis.

1. Magistros studiorum, doctoresque ex[cellere] oportet moribus primum, deinde fa[cundia]. Julianus l. 7. C. h.
2. Turpe est, ut patriæ functiones ferre n[on pos]sit, qui etiam fortunæ vim se ferre pro[fitetur]. Valent. & Valens l. 8. C. h.

Ex Lib. X. Tit. LX. De Filiisfamili[as &] quemadmodum pro his pater teneatur.

Consentire etiam is videtur, qui non testi[ficatur] dissentire nominationi. Severus & Ant[oninus] l. 1. C. h.

Ex Lib. X. Tit. LXIV. De Excusation[ibus] artificum.

In discendis artibus otium est accommoda[ndum]. Constantinus l. 1. C. h.

Ex Lib. X. Tit. LXVI. Si propter inimicitias creatio facta sit.

Publicæ utilitatis intereſt, non ex amicitia creationes fieri, ſed æſtimatione vera & commodo reipublicæ. Alexand. l. un. C. h.

Ex Lib. X. Tit. LXIX. De Tabulariis, ſcribis, Logographis & Cenſualibus.

1. Conſenſum non ignorantiam volumus obligari. Arcad. & Honor. l. 3. C. h.
2. Leges inexorabiles. Theodoſ. & Valent. l. ult. C. h.

Ex Lib. XI. Tit. II. De Prædiis & omnibus rebus naviculariorum.

Intercipere contractum emendi vendendique fas prohibet. Valent. Valens & Gratianus. l. 1. C. h.

Ex Lib. XI. Tit. V. De Naufragiis.

In aliena calamitate fiſcus jus non habet, ut de re tam luctuoſa compendium ſectetur. Conſtantinus l. 1. C. h.

Ex Lib. XI. Tit. IX. De Fabricenſibus.

Quod ab uno committitur, id totius delinquitur periculo numeri. Theodoſ. & Valent. l. 5. C. h.

Ex Lib. XI. Tit. XI. Nulli licere frenis.

Pietas mea dona non expetit, neque regi bi offerri à privatis cultum requirit, Le C. h.

Ex Lib. XI. Tit. XVII. De Collegi

Quod in initio diſpoſitionis conſtitutum e poſterum nulla addita novatione ſe Theodoſ. & Valent. l. un. in fin. C. h.

Ex Lib. XI. Tit. XVIII. De ſtudiis ralibus.

Linguarum confuſio permixta, l. locoru & mentes à ſtudio literarum avertit. T & Valent. l. 1. in fin. C. h.

Ex Lib. XI. Tit. XXIX. De Jure publicæ.

Rempublicam, ut pupillam, extra ordine moris eſt. Alexander l. 3. C. h.

Ex Lib. XI. Tit. XXXV. Quo quis dine conveniatur.

Quoties duobus non ſeparatim, ſed pro munus injungitur, unusquisque eor culo ſoliditatis videtur obſtrictus, G l. 2. C. h.

Ex Lib. XI. Tit. XL. De ſpectaculis & ſcenicis & Lenonibus.

Primates viri populi ſtudiis ac voluptatibus grati eſſe cupiunt. Valens. Grat. & Valent. l. 1. C. h.

Ex Lib. XI. Tit. XLV. De Majuma.

In lætitia publica ſervetur honeſtas & verecundia caſtis moribus perſeveret. Arcad. & Honor. l. un. C. h.

Ex Lib. XI. Tit. XLVII. De Agricolis & cenſitis & colonis.

1. Malæ fidei poſſeſſorem eſſe nullus ambigit, qui aliquid contra legum interdicta mercatur. Valent. & Valens l. 7. C. h.
2. Litibus imponenda celeritas. Juſtinian. l. 20. in prin. C. h.
3. Noſtra jura præjudicium generare nulli debent. Juſtinianus, l. 22. in prin. C. h.

Ex Lib. XI. Tit. LII. De Colonis illyricianis.

Ignorantiæ locus non eſt, cum ad criminis rationem ſolum iſtud ſufficit, quod incognitum ſibi tenuit. Valent. Theodoſ. & Arcad. l. un. C. h.

Ex Lib. XI. Tit. LVI. Ut nullus ex vicaneis pro alienis vicaniorum debitis teneatur.

Grave est non solum legibus, verum etiam æquitati naturali contrarium, pro alienis debitis alios molestari. Zeno l. un. C. h.

Ex Lib. XI. Tit. LXIV. De Collatione fundorum patrimonialium & emphiteuticariorum.

Nulla ratione debet quis ad hoc, quod in commune omnibus profuturum est, sejungi. Constantinus l. 1. C. h.

Ex Lib. XI. Tit. LXIX. De diversis prædiis urbanis & rusticis.

Si privati juris debita non patimur denegari, multo magis præbenda sunt civitatibus, quæ jure debentur. Valentinian. l. 5. C. h.

Ex Lib. XI. Tit. LXXI. De Conductoribus & Procuratoribus, sive actoribus prædiorum fiscalium Domus Augustæ.

1. Legibus similiter omne hominum genus tenetur. Theodos. & Valent. l. un. C. h.

2. Gra-

2. Gravior pœna constituenda est in hos, qui nostri juris sunt, & nostra debent custodire mandata. Theodos. & Valent. l. un. in fin. C. h.

Ex Lib. XII. Tit. I. De dignitatibus.

Paternos honores invidere filiis non oportet. Valens. Gratian. & Valent. l. 11. C. h.

Ex Lib. XII. Tit. III. De Consulibus & non spargendis ab his pecuniis.

Repetiti fasces, virtutes sæpe meriti comprobant, non augent; quia nihil altius dignitate. Theodos. & Valent. l. 1. C. h.

Ex Lib. XII. Tit. IV. De præfectis prætorio.

Sedes prior debet esse ante provectis, locus conspectior decernendi loquendique facultas antiquior, cui est splendor adepti magistratus vetustior. Gratian. Valent. & Theodos. l. ult. C. h.

Ex Lib. XII. Tit. V. De Præpositis sacri cubiculi.

Sicut læsis implorandi præsidii facultatem denegari non convenit, ita nec calumniandi viam patimur diutius esse patefactam. Leo l. penult. C. h.

Ex Lib. XII. Tit. XV. De Professoribus qui in urbe constantinopolitana docentes ex lege meruerunt comitivam.

Jurisperiti laudabilem in se probis moribus vitam esse monstrent, & docendi peritiam, facundiam dicendi, interpretandi subtilitatem, copiam differendi habere debent. Theodos. & Valent. l. un. C. h.

Ex Lib. XII. Tit. XVII. De domesticis & protectoribus.

Indignum est, desides a propriis tamdiu muniis aberrantes. (quos esse convenit assiduos) numerari. Theodos. & Valent. l. 3. C. h.

Ex Lib. XII. Tit. XIX. De proximis sacrorum scriniorum.

1. Nemini liceat, cum sit posterior tempore, locum præcedentis ambire. Theodos. & Valent. l. 7. C. h.
2. In controversiis, quas in judiciis moveri contigerit, æqualitatem litigationibus volumus servari, Anastasius l. 12. §. 4. C. h.

E

Ex Lib. XII. Tit. XXXIV. Qui militare possunt.

Non videatur nostra sanctio aliquid habere imperfectum. Justinianus l. 7. C. h.

Ex Lib. XII. Tit. XXXVI. De re militari.

Honoris augmentum non ambitione, sed labore ad unumquemque convenit devenire. Arcad. & Honor. l. 14. C. h.

Ex Lib. XII. Tit. XXXVII. De Castrensi Peculio militum & præfectianorum.

Peregrinationis labor sociatus commilitii ejus & obeundorum munerum consortium affectioni fraternæ non nihil addidisse, quin imo vice mutua cariores invicem sibi eos reddidisse, credendum est. Gordianus l. 4. C. h.

Ex Lib. XII. Tit. XLI. De Metatis & Epidemeticis.

Plenum æquitate atque justitia est, ut qui aut successione fruitur, aut emtione l. extructione gaudet, electam præcipue judicio suam partem teneat & relictam. Arcad. & Honor. l. 2. C. h.

Ex Lib. XII. Tit. XLVII. De Veteranis.

Principis ſalus, populi ſalus. Conſtantinus l. 1. C. h.

Ex Lib. XII. Tit. LXI. De Apparitoribus præfecti annonæ.

Veniam deliquentibus non permittimus, nec indulgentiis crimina ſublevamus. Gratian. Valent. & Theodoſ. l. 6. C. h.

Ex Lib. XII. Tit. LXI. De Executoribus & exactoribus.

Nullam poſſeſſionem alterius pro alienis debitis publicis, l. privatis præcipimus conveniri. Honor. & Theodoſ. l. 4. C. h.

Ex Lib. XII. Tit. LXIII. De Primipilo.

Utilitas publica præferenda eſt privatorum contractibus. Dioclet. & Maximian. l. 3. C. h.

(o)

IV. Novel-

IV.

Novellæ Justiniani.

Axiomata ex Novellis Justiniani.

Ex Collatione I. Nov. I. De Heredibus & Falcidia.

1. Omnibus hominibus terminus vitæ est mors. Nov. h. c. 1. sub fin.
2. Leges neminem in paupertate vivere, nec in anxietate mori, permittunt. Nov. h. in fin. Epilog.

Ex Collat. I. Nov. II. De non eligendo secundo nubentes mulieres.

Mulierem, quæ (inviolatum morientis thorum servat) & miramur pariter & laudamus, & non procul à virginitate ponimus. Nov. h. c. 3. in med.

Ex Collat. I. Nov. III. Ut determinatus sit numerus Clericorum.

1. Pene nihil immensum bonum est, Nov. h. in pr.

2. Eccle-

2. Ecclesia imperii mater. Nov. h. in pr.
3. Ecclesiasticæ expensæ hominibus locupletibus non distribuendæ, ita ut inde inopes necessaria non mereantur. Nov. h. c. 3.
4. Non minor nobis cura esse debet horum, quæ sanctissimis ecclesiis prosunt, quam ipsius animæ. Nov. h. in fin. Epilog.

Ex Collat. I. Nov. V. De Monachis.

1. Humana natura quodammodo labitur ad delicta. Nov. h. c. 3. in fin.
2. Seniorum conversatio juventutis educatio perfecta. Nov. h. c. 3. in fin.

Ex Collat. I. Nov. VI. Quomodo oporteat episcopos &c.

1. Maxima in hominibus sunt dona Dei: Sacerdotium & imperium, illud divinis ministrat, hoc humanis præsidet. Nov. h. in pr.
2. Bene universa geruntur & competenter, si rei principium fiat decens, & amabile Deo. Nov. h. in fin. pr.

Ex Collat. II. Nov. VII. De non alienandis aut permutandis ecclesiasticis rebus immobilibus.

1. Quid est stabile inter homines & ita immobile, ut nullam patiatur mutationem? cum omnis

omnis noster status sub perpetuo motu consistat. Nov. h. c. 2. in pr.

2. Oportet ea, quæ communiter & generaliter in omnium utilitatem sanciuntur, potius valere, quam ea, quæ circa aliquos studentur agi ad corruptionem communium legum. Nov. h. c 9. §. 1.

Ex Collat. II. Nov. VIII. Ut judices sine quoquo suffragio fiant.

Uno principio illico dato plura sequuntur. Nov. h. in pr. §. 1.

Ex Collat. II. Nov. X. De Referendariis Palatii.

Multitudo numerosa nihil habet honestum, quoniam in paucis ex multis, quæ secundum virtutem est, vita salvatur. Nov. h. in pr. §. 1. in fin.

Ex Collat. II. Nov. XII. De incestis & nefariis nuptiis.

Pater licet legum contemptor & impius sit, tamen pater est. Nov. h. c. 2.

Ex Collat. III. Nov. XIV. De Lenonibus.

Castitas etiam sola deo cum fiducia potis est hominum animas præsentare. Nov. h. §. 1.

Ex

Ex Collat. II. Nov. XV. De defensoribus civitatum.

1. Quando quilibet præest melioribus, tanto major ipse & honestior est. Nov. h. in fin. pr.
2. Et maximorum & mediocrium & parvulorum nobis cura est, & nihil est tale, quod â nostra solicitudine removeamus. Nov. h. in pr. Epilog.

Ex Collat. III. Nov. XVIII. De Triente & Semisse.

1. Semper equidem clemens aliquid definimus, sed quia non hoc cum lege agimus, erubescimus. Nov. h. in pr.
2. Plurimæ necessitates circum adsistunt hominibus. Nov. h. c. 1. in med.
3. Nulla maxima cura, per quam semper aliquid adjicit Deus sceptris nostris, extra nos consistit pro (subditorum) solicitudine & providentia. Nov. h. in fin. Epilog.

Ex Collat. IV. Nov. XXII. De Nuptiis.

1. Non erubescimus, si quod melius etiam horum, quæ ipsi prius diximus, adinveniamus, hoc sancire & competentem prioribus imponere correctionem, nec ab aliis expectare corrigi legem. Nov. h. in fin. pr.

2. Nul-

2. Nullus culpabit, quare non futurum sciverunt, & hoc quod videbatur quidem & tractabatur, omnibus modis crediderunt, quod v. nondum factum erat, non formidaverunt. Nov. h. c. 1.
3. Disponat unusquisque super suis ut dignum est, & sit lex ejus voluntas. Nov. h. c. 2. in pr.
4. Nemo ab initio bene natorum ex supplicio debet fieri servus. Nov. h. c. 8.
5. Eorum, quæ in hominibus subsequuntur, quidquid ligatur, solubile est. Nov. h. c. 3.
6. Superveniens servitus non procul à morte differt. Nov. h. c. 9.
7. Communicare delicto pessimum omnium peccatorum est. Nov. h. c. 15.
8. Mors omnia solvit. Nov. h. c. 20.
9. Felix & beatum est utrumque contrahentium perdurare in priori conjugio, & non procreatam sobolem sequentibus matrimoniis forsitan contristare. Nov. h. c. 20.
10. Erubescit lex castigatores filios genitoribus statuere. Nov. h. c. 24.
11. Quod ex lege datum est lucrum, privatus auferre modis omnibus non valebit. Nov. h. c. 33.

Ex Collat. IV. Nov. XXV. De Prætore Lycaoniæ.

Leges etiam in ipsa arma imperium habere volumus. Nov. h. c. 5. in fin.

Ex Collat. IV. Nov. XXVI. De Prætore Thraciæ.

Quanto ipsum altius in sublime evehimus, si probe se gerat: tanto rursum gravioribus eum percellemus pœnis, si quis contra leges deliquerit. Nov. h. c. 4. sub fin.

Ex Collat IV. Nov. XXIX. De Prætore Paphlagoniæ.

Nihil in pravo magnum existere cum a nostris dictum est majoribus, tum nos ex ipsis judicavimus, probavimusque factis. Nov. h. c. pen. sub fin.

Ex Collat. IV. Nov. XXX. De Proconsule Capadociæ.

1. Concordia nihil unquam inter homines præclarius extitit & præstantius. Nov. h. c. 1. in pr.
2. Depauperatio potius est, quam locupletatio; si quis sordidis utendo manibus arbitretur ex eo lucrum facere, quod multifariam postmodum cum in pietate & summo probro restituet. Nov. h. c. 7. in pr.

3. Justi-

3. Justitia nihil inter homines unquam extitit robustius, aut pulchrius, quodve Deum & imperatorem placare conciliareque magis possit. Nov. h. c. 9. sub fin.
4. Non est inhumanitas, sed potius summa quædam humanitas, cum multi paucorum animadversione salvantur. Nov. h. c. 11.

Ex Collat. IV. Nov. XXXII. Ne quis mutuum dans agricolæ terram ejus teneat.

Perperam effuseque posita, si ad competentem perveniant ordinem & belle disponantur, aliæ propemodum res adparent, speciosæ pro turpibus, ornatæ pro incultis, articulatæ distinctæque pro incompositis prius & confusis. Nov. h. in pr.

Ex Collat. IV. Nov. XXXVIII. De Decurionibus & filiis eorum.

Congruens magis est, amplificare rem in paucis corporibus angustatam, quam multitudinem multitudini adjicere. Nov. h. c. 6.

Ex Collat. IV. Nov. XXXIX. De Restitutionibus.

1. Decursio & varietas humanæ naturæ paulatim egens curatione, non aliter ad bene se habendum revocatur, nisi etiam quod particulariter ei resistit, corrigatur. Nov. h in pr.

2. Tempus ferre omnia consuevit. Nov. h. in pr.
3. Nuptiis nihil utilius, tanquam solis facere homines valentibus. Nov. h. in fin. pr.
4. Ea, quæ communiter omnibus prosunt, iis, quæ specialiter quibusdam utilia sunt, præponimus. Nov. h. c. 1. in pr.

Ex Collat. IV. Nov. XLIV. De Tabellionibus.

1. Nihil inter homines sic est indubitatum, ut non possit (licet aliquid sit valde justissimum) tamen suscipere quandam solicitam dubitationem. Nov. h. c. 1.
2. Melius est pauca agere caute, quam multis interesse periculose. Nov. h. c. 1. §. 3. in fin.

Ex Collat. IV. Nov. XLV. Ne Judæi Samaritani &c.

Conversatio nostra recta sit, & plena orthodoxa fide, omni alia hæresi merito constituta sub odio. Nov. h. c. 1. in fin.

Ex Collat. V. Nov. XLVI. De Ecclesiasticarum rerum immobilium alienatione & solutione.

Deus respicit, quæ geruntur ab omnibus, & si quid egerint per dolum aut lucrum aut machinationem, hoc in suis recipient animabus viventes ac morientes. Nov. h. c. 1. in fin.

Ex

Ex Collat. V. Nov. XLVIII. De Jurejurando à moriente præſtito.

Una eſt quodammodo perſona heredis & ejus; qui in eum transmittit hereditatem. Nov. h.

Ex Collat. V. Nov. LVIII. Ut in privatis Domibus Sacra myſteria non fiant.

Veracium ſolummodo amator eſt princeps. Nov. h. in præfat.

Ex Collat. V. Nov. LX. Ut defuncti ſeu funera eorum non injurientur â creditoribus.

Unam eſſe omnium perfectiſſimam virtutem arbitrandum eſt hominibus, quæ jura omnibus diſtribuit, hæc eſt ex cauſæ cognominata juſtitia. Nov. h. in pr.

Ex Collat. VI. Nov. LXXIII. De Inſtrumentorum cautela & fide.

Nihil eſt aliud falſitas, niſi veritatis imitatio. Nov. h. in pr.

Ex Collat. VI. Nov. LXXIV. Quibus modis naturales filii efficiantur legitimi.

Nihil eſt furore amoris vehementius; quem re-

tinere philosophiæ est perfectæ, monentis etiam & insilientem atque inhærentem concupiscentiam, refrænantia. Nov. h. c. 4. in pr.

Ex Collat. VI. Nov. LXXXI. Constitutio quæ dignitatibus &c.

1. Omnis dignitas â curia liberare valens etiam suæ potestatis præmium honoratis præstat. Nov. h. c. 1. §. 1.
2. Dignitas patriam potestatem in favorem, non præjudicium liberorum dignitate exornatorum tollere solet. Nov. h. c. 2.

Ex Collat. VI. Nov. LXXXIV. De Consanguineis & uterinis fratribus.

1. Multis undique natura novitatibus utitur. Nov. h. in pr.
2. Multæ sunt homini & anxietates innumeræ & repentinæ mortes. Nov. h. c. 1. in fin. pr.

Ex Collat. VI. Nov. LXXXVIII. De Deposito.

Omnino oportet non sola delictorum nos contentos esse prohibitione, sed etiam timorem inferre justum transgressoribus, Nov. h. c. 1. in med.

E

Ex Collat. VII. Nov. XC. Quibus modis naturales efficiantur sui.

1. Diffugiendum quidem quod malum est, inveniendum vero undique quod melius est. Nov. h. in præfat.
2. Oportet semper aliquod inchoare bonum, non ea, quæ à quibusdam præexistunt, destruere. Nov. h, c. 7.
3. Liberi per subsequens matrimonium legitimati æquali jure cum liberis ab initio legitime natis utuntur. Nov. h. c. 8.
4. Non erit decens, ut quæ bene exclusa sunt, in rempublicam rursus introducantur. Nov. h. c. 11. §. 2.

Ex Collat. VII. Nov. XCI. De Exactione instante Dotis.

Necessitas inexcusabilis. Nov. h. c. 9.

Ex Collat. VII. Nov. XCIV. Ut sine prohibitione matres debitrices.

1. Multa quilibet cogitans & considerans inveniet. Nov. h. c. 1.
2. Quod raro fit (sicut etiam vetus sapientia docet) non observant Legislatores, sed quod fit plerumque & respiciunt & medentur. Nov. h. c. 2.

Ex Collat. VII. Nov. XCVII. De Æqualita te dotis.

1. Quod factum est infectum manere impossibil est. Nov. h. c. 1.
2. Per omnia justitiam æquitatemque honorar convenit. Nov. h. c. 1.

Ex Collat. VII. Nov. XCVIII. Neque v rum quod ex dote est &c.

Deus est communis omnibus pater. Nov. in fin.

Ex Collat. VII. Nov. XCIX. De reis pro mittendi.

Correi debendi gaudent beneficio divisionis dum modo idonei & præsentes sint. Nov. c. 1.

Ex Collat. VIII. Nov. CV. De Consu- libus.

Imperatori & ipsas Deus leges subjecit, legem nimatam eum mittens hominibus. Nov. h. c. in fin.

Ex Collat. VIII. Nov. CVI. De Usuris nauticis.

Quod longis ita servatum est temporibus & nuit immutabiliter, quomodo non est justu

&

& in aliis omnibus valere, quæ postea erunt? Nov. h. c. 1.

Ex Collat. VIII. Nov. CVII. De Testamentis imperfectis â parentibus in filios factis.

Quid sic proprium est legum, sicut claritas, maxime super defunctorum dispositionibus. Nov. h. c. in pr.

Ex Collat. VIII. Nov. CIX. De privilegiis dotis hereticis mulieribus non præstandis.

1. Unam nobis esse in omni nostræ reipublicæ & imperii vita in Deo spem credimus, scientes; quia hæc nobis & animæ & imperii dat salutem, unde & legislationes nostras inde pendere competit, & in eam respicere & hoc eis principium esse & medium & terminum. Nov. h. in præfat.
2. Non est justum æqualibus cum orthodoxis hereticos dignos fieri privilegiis. Nov. h. c. 1.

Ex Collat. VIII. Nov. CXI. Hæc Constitutio innovat constitutionem.

Quod medicamenta morbis, hoc exhibent jura negotiis, unde consequitur, ut nonnunquam à judicio discordet effectus & quod credebat conjectura prodesse, experimento inveniatur utile. Nov. h. in præfat.

Ex Collat. VIII. Nov. CXIII. In medio litis non fieri sacras formas.

Quod in legum positum est potestate, non egebit aliqua extrinsecus dispositione. Nov. h. c. 1.

Ex Collat. VIII. Nov. CXV. Ut eum de appellatione cognoscitur &c.

1. Si pro causis corporalibus cogitamus, quanto magis pro animarum salute providentia est nostræ solicitudinis adhibenda? Nov. h. c. 3. sub fin.
2. Considerare debent parentes, quia & ipsi filii fuerint, & eadem à suis parentibus speraverint, & similiter, qui nunc filii sunt, debent studere parentum animos sanare, quia & ipsi parentes fieri desiderant & à suis filiis optant honorari. Nov. h. c. 5. in pr.

Ex Collat. VIII. Nov. CXVII. Ut liceat matri & Aviæ &c.

Quis enim ibi delinquit, ubi salutem petat? Nov. h c. 15. in fin.

Ex Collat. IX. Nov. CXVIII. De heredibus ab intestato venientibus.

In linea descendente jus repræsentationis obtinet in infinitum. Nov. h. c. 1.

Ex Collat. IX. Nov. CXXVII. Ut fratrum filii succedant paternæ hæreditati &c.

In delicto æquali similes eis imponere pœnas justum esse putamus. Nov. h. c. ult.

Ex Collat. IX. Nov. CXXIX. De Samaritis.

Nullum ita magnum subjectorum delictum est, quod non clementia principis medeatur. Nov. h. in præfat.

Ex Collat. IX. Nov. CXXXII. De Interdictis collegiis hæreticorum.

Primum esse & maximum bonum omnibus hominibus credimus veræ & immaculatæ Christianorum fidei rectam confessionem. Nov. h. in pr.

Ex Collat. IX. Nov. CXXXIII. Quomodo oporteat monachos vivere.

1. Nihil sine via ad quæstionem est imperio, i. e. nihil quidquam est, de quo princeps non sit solicitus. Nov. h. in præfat.
2. Neque enim viros mulierum studia decent, neque rursus virilia mulierum collegiis conveniunt. Nov. h. c. 3.

3. Multa ſunt humana, & nullus poteſt naturam ſic retinere, ut non peccet nihil, hoc enim proprium eſt ſolum Dei. Nov. h. c. 5.

4. Mens fruſtra vacans, nihil bonorum parit. Nov. h. c. ult.

Ex Collat. IX. Nov. CXXXIV. Ut nulli judicum liceat habere loci ſervatorem &c.

1. Male adinventa, malæque conſuetudines, neque ex longo tempore, neque ex longa conſuetudine confirmantur. Nov. h. c. 1.

2. Oportet nos humani generis infirmitatem protegere. Nov. h. c. 13.

Ex Collat. IX. Tit. CXXXVI. De argentariorum contractibus.

Unicuique integrum eſt, his, quæ ipſi a lege data & conceſſa ſunt, renunciare. Nov. h. c. 1.

Ex Collat. IX. Nov. CXL. Ut conſenſu matrimonium ſolvi poteſt.

1. Nihil in rebus mortalium proinde venerandum eſt, atque matrimonium; quippe ex quo liberi, omniſque deinceps ſobolis ſeries exiſtat, quod regiones atque civitates frequentes reddat; unde denique optimæ reipublicæ coagmentatio fiat. Nov. h. in præfat.

2. Eos,

2. Eos, qui violento affectu odioque semel correpti fuerint, perquam est difficile sanare. Nov. h. in fin. præfat.

Ex Collat. IX. Nov. CXLIII. De muliere raptum passa.

Legis interpretationem culmini tantum principali competere, nemini venit in dubium, cum promulgandæ quoque legis autoritatem fortunæ sibi vindicet eminentia. Nov. h. in præfat.

Ex Collat. IX. Nov. CXLVIII. De Reliquis publicis non exigendis.

Nullus misericordiam petens sine actu à facie principis recedere debet. Nov. h. in præfat.

Ex Collat. IX. Nov. CXLIX. Ut dei amantissimum Episcopum &c.

1. Judex in leges oculos conjiciat, quibuscunque litigatoribus æqualitatem atque justitiam tribuat, &, ne sumtibus ac longinquitate temporis atterantur, cito illos dirimat. Nov. h. c. 1.
2. Subditi ex legibus nihil detrimenti capiant. Nov. h. c. 2.

V. De-

V.

Decretales.

Axiomata ex Decretalibus.

Ex Lib. I. Tit. III. De Reſcriptis.

1. In reſcriptis jure canonico ſubintelligenda eſt conditio, ſi preces veritate nitantur, etiam ſi non adponatur. Alexander III. c. 2. X. h.
2. Generali reſcripto per ſpeciale derogatur. Innocentius III. c. 14. X. h.
3. Proceſſus judicis delegati contra mandati formam ſuſceptus, irritus & inanis eſt. Id. c. 22. X. h.

Ex Lib. I. Tit. IV. De Conſuetudine.

Naturali juri conſuetudine derogari non poteſt. Gregorius IX. c. fin. X. h.

Ex Lib. I. Tit. VI. De Electione & electi poteſtate.

Pro his, quæ à judice ſunt acta, præſumitur, quod omnia rite fuerint celebrata. Innocentius III. c. 23. X. h.

Ex

Ex Lib. I. Tit. XXIX. De Officio & poteſtate judicis delegati.

Is, cui cauſa committitur, ſuper omnibus, quæ ad cauſam ipſam ſpectare noſcuntur, plenariam recipit poteſtatnm. Alexand. III. c. 5. X. h.

Ex Lib. I. Tit. XXXVIII. De Procuratoribus.

Dato poſteriore procuratore, prioris procuratio revocata cenſetur. Gregorius IX. c. 14. X. h.

Ex Lib. I. Tit. XLIII. De Arbitris.

1. Procuratori ad litem ſine ſpeciali mandato compromittere non licet. Innocentius III. c. 9. X. h.
2. Compromiſſum non extenditur in compromittentis heredes, ſi de ipſis non caveat per idem. Gregorius IX. c. fin. X. h.

Ex Lib. II. Tit. I. De Judiciis.

Judæos propria culpa ſubmiſit perpetuæ ſervituti. Innocentius III. c. 13. X. h.

Ex Lib. II. Tit. V. De Litis conteſtatione.

Proceſſus, in quo omiſſa eſt litis conteſtatio, irritus declarandus eſt. Alexand. III. c. 5. X. h.

Ex Lib. II. Tit. X. De Ordine Cognitionum.

Spoliatori ſpoliatus ante reſtitutionem non cogitur ullatenus reſpondere, Innocentius III. c. 2. X. h.

Ex Lib. II. Tit. XIX. De Probationibus.

1. Duo ſimul eandem rem & eodem modo in ſolidum poſſidere non poſſunt. Innocentius III. c. 9. X. h.
2. Nimis indignum eſt, ut quod ſua quisque voce dilucide proteſtatus eſt, in eundem caſum proprio valeat teſtimonio infirmare. Id. c. 10. X. h.

Ex Lib. II. Tit. XXIII. De Præſumtionibus.

Ex transacta vita diſcimus, quod de ſubſequenti præſumamus. Gregorius c. 6. X. h.

Ex Lib. II. Tit. XXIV. De Jure jurando.

1. In juramento debet intelligi jus ſuperioris exceptum, Innocentius III. c. 19. X. h.
2. Juramentum eſt ſtrictiſſime interpretandum; nec ultra intentionem jurantis extendendum. Id. c. 25. X. h.

3. In-

3. Interdum cauſa matrimonium contractum non dirimit, quæ impedit contrahendum. Id. eod. X. h.
4. Jurandum eſt in veritate, cum judicio & Juſtitia. Id. c. 26. X. h.
5. Adjuramentum non debet quemquam ſpontanea voluntas inducere, ſed neceſſitas trahere importuna. Id. eod. X. h.
6. Servandum eſt jusjurandum, cum in alterius præjudicium non redundat nec obſervatum vergit in præjudicium ſalutis æternæ. Id. c. 28. X. h.

Ex Lib. II. Tit. XXV. De Exceptionibus.

1. Exceptio illatoria poſt litem conteſtatam non admittitur, niſi de novo exorta fuerit, velis, qui voluerit eam opponere, fidem fecerit juramento ſe poſtmodum ad illius notitiam perveniſſe. Celeſtinus III. c. 4. X. h.
2. Exceptionem objiciens de intentione partis adverſæ non intelligitur fuiſſe confeſſus. Id. c. 6. X. h.

Ex Lib. II. Tit. XXVII. De ſententia & re judicata.

Exceptiones dilatorias ante litis conteſtationem non opponens ſubeundo judicium iisdem renunciaſſe videtur. Innocentius III. c. 20. X. h.

Ex Lib. II. Tit. XXVIII. De Appellationibus, Recuſationibus & Relationibus.

Appellationis remedium non eſt ad defenſionem iniquitatis, ſed ad præſidium innocentiæ inſtitutum. Innocentius III. c. 61. X. h.

Ex Lib. III. Tit. VI. De Clerico ægrotante.

Afflicto non eſt addenda afflictio. Innocentius III. c. 5. X. h.

Ex Lib. III. Tit. XXIV. De Donationibus.

Epiſcopus & quilibet Prælatus eccleſiaſticarum rerum eſt procurator & non dominus conditionem eccleſiæ meliorem reddere poteſt, facere vero deteriorem non debet. Alexand. III. c. 2. X. h.

Ex Lib. III. Tit. XXXIII. De Converſione infidelium.

Infans ante partum matri eſt oneroſus, in partu doloroſus, poſt partum laborioſus. Gregorius IX. c. fin. X. h.

Ex

Ex Lib. IV. Tit. I. De Sponſalibus & Matrimoniis.

1. Nemo cogendus, ut eam in uxorem ducat, quam odio habet. Innocentius III. c. 2. X. h.
2. Cum libera debeant eſſe matrimonia, monenda ſunt potius, quam cogenda, cum coactiones difficiles ſoleant exitus frequenter habere. Lucius III. c. 17. X. h.
3. Is, qui fidem dedit mulieri de matrimonio contrahendo carnali copula ſubſecuta matrimonium cum eadem conſumaſſe, præſumitur. Gregorius IX. c. 30. X. h.

Ex Lib. IV. Tit. II. De Deſponſatione impuberum.

In impuberibus nonnunquam malitia ſupplet ætatem. Alexander III. c. 9. X. h.

Ex Lib. IV. Tit. XIIII. De eo, qui cognovit conſanguineam uxoris ſuæ vel ſponſæ.

Adulterium uxori non poteſt objicere, qui eam adulterandam tradidit. Innocentius III. c. 6.

Ex Lib. IV. Tit. XIV. De Conſanguinitate & affinitate.

Inter conſanguineos uxoris & viri nulla affinitas eſt. Innocentius III. c. 5. X. h.

pientis qualitas, quantitas muneris & donationis tempus. Alexand. III. c. 18. X. h.

Ex Lib. V. Tit. XVII. De Raptoribus, Incendiariis & violatoribus Ecclesiarum.

Vindicta sanguinis non competit ecclesiæ, sed seculari reservatur potestati. Alexander III. c. 4. X. h.

Ex Lib. V. Tit. XXXII. De novi operis nunciatione.

1. Sicuti leges non dedignantur sacros canones imitari, ita & sacrorum statuta canonum principum constitutionibus adjuvantur. Lucius III. c. 1. X. h.
2. Inter jus canonicum & civile in dubio non est statuenda differentia. Id. eod. X. h.

Ex Lib. V. Tit. XXXIII. De Privilegiis & Excessibus privilegiatorum.

Privilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. Innocentius III. c. 24. X. h.

Ex Lib. V. Tit. XLI. De Regulis juris in sexto.

1. Possessor malæ fidei ullo tempore non præscribit. Bonifacius VIII. c. 2. X. h.
2. Sine possessione præscriptio non procedit. Id. c. 3. X. h.

3. Nemo poteſt ad impoſſibile obligari. Id. c. 6. h.
4. Privilegium perſonale perſonam ſequitur & extinguitur cum perſona. Id. c. 7. h.
5. Semel malus, ſemper præſumitur eſſe malus. Id. c. 8. h.
6. Ratum quis habere non poteſt, quod ipſius nomine non eſt geſtum. Id. c. 9. h.
7. Cum ſunt partium jura obſcura, reo favendum eſt potius quam actori. Id. c. 11. h.
8. In judiciis non eſt acceptio perſonarum habenda. Id. c. 12. h.
9. Ignorantia facti, non juris excuſat. Id. c. 13. h.
10. Odio reſtringi & favores convenit ampliari. Id. c. 15. h.
11. Decet conceſſum à principe beneficium eſſe manſurum. Id. c. 16. h.
12. Indultum à jure beneficium non eſt alicui auferendum. Id. c. 17. h.
13. Non firmatur tractu temporis, quod de jure ab initio non ſubſiſtit. Id. c. 18. h.
14. Non eſt ſine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, ſe immiſcet. Id. c. 19. h.
15. Nullus pluribus uti defenſionibus prohibetur. Id. c. 20. h.
16. Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt. Id. c. 21. h.
17. Non debet aliquis alterius odio prægravari. Id. c. 22. h.
18. Sine culpa niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus. Id. c. 23. h.
19. Mora ſua cuilibet eſt nociva. Id. c. 25. h.

20. Scienti & consentienti non fit injuria neque dolus. Id. c. 27. h.
21. Quæ à jure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda. Id. c. 28. h.
22. Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. Id. c. 29. h.
In obscuris minimum est sequendum. Id. c. 30. h.
23. Eum, qui certus est, certiorari ulterius non oportet. Id. c. 31. h.
24. Non licet actori, quod reo licitum non existit. Id. 32. h.
25. Mutare consilium quis non potest in alterius detrimentum. Id. c. 33. h.
26. Generi per speciem derogatur. Id. c. 34. h.
27. Plus semper in se continet, quod est minus. Id. c. 35. h.
28. Pro possessore habetur, qui dolo desiit possidere. Id. c. 36. h.
29. Utile non debet per inutile vitiari. Id. c. 37. h.
30. Ex eo non debet quis fructum consequi, quod nisus extitit impugnare. Id. c. 38. h.
31. Cum quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ sequuntur ex in illo. Id. c. 39. h.
32. Pluralis locutio duorum numero est contenta. Id. c. 40. h.
33. Accessorium naturam sequi congruit principalis. Id. c. 42. h.
34. Qui tacet, consentire videtur. Id. c. 43. h.
35. Inspicimus in obscuris quod est verisimilius, l. quod plerumque fieri consuevit. Id. c. 45. h.
36. Is, qui in jus succedit alterius, eo jure, quo ille uti debebit. Id. c. 46. h.

37. Præsumitur ignorantia ubi scientia non probatur. Id. c. 47. h.

38. Locupletari non debet aliquis cum alterius injuria vel jactura. Id. c. 48. h.

39. In pœnis benignior est interpretatio facienda. Id. c. 49. h.

40. Actus legitimi conditionem non recipiunt neque diem. Id. c. 50. h.

41. Semel Deo dicatum non est ad usus humanos ulterius transferendum. Id. c. 51. h.

42. Non præstat impedimentum quod de jure non sortitur effectum. Id. c. 52.

43. Cui licet, quod est plus, licet utique, quod est minus. Id. c. 53. h.

44. Qui prior est tempore, potior est jure. Id. c. 54. h.

45. Qui sentit onus, sentire debet commodum & contra. Id. c. 55. h.

46. In re communi potior est conditio prohibentis. Id. c. 56. h.

47. Contra eum qui legem dicere potuit apertius est interpretatio facienda. Id. c. 57. h.

48. Non est obligatorium contra bonos mores præstitum juramentum. Id. c. 58. h.

49. Dolo facit, qui petit, quod restituere oportet eundem. Id. c. 59. h.

50 Non est in mora, qui potest exceptione legitima se tueri. Id. c. 60.

51. Quod ob gratiam alicujus conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum. Id. c. 61. h.

52. Nul-

52. Nullus ex consilio, dummodo fraudulendum non fuerit, obligatur. Id. 61. h.

53. Exceptionem objiciens, non videtur de intentione adversarii confiteri. Id. c. 63. h.

54. Quæ contra jus fiunt, debent utique pro infectis haberi. Id. c. 64. h.

55. In pari delicto vel causa potior est conditio possidentis. Id. c. 65.

56. Cum non stat per eum, ad quem pertinet, quo minus conditio impleatur, haberi debet perinde ac si impleta fuisset. Id. c. 66. h.

57. Quod alicui suo non licet nomine, nec alieno licebit. Id. c. 67. h.

58. Potest quis per alium, quod potest facere per ipsum. Id. c. 68. h.

59. In malis promissis fidem non expedit observari. Id. c. 69. h.

60. In alternativis debitoris est electio, & sufficialterum adimpleri. Id. c. 70. h.

61. Qui ad agendum admittitur, est ad excipiendum multo magis admittendus. Id. c. 71. h.

62. Qui facit per alium, est perinde ac si faciat per se ipsum. Id. c. 72. h.

63. Quod alicui gratiose conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum. Id. c. 74. h.

64. Delictum personæ non debet in detrimentum ecclesiæ redundare. Id. c. 76. h.

65. Rationi congruit, ut succedat in onere, cui substituitur in honore. Id. c. 77. h.

66. In

66. In argumentum trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa. Id. c. 78. h.

67. Nemo potest plus juris transferre in alium, quam sibi competere dignoscatur. Id. c. 79. h.

68. In toto partem, non est dubium, contineri. Id. c. 80. h.

69. In generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus. Id. c. 81. h.

70. Qui contra jura mercatur, bonam fidem præsumitur non habere. Id. c. 82. h.

71. Bona fides non patitur, ut semel exactum iterum exigatur. Id. c. 83. h.

72. Cum quid una via prohibetur, alicui ad id alia non debet admitti. Id. c. 84. h.

73. Contractus ex conventione legem accipere dignoscuntur. Id. c. 85. h.

74. Damnum quod quis sua culpa sentit, sibi debet, non aliis imputare. Id. c. 86.

75. Infamibus portæ non pateant dignitatum. Id. c. 87. h.

CORPORIS JURIS PORTATILIS,

Difcentium memoriæ ac ufui accommodati,

PARS TERTIA

tradit

Delineationem

UNIVERSI JURIS CIVILIS PRIVATI Romano - Germanici,

qua

Secundum feriem ipfarum materiarum Inftitutionum, quantum fieri potuit, leges Romanæ cum principiis naturalibus ac moribus Germaniæ conferuntur & ab invicem diftinguuntur.

Ordine ac Dispositione, (Distinctione) nihil pulchrius est, l. ad usum accommodatius. Socrates apud Xenoph. Lib. V. de D. S.

PARS
PRÆLIMINARIS.
CONSPECTUS.

I. De Hiſtoria, Libris & Autoritate librorum Juris.

II. De Juſtitia, Jurisprudentia, & Jure generatim.

III. De Interpretatione Juris, ejusdemque Fontibus & Regulis, nec non de Æquitate.

Delineatio Juris Universi Civilis Privati Romano-Germanici.

Partis Præliminaris

Caput I.

De Historia, Libris & Autoritate librorum Juris.

Contenta.

I. Historia Juris.
II. Libri Juris.
III. Autoritas librorum Juris.

Capitis Primi *Sect. I.* De Historia Juris.

Historia Juris.

Vid. 1.) Procemium Institutionum. 2.) Lib. I. Tit. II. P. de Origine Juris.

SUMMARIA.

I. Historia Juris generatim.
II. Historia Juris Civilis.
III. Historia Juris Canonici.
IV. Historia Juris Germanici, hodierni scripti l. non scripti.

 §. I. Qui-

§. 1.

Generatim. Quilibet Jurisprudentiæ Studiosus hæc præliminaria nosse tenetur.

§. 2.

Primo recensenda venit origo Juris.

§. 3.

Quæ est l. naturalis s. interna l. civilis s. historica. Hoc loco præsertim de origine Juris historica est sermo.

§. 4.

Est autem historia Juris narratio, qua ejusdem ortus, progressus ac incrementa recensentur.

§. 5.

Hæc dividitur in historiam Juris Civilis, Canonici, Germanici antiqui & hodierni scripti l. non scripti.

§. 6.

Civilis. Historia Juris Civilis est narratio eorum, quæ variis temporum intervallis circa hoc evenerunt.

§. 7.

Ratione temporis est l. Pro-Justinianea, Justinianea l. Post-Justinianea.

§. 8.

Ante-Justinianea. Pro-Justinianea historia J. C. exhibet ejusdem statum ab urbe condita usque ad tempora

pora Imperatoris Juſtiniani, juxta ſtatum imperii, prout ille l. regius, l. popularis l. imperatorius erat.

§. 9.

Ab initio civitatis populus Romanus ſine certa lege egit, & omnia manu regia gubernabantur. vid. Pomponius l. 2. §. 1. P. h. In ſtatu regio.

§. 10.

Unde proveniebant leges regiæ, ex quibus tamen vix aliquid, præter nomen eſt reliquum. vid. Marcellus l. 2. P. de Mort inf.

§. 11.

Nam ejectis regibus, exoleverunt etiam eorundem leges & ſequebatur ſtatus popularis.

§. 12.

Hæ leges dicebantur ab earundem collectore, Sexto Papirio, Jus Civile Papirianum. vid. Pomponius l. 2. §. 2. P. h.

§. 13.

Hic ſtatus autem popularis a. u. c. 245. ante C. N. 500. prodibat. In ſtatu populari.

§. 14.

In hoc ab initio populus etiam aliquod tempus incerto magis jure & conſuetudine, quam legibus certis regebatur. Pomponius l. 2. §. 3. P. h.

§. 15.

Tandem in Græciam legati sunt missi, ut ibidem leges peterent, unde leges, primo decem, mox additis duabus, duodecim Tabularum originem traxerunt.

§. 16.

Ex harum obscuritate brevitateque interpretatio & responsa prudentum profluxerunt, quæ deinceps nomine Juris recepti & Civilis sustinebantur. vid. Papinianus l. 8. P. Depos. & contr. Pomponius l. 2. §. 8. P. h.

§. 17.

Hisce accesserunt legis actiones s. formulæ negotiorum civilium. vid. Ulpianus l. 3. P. de Offic. Proconf.

§. 18.

Hæ aliquandiu sub nomine Juris Flaviani & Æliani, a Cneo Flavio & Sexto Ælio, collectoribus, observabantur. vid. l. 1. C. de form. & impetr. subl.

§. 19.

Porro etiam latæ sunt leges in comitiis centuriatis, ex quibus tamen perpaucum reliquum habemus. vid. §. 4. J. de J. N. G. & C.

§. 20.

Has sequebantur plebiscita. l. 2. §. 8. P. h.

§. 21. Cum

§. 21.

Cum vero patres edictis Prætorum jus civile explicantibus, & corrigentibus, sub specie publicæ utilitatis potestatem suam evehere studerent, senatusconsulta quoque legislatoriam potestatem involvebant. l. 7. P. de J. & J.

§. 22.

In statu autem monarchico, constituto principe, ipsi jus dabatur, ut, quod constituisset, ratum esset. Pomponius l. 2. §. 11. P. h. Ulpianus l. 1. P. de Const. Princip. In statu monarchico.

§. 23.

Exinde veniebant constitutiones Principum, quibus hoc jus fuit auctum.

§. 24.

Jussu demum Hadriani, studio Salvii Juliani, edicta omnia sub titulo edicti perpetui in compendium redigebantur. vid. l. 2. §. 18. de Vet. Jur. enucleand.

§. 25.

Post hoc principales constitutiones in Codice Hermogeniano, Gregoriano & Theodosiano colligebantur & per hoc magis auctum est jus, sed aucta quoque ejusdem incertitudo.

§. 26.

Hæc est historia Juris Civilis Pro-Justinianea, sequitur Justinianea. Justinianea.

§. 27.

Quæ sistit statum Juris Civilis sub imperio Imperatoris Justiniani.

§. 28.

Flavius Justinianus Imperator immensa hæc Juris Civilis volumina, hactenus edita, in ordinem redegit.

§. 29.

Primum ex Codicibus antea dictis, Hermogeniano, Theodosiano, & Gregoriano Codex ejusdem, Justinianeus dictus opera decem virorum Anno 528. Idibus Febr. (d. 13. Febr.) edebatur, & Anno 529. d. 7. April. confirmabatur. vid. Const. hæc, quæ de novo Codice faciend.

§. 30.

Deinde compositæ sunt Pandectæ opera Triboniani & Sociorum ex veterum, maxime probatorum Jurisconsultorum libris ad ordinem perpetui edicti. vid. §. 5. de Const. P. l. 2. de St. H.

§. 31.

Pandectis ad finem perductis successit compositio Institutionum per Tribonianum, Theophilum & Dorotheum. §. 3. Procem.

§. 32.

Harum promulgatio autem facta est Anno 533. & quidem Pandectarum Mens. Decembr. Insti-

Institutionum autem Mens. Novembr. vid. §. 2. Procem. l. 2. C. de Vet. Jur. enucleand.

§. 33.

Præterea Anno 534. edidit Codicem repetitæ prælectionis, variis constitutionibus & 50. decisionibus auctum, priori abolito. vid. tit. de emend. Cod. Just. ubi rationes hujus abrogationis leguntur.

§. 34.

Denique hisce juribus pro re nata accesserunt Novellæ, quæ ad jus prius l. confirmandum, l. supplendum l. corrigendum a Justiniano latæ & sine solenni publicatione promulgatæ sunt.

§. 35.

Ex hisce libris sequiori tempore Corpus Juris, ut jam vocamus, est consarcinatum.

§. 36.

Ita se habebat Jus Civile tempore Imperatoris Justiniani, succedit Historia Post-Justinianea. Post-Justinianea.

§. 37.

Hæc exponit fata Juris Civilis, quæ post Justiniani obitum tam in Oriente, quam in Occidente est expertum.

§. 38.

In Oriente Jus Justinianeum non tantum propter recedentem pedetentim linguæ latinæ usum,

66. In argumentum trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa. Id. c. 78. h.

67. Nemo potest plus juris transferre in alium, quam sibi competere dignoscatur. Id. c. 79. h.

68. In toto partem, non est dubium, contineri. Id. c. 80. h.

69. In generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus. Id. c. 81. h.

70. Qui contra jura mercatur, bonam fidem præsumitur non habere. Id. c. 82. h.

71. Bona fides non patitur, ut semel exactum iterum exigatur. Id. c. 83. h.

72. Cum quid una via prohibetur, alicui ad id alia non debet admitti. Id. c. 84. h.

73. Contractus ex conventione legem accipere dignoscuntur. Id. c. 85. h.

74. Damnum quod quis sua culpa sentit, sibi debet, non aliis imputare. Id. c. 86.

75. Infamibus portæ non pateant dignitatum. Id. c. 87. h.

CORPORIS JURIS PORTATILIS,

Diſcentium memoriæ ac uſui accommodati,

PARS TERTIA

tradit

Delineationem

UNIVERSI JURIS CIVILIS PRIVATI Romano-Germanici,

qua

Secundum ſeriem ipſarum materiarum Inſtitutionum, quantum fieri potuit, leges Romanæ cum principiis naturalibus ac moribus Germaniæ conferuntur & ab invicem diſtinguuntur.

Ordine ac Dispositione, (Distin-
ctione) nihil pulchrius est, l. ad
usum accommodatius. Socra-
tes apud Xenoph. Lib. V. de
D. S.

PARS
PRÆLIMINARIS.
CONSPECTUS.

I. De Hiſtoria, Libris & Autoritate librorum Juris.

II. De Juſtitia, Jurisprudentia, & Jure generatim.

III. De Interpretatione Juris, ejusdemque Fontibus & Regulis, nec non de Æquitate.

Delineatio Juris Universi
Civilis Privati
Romano-Germanici.
Partis Præliminaris
Caput I.
De Hiſtoria, Libris & Autoritate librorum Juris.

Contenta.

I. Hiſtoria Juris.
II. Libri Juris.
III. Autoritas librorum Juris.

Capitis Primi
Sect. I.

Hiſtoria Juris.

De Hiſtoria Juris.

Vid. 1.) Procœmium Inſtitutionum. 2.) Lib. I. Tit. II. P. de Origine Juris.

SUMMARIA.

I. Hiſtoria Juris generatim.
II. Hiſtoria Juris Civilis.
III. Hiſtoria Juris Canonici.
IV. Hiſtoria Juris Germanici, hodierni ſcripti l. non ſcripti.

§. 1.

Generatim. Quilibet Jurisprudentiæ Studiosus hæ praeliminaria nosse tenetur.

§. 2.

Primo recensenda venit origo Juris.

§. 3.

Quæ est l. naturalis s. interna l. civilis s historica. Hoc loco præsertim de origine Juris historica est sermo.

§. 4.

Est autem historia Juris narratio, qua ejusdem ortus, progressus ac incrementa recensentur.

§. 5.

Hæc dividitur in historiam Juris Civilis Canonici, Germanici antiqui & hodierni scripti l. non scripti.

§. 6.

Civilis. Historia Juris Civilis est narratio eorum quæ variis temporum intervallis circa hoc evenerunt.

§. 7.

Ratione temporis est l. Pro-Justinianea, Just-nianea l. Post-Justinianea.

§. 8.

Ante-Justinianea. Pro-Justinianea historia J. C. exhibet ejusdem statum ab urbe condita usque ad ter po

pora Imperatoris Justiniani, juxta statum imperii, prout ille l. regius, l. popularis l. imperatorius erat.

§. 9.

Ab initio civitatis populus Romanus sine certa lege egit, & omnia manu regia gubernabantur. vid. Pomponius l. 2. §. 1. P. h. In statu regio.

§. 10.

Unde proveniebant leges regiæ, ex quibus tamen vix aliquid, præter nomen est reliquum. vid. Marcellus l. 2. P. de Mort inf.

§. 11.

Nam ejectis regibus, exoleverunt etiam eorundem leges & sequebatur status popularis.

§. 12.

Hæ leges dicebantur ab earundem collectore, Sexto Papirio, Jus Civile Papirianum. vid. Pomponius l. 2. §. 2. P. h.

§. 13.

Hic status autem popularis a. u. c. 245. ante C. N. 500. prodibat. In statu populari.

§. 14.

In hoc ab initio populus etiam aliquod tempus incerto magis jure & consuetudine, quam legibus certis regebatur. Pomponius l. 2. §. 3. P. h.

§. 15.

Tandem in Græciam legati ſunt miſſi, ut ibidem leges peterent, unde leges, primo decem, mox additis duabus, duodecim Tabularum originem traxerunt.

§. 16.

Ex harum obſcuritate brevitateque interpretatio & reſponſa prudentum profluxerunt, quæ deinceps nomine Juris recepti & Civilis ſuſtinebantur. vid. Papinianus l. 8. P. Depoſ. & contr. Pomponius l. 2. §. 8. P. h.

§. 17.

Hiſce acceſſerunt legis actiones ſ. formulæ negotiorum civilium. vid. Ulpianus l. 3. P. de Offic. Proconſ.

§. 18.

Hæ aliquandiu ſub nomine Juris Flaviani & Æliani, a Cneo Flavio & Sexto Ælio, collectoribus, obſervabantur. vid. l. 1. C. de form. & impetr. ſubl.

§. 19.

Porro etiam latæ ſunt leges in comitiis centuriatis, ex quibus tamen perpaucum reliquum habemus. vid. §. 4. J. de J. N. G. & C.

§. 20.

Has ſequebantur plebiſcita. l. 2. §. 8. P. h.

§. 21. Cum

§. 21.

Cum vero patres edictis Prætorum jus civile explicantibus, & corrigentibus, sub specie publicæ utilitatis potestatem suam evehere studerent, senatusconsulta quoque legislatoriam potestatem involvebant. l. 7. P. de J. & J.

§. 22.

In statu autem monarchico, constituto principe, ipsi jus dabatur, ut, quod constituisset, ratum esset. Pomponius l. 2. §. 11. P. h. Ulpianus l. 1. P. de Const. Princip. **In statu monarchico.**

§. 23.

Exinde veniebant constitutionesPrincipum, quibus hoc jus fuit auctum.

§. 24.

Jussu demum Hadriani, studio Salvii Juliani, edicta omnia sub titulo edicti perpetui in compendium redigebantur. vid. l. 2. §. 18. de Vet. Jur. enucleand.

§. 25.

Post hoc principales constitutiones in Codice Hermogeniano, Gregoriano & Theodosiano colligebantur& per hoc magis auctum est jus, sed aucta quoque ejusdem incertitudo.

§. 26.

Hæc est historia Juris Civilis Pro-Justinianea, sequitur Justinianea. **Justinianea.**

§. 27.

Quæ ſiſtit ſtatum Juris Civilis ſub imperio Imperatoris Juſtiniani.

§. 28.

Flavius Juſtinianus Imperator immenſa hæc Juris Civilis volumina, hactenus edita, in ordinem redegit.

§. 29.

Primum ex Codicibus antea dictis, Hermogeniano, Theodoſiano, & Gregoriano Codex ejusdem, Juſtinianeus dictus opera decem virorum Anno 528. Idibus Febr. (d. 13. Febr.) edebatur, & Anno 529. d. 7. April. confirmabatur. vid. Conſt. hæc, quæ de novo Codice faciend.

§. 30.

Deinde compoſitæ ſunt Pandectæ opera Triboniani & Sociorum ex veterum, maxime probatorum Juriſconſultorum libris ad ordinem perpetui edicti. vid. §. 5. de Conſt. P. l. 2. de St. H.

§. 31.

Pandectis ad finem perductis ſucceſſit compoſitio Inſtitutionum per Tribonianum, Theophilum & Dorotheum. §. 3. Procem.

§. 32.

Harum promulgatio autem facta eſt Anno 533. & quidem Pandectarum Menſ. Decembr. Inſti-

Institutionum autem Mens. Novembr. vid. §. 2. Procem. l. 2. C. de Vet. Jur. enucleand.

§. 33.

Præterea Anno 534. edidit Codicem repetitæ prælectionis, variis constitutionibus & 50. decisionibus auctum, priori abolito. vid. tit. de emend. Cod. Just. ubi rationes hujus abrogationis leguntur.

§. 34.

Denique hisce juribus pro re nata accesserunt Novellæ, quæ ad jus prius l. confirmandum, l. supplendum l. corrigendum a Justiniano latæ & sine solenni publicatione promulgatæ sunt.

§. 35.

Ex hisce libris sequiori tempore Corpus Juris, ut jam vocamus, est consarcinatum.

§. 36.

Ita se habebat Jus Civile tempore Imperatoris Justiniani, succedit Historia Post-Justinianea. Post-Justinianea.

§. 37.

Hæc exponit fata Juris Civilis, quæ post Justiniani obitum tam in Oriente, quam in Occidente est expertum.

§. 38.

In Oriente Jus Justinianeum non tantum propter recedentem pedetentim linguæ latinæ usum,

usum, sed etiam propter supervenientes novas Imperatorum succedentium constitutiones fere fuit sepultum. vid. Stryckius in Præcogn. J. U. c. V. §. 3.

§. 39.

In Occidentes vero propter invasiones Gothorum, Francorum, Vandalorum, Saxonum & Longobardorum, arma per occidentales terras circumferentium, invalere quidem non poterat, sed tamen semper aliqua erat autoritas, inprimis Romæ & in Exarchiatus locis. vid. Conringius de Orig. Jur. Germ. c. 20.

§. 40.

Seculo autem XII. Banoniæ in Italia renasci cœpit. vid. a. c. v. 20.

§. 41.

Deinde in Academiis & Dicasteriis Italiæ doceri cœpit & Seculo XIII. Galliam quoque ingressum est. l. c. c. 24.

§. 42.

Tandem Seculo XV. in Germania est receptum. vid. Ord. Cam. P. I. tit. 57. & R. J. de Anno 1654. §. 105.

§. 43.

Hodie in Germania adhuc magnæ est autoritatis, de qua tamen infra ex professo agetur.

§. 44.

Canonici. Hæc sufficiant de historia Juris Civilis, progrediendum est ad historiam Juris Canonici.

§. 45. Quæ

§. 45.

Quæ nihil aliud est, quam narratio eorum, quæ circa hoc inprimis notari merentur.

§. 46.

Hæc itidem triplex est, Juris antiqui, novi & novissimi.

§. 47.

Juris Canonici antiqui historia est narratio regularum, a patribus ecclesiasticis præscriptarum, mores, disciplinam & rationem in ecclesia vivendi disponentium. vid. Stryckius in Præcogn. J.U. c. VIII. §. 2. Antiqui.

§. 48.

Huc pertinent 1.) Canones Apostolici, quamvis Apocryphi, de Anno 200. vid. Stryckius l. c. c. VIII. §. 3. 2.) Symbola quædam de causis fidei. vid. Schilteri Inst. Jur. Can. Lib. I. tit. 2. §. 4. 3.) Codex Canonum Ecclesiæ universæ. vid. Nov. 6. c. 1. §. 8. & Nov. 131. c. 1. 4.) Augmentatio Codicis jam dicti. vid. Strauchius in Amœnitat. Jur. Can. Eclog. I. c. IV. 5.) Accessio illius Codicis. 6.) Fulgentii Ferrandi Breviarium Romanum Canonum. 7.) Crisconii collectio canonum. 8.) Isidori collectio, quæ Seculo IX. est facta. 9.) Nomo-Canon Photii. 10.) Burchardi collectio. 11.) Compilatio Ivonis. 12.) Collectio Anselmi. 13.) Collectio Gratiani. vid. Hildebrandus in Diss. Prolegom. J. U. c. III. §. 4.

§. 49. Hi-

§. 49.

Novi. Historia autem Juris Canonici novi est recensio Decretalium s. Pontificiarum epistolarum.

§. 50.

Compilatores earundem quidam veteres, quidam recentiores notantur.

§. 51.

Veteres compilatores erant: 1.) Bernhardus Circa. 2.) Gilbertus & Alanus. 3.) Bernhardus Compostellanus. 4.) Innocentius. 5.) Honorius.

§. 52.

Recentiores collectores recensentur: 1.) Gregorius IX. de Anno 1230. per Raymundum. 2.) Bonifacius VIII. de Anno 1300. 3.) Clemens V. de Anno 1311. 4.) Johannes XXII. quæ collectio extravagantium nomine extat. 5.) Colligebantur diversorum Pontificum constitutiones, extravagantium communium appellatione insignitæ. vid. Engel. in Colleg. Jur. Can. Procem. n. 11.

§. 53.

Novissimi. Novissimi Juris Canonici historia notat varia jura tam Pontificiorum, quam Protestantium.

§. 44.

Pontificiis hæcce fere Juris Canonici novissimi jura esse solent: 1.) Concordata Nationis

tionis Germanicæ, de Anno 1447. 2.) Concilia recentiora, Constantiense, Basiliense, Florentinum, Lateranense, ac Moguntinum, inprimis Concilium Tridentinum. 3.) Bullarium Romanum. 4.) Regulæ Cancellariæ. 5.) Declarationes Cardinalium. 6.) Decisiones Rotæ Romanæ. 7.) Rituale Romanum. vid. Linckius in Prolegom. ad Decret. c. II. §. 7.

§. 55.

Penes Protestantes historia Juris Canonici novissimi initium sumit a tempore Reformationis de Anno 1517.

§. 56.

Spectant huc: 1.) Pax Religiosa de Anno 1555. 2.) Pax Westphalica, de Anno 1648. itemque Noviomagiensis, Rysvvicensis ac Rastadio-Badensis certo tantum respectu. vid. Pax. Westph. art. V. §. 1. R. J. de Anno 1654. Cap. Leopold. Joseph. & Carol. 3.) Ordinationes ecclesiasticæ. 4.) Jus Canonicum certa ratione retentum. vid. Rittershusius in Different. Jur. Civ. & Canon. Procem.

§. 57.

Historiam Juris Civilis & Canonici excipere potest Historia Juris Germanici. Germanici.

§. 58.

Olim Germani consuetudine pro legibus utebantur & legibus scriptis destituebantur Antiqui usque

uſque ad ſeculum V. poſt C. N. vid. Herm. Conringius de Orig. Jur. Germ. c. I.

§. 59.

Seculo jam dicto V. gentes quædam Germanorum leges ſibi conſtituerunt, quæ a Baſilio, Joh. Heraldo & Frid. Lindenbrogio colligebantur.

§. 60.

Cum vero deinceps Jus Romanum atque Canonicum conatu exterorum in Germaniam invaderet, Germani conſuetudines ſuas, ab oblivione vindicare conabantur.

§. 61.

Unde prodibat Speculum Svevicum & Saxonicum, quorum ætas & prioritas variis varia videbatur.

§. 62.

Hoc tamen certum eſt, quod utriuſque autor bono conſilio circa tempora Seculi XIII. conſuetudines ſui temporis, quæ tunc juris locum obtinebant, compilaverit, id quod nobis jam ſufficit.

§. 63.

Speculum Suevicum complectitur ſic dictum Jus Provinciale & Feudale Cæſareum, das Kaiſerl. Land- und Lehn-Recht.

§. 64.

Collectio ejusdem a quibusdam Bartholdo de Grimmenſtein tribuitur.

§. 65. Spe-

§. 65.

Speculum Saxonicum late acceptum omnes juris Saxonici consuetudinarii partes comprehendit; Strictius autem sumtum Provinciale tantum continet.

§. 66.

Sunt autem tres ejusdem partes; Jus Provinciale, Weichbildum & Feudale.

§. 67.

Primi collectio ab Epko a Repkau privata autoritate Anno 1200. circiter est facta; reliquorum vero autores non constant. vid. Conringius de Orig. Jur. German. c. 30.

§. 68.

Hisce duobus Speculis olim pene tota Germania fuit gubernata. vid. Aurea Bulla Car. IV.

§. 69.

Hodie variæ leges scriptæ accesserunt, quæ ex historia juris hodierni jam perspicientur.

§. 70.

Historia juris hodierni est l. Juris scripti l. non scripti. Utraque est l. Juris universalis l. particularis. Hodierni.

§. 71.

In historia Juris hodierni scripti universalis recensentur: 1.) Aurea Bulla Caroli IV. de Scripti universalis.

Anno 1356. vid. Kemmerich in Introduct. ad Jus Publ. Lib. II. c. IV. p. 290. 2.) Capitulationes Imperatoriæ a Carolo V. usque ad Carolum VI. vid. Kemmerich (c. c. VIII. p. 316. 3.) Recessus imperii, vid. Kemmerich l. c. c. III. p. 285. 4.) Ordinatio Cameralis. 5.) Ordinatio judicii Aulici. vid. Kemmerich l. c. Lib. VI. c. IV. §. 28. item Lib. VI. c. III. §. 23. p. 964. 6.) Ordinatio Criminalis. Caroli V. de Anno 1532.

§. 72.

Particularia. Historia Juris hodierni scripti particularis profert jura provincialia & statuaria, quæ vi superioritatis territorialis subinde sunt promulgata. vid. Pax Westphal. art. VIII. §. 1. vid. Kemmerich l. c. Lib. VII. c. V. §. 3. p. 1106.

§. 73.

Ad hoc pertinent: 1.) Jus Saxonicum, 2.) Marchicum Brandenburgicum, 3.) Würtenbergicum. 4.) Bavaricum. 5.) Lubecense. 6.) Noricum in Reform. Norib. cum ejusdem Additionalibus per Senatusconsulta factis. vid. Schilterus in Exercit. Theoreth. Pract.

§. 74.

non-scripti universalis. In historia autem Juris non-scripti universalis occurrunt. 1.) Observantia Imperii. vid. Kemmerich in Introduct. ad Jus Publ. Lib. II. c. II. p. 282. 2.) Jus Feudale Longobardi-

bardicum. vid. Struvius in Syntagm. Jur. Feud. c. I. aph. 7. 3.) Aliæ consuetudines universales.

§. 75.

Circa consuetudines tandem particulares respicitur etiam ad observantiam & stilum curiæ. Particularis.

Capitis Primi
Sect. II.
De Libris Juris.

Libri Juris.

SUMMARIA.

I. Libri Juris generatim.
II. Libri Juris Civilis.
III. Libri Juris Canonici.
IV. Libri Juris Germanici, inprimis hodierni.

§. 1.

Historiam Juris excipiunt ejusdem libri. Generatim.

§. 2.

Per libros h. l. intelligimus, quos Studiosus Juris, tanquam fundamentales, nosse debet.

§. 3.

Hi libri sunt l. authentici l. apocryphi.

§. 4.

Authentici libri juris dicuntur, qui autoritatem & vim decidendi tam in Academiis & ſcholis, quam in foro ac judiciis habent.

§. 5.

Hi libri iterum ſunt I. Juris Juſtinianei I. Canonici I. Germanici, inprimis hodierni.

§. 6.

Juſtinianei. Libri Juris Juſtinianei ſunt I. elementarii I. ſyſtematici I. ſuppletorii ſ. correctorii.

§. 7.

Elementarii Inſtitutiones, quarum Deſcriptio. Elementarii dicuntur Inſtitutiones, quæ conſtituunt prima Jurisprudentiæ elementa, (id quod tamen, prout jacent, & prout tempora noſtra ſunt, non præſtabunt) autoritate Imperatoris Juſtiniani ad faciliorem juris intellectum compoſita atque confirmata. vid. §. 3. 6. J. Procem.

§. 8.

Inſtitutiones compoſitæ ſunt per Tribonianum, Theophilum & Dorotheum. §. 3. J. Procem.

§. 9.

Diviſio. Dividuntur in quatuor libros & 99. capita, quæ tituli appellantur; Tituli vero in verſus, quorum primus principium, reliqui paragraphi dicuntur, iterum dipeſci ſolent.

§. 10. Al-

§. 10.

Allegantur per paragraphos (§.) e. g. §. 1. J. d. J. & J. i. e. paragrapho primo, Institutis, de Justitia & Jure. *Allegatio.*

§. 11.

Libri Systematici sunt, qui continent veterum Jurisconsultorum responsa & Imperatorum constitutiones certo ordine dispositas, v. g. Pandectæ s. Digesta & Codex Justinianeus repetitæ prælectionis. *Systema-*

§. 12.

Pandectæ dicuntur ἀπὸ τοῦ πᾶν καὶ δέχεσθαι, quia omnis juris materias plenissime tractatas continent; Digesta vero a digerendo, quoniam certo ordine digesta sunt. *Pandectæ, quarum denominatio.*

§. 13.

Sunt autem Pandectæ liber Imperatoris Justiniani jussu, opera Triboniani & sociorum ex veterum Jurisconsultorum libris ad ordinem perpetui edicti intra triennium collectus & Anno 533. promulgatus. vid. Const. dedit nobis. *Descriptio.*

§. 14.

Imperator Justinianus dividebat Pandectas in VII. Tractatus s. partes & partim ad numerorum naturam, partim ad harmoniam prospexit. *Divisio.*

§. 15.

Glossatores vero dispescuntur eas in Digestum Vetus, Infortiatum & Novum.

§. 16.

Constant 50. libris & secundem Harprechtum 433. titulis & 9123. legibus.

§. 17.

Allegatio. Allegatio earundem fit per leges & Pandectarum signum, quod l. π. & P. l. D. & ff. ex incuria scribarum, græco π. circumflexum inscribentium exortum, esse solet. e. g. l. 11. §. 1. P. de D. M. i. e. lex undecima, paragrapho primo, Pandectis, de dolo malo.

§. 18.

Codex, cujus Descriptio. Codex Justinianeus repetitæ prælectionis est liber, multas veterum Imperatorum constitutiones, 50. novas decisiones & alias constitutiones Justiniani, post priorem codicem editas, complectens.

§. 19.

Divisio. Dividitur ratione ordinis in XII. libros & titulos, qui fere ejusdem sunt ordinis, ac in Pandectis leges, secundum seriem annorum positæ.

§. 20.

Autoritate juris donatus est Anno 534. Constit. cordi nobis.

§. 21. Al-

§. 21.

Allegatur etiam per leges & Codicis signum, quod est C. e. g. l. 3. C. d. LL. i. e. lege tertia, Codicis, de Legibus. Allegatio.

§. 22.

Suppletorii s. correctorii libri sunt IX. Novellarum s. Authenticæ collationes & continent varias constitutiones, post Codicem repetitæ prælectionis, diverso tempore editas, postea vero a privato quodam sine ordinis ratione collectas. Suppletorii s. Novellarum, quarum descriptio.

§. 23.

Novellarum allegatio fit per N. e. g. Nov. 1. c. 1. i. e. Novella prima, capite primo. Allegatio.

§. 24.

Post libros Juris Civilis Justinianei sequuntur libri juris Canonici. Canonici.

§. 25.

Hi libri sunt l. juris antiqui l. novi l. novissimi.

§. 26.

Libri juris Canonici antiqui sunt. 1.) Canones conciliorum universalium, quæ memorantur in Nov. 131. c. 1. 2.) Canones concilii Constantinopolitani II. & III. nec noc Nicæni II. vid. Ziegler ad Lancellotum Inst. Jur. Can. tit. III. §. 3. Antiqui.

§. 27.

Juris Canonici novi libros constituunt volumen Decreti & Decretalium.

§. 28.

Decretum est, quod privato studio a Gratiano, Monacho Benedictino, Seculo XII. ex Sacræ Scripturæ dictis; conciliorum decretis, Pontificum constitutionibus, sententiis patrum, legibusque Romanis collectum & jussu Gregorii XIII. emendatum, revisum atque a privatorum mutationibus vindicatum est. vid. Epist. Gregorii XIII.

§. 29.

Dividitur in tres partes.

§. 30.

Prima complectitur CI. Distinctionem; Secunda recenset XXXVI. causas & tractatum de pœnitentia, caus. 33. quæst. 3. insertum; Tertia continet Tr. de consecratione 5. distinctiones complectentem.

§. 31.

Allegari solet: c. 1. d. 21. c. 2. IV. q. 1. c. 1. d. 1. de consecrat.

§. 32.

Volumen autem Decretalium complectitur. 1.) Decretales Gregorii IX. 2.) Bonifacii VIII. 3.) Clementis V. 4.) Johannis XXII. 5.) Extravagantes communes.

§. 33. De-

§. 33.

Decretales Gregorii IX. ſunt quinque libri per Raymundum compoſiti poſteaque publicati.

§. 34.

Bonifacii VIII. Decretales ſunt liber VI. Decretalium, autoritate ejusdem compoſitus atque promulgatus.

§. 35.

Clementinæ ſunt, quæ tanquam conſtitutiones Clementis V. a Johanne XXII. emiſſæ ſunt.

§. 36.

Decretales Johannis XXII. extravagantes dicuntur & ibidem unico libro 20. conſtitutiones ejusdem comprehenduntur.

§. 37.

Extravagantes autem communes ſunt conſtitutiones Pontificum poſt librum VI. Decretalium editæ libris quinque conſtantes, quibus tamen IV. deeſſe ſolet.

§. 38.

Ordinem librorum ſiſtere debet verſiculus: Judex, Judicium, Clerus, Sponſalia, Crimen.

§. 39.

Decretalium alligatio fit: c. 1. X. de Sponſ. c. 2. de Pactis in 6.

§. 40.

Novissimi penes Pontificios.

Libri juris Canonici novissimi Pontificiorum sunt: 1.) Concordata Nationis Germanicæ. 2.) Concilia Pontificia recentiora. 3.) Bullarium Romanum. 4.) Regulæ Cancellariæ. 5.) Declarationes Cardinalium. 6.) Rotæ Romanæ decisiones, & 7.) Rituale Romanum. vid. Sect. I. præced. §. 52.

§. 41.

Penes Protestantes.

Libri vero Juris Canonici novissimi penes Protestantes sunt: 1.) Pacificationes huc pertinentes. 2.) Constitutiones Ecclesiasticæ cujuscunque domini territorialis. 3.) Agenda s. ordinationes Ecclesiasticæ, quæ circa ritus Ecclesiarum Protestantium sunt promulgatæ.

§. 42.

Germanici.

Ad libros Juris Germanici antiqui referri possunt, Speculum Svevicum & Speculum Saxonicum.

§. 43.

Speculi Svevici exemplaria typis expressa ante Goldasti & Meischneri editiones extabant.

§. 44.

Libri vero Juris hodierni sunt l. Juris scripti l. non scripti.

§. 45.

Hodierni scripti.

Hodierni juris scripti libri vocantur, qui expressa legislatoris voluntate promulgati sunt.

§. 46. Di-

§. 46.

Dicuntur autem l. Juris scripti universalis l. particularis.

§. 47.

Prioris Juris libri plerumque in Corpore Recessuum Imperii comprehenduntur. Quales sunt: 1.) Aurea Bulla. 2.) Pacificationes. 3.) Ordinationes Politicæ. 4.) Ordinationes Criminales Caroli V. 5.) Capitulationes Cæsareæ. 6.) Pacificationes extra Corpus Recessuum. 7.) Ordinationes Judicii Aulici & Cameralis. vid. Kemmerich in Introduct. ad Jus Publ. Lib. II. c. III. seqq. p. 285. Universalis.

§. 48.

Posterioris Juris libri sunt cujuscunque provinciæ & civitatis Jus provinciale & statutarium. Huc pertinet: 1.) Jus Austriacum. 2.) Jus Bavaricum. 3.) Saxonicum. 4.) Noricum. 5.) Hamburgense. 6.) Francofurtense & aliæ leges, quæ recenter editæ atque promulgatæ sunt. Particularis.

§. 49.

Juris hodierni non scripti libri sunt, consuetudines cum universales, tum particulares. Ad priores pertinet Jus Feudale; ad posteriores autem cujuscunque loci consuetudo, observantia & stilus curiæ. non scripti universalis & particularis.

§. 50. Ha-

§. 50.

Hactenus de libris Juris authenticis, sequuntur apocryphi.

§. 51.

Libri juris apocryphi dicuntur, qui sua natura vim decisoriam non habent, sed tantum ad illustrationem & declarationem Juris authentici allegari solent.

§. 52.

Quidam sunt populi Romani, quidam Jureconsultorum, quidam Imperatorum, aliorumque legislatorum.

§. 53.

Sunt itaque libri authentici Corporis juris Civilis: 1.) Institutiones, 2.) Pandectæ s. Digesta, 3.) Codex repetitæ prælectionis, 4.) Novellæ Justinianeæ & denique 5.) Libri feudorum. Reliqui vero libri in Corpore Juris Civilis extantes ad apocryphos libros sunt recensendi.

§. 54.

Authentici autem libri Corporis Juris Canonici sunt Decretum & Decretales Gregorii, Bonifacii, Clementis, Johannis & ex travagantes communes. Cetera autem jura ibidem extantia æstimantur apocrypha.

Capi-

Capitis Primi
Sect. III.
De Autoritate librorum Juris. Autoritas librorum Juris

SUMMARIA.

I. Autoritas librorum juris generatim.
II. Autoritas librorum Juris Justinianei.
III. Autoritas librorum Juris Canonici.
IV. Autoritas librorum Juris Germanici, inprimis hodierni.

§. 1.

Libris Juris hactenus in se consideratis, jam addenda est eorundem autoritas. Generatim.

§. 2.

Quæ est vis atque potestas decisoria, quam in decidendis causis habent.

§. 3.

Est autem alia autoritas Juris Justinianei, alia Juris Canonici, alia Germanici, inprimis hodierni.

§. 4.

Juris Justinianei autoritas dependentiam suam non habet ab autore ejusdem, Justiniano, sed a libera receptione, quæ nonnulla abhinc ante sæcula, propter summæ æquitatis rationem, qua nititur, usu est facta. vid. Stryckius in Præcogn. Jur. Univers. c. III. §. 4. Justinianei, cujus dependentiam.

§. 5. Cui

§. 5.

Cui subinde indirecta adprobatio accessit. vid. Ord. Cam. P. I. tit. 57. R. J. de An. 1654. §. 105.

§. 6.

Autoritas hujus juris tam certa & indubitata est, ut istud pro jure decisorio penes Germanos ubivis habeatur, & ejusdem observantia tamdiu præsumatur firma, donec l. alia lex recentior lata l. consuetudo contraria allegari queat.

§. 7.

Limitatio.

Est tamen non sine omni limitatione atque restrictione.

§. 8.

Nam 1.) ejusdem receptio est tantum subsidiaria. 2.) Spectat duntaxat ad decisionem causarum privatarum, non publicarum. 3.) Non respicit res historicas & philologicas. 4.) Ad libros apocryphos non est extenda. 5.) Non venit porrigenda ad leges observantiæ ecclesiasticæ Evangelicorum repugnantes & non orthodoxas. v. g. l. 26. C. de Nupt. l. 45. C. de Episc. & Cler. conf. Tit. I. 6. 1. Tim. IV. 3. vid. Stryckius in Disc. Prælim. U. M. in Digest. §. 33. seqq.

§. 9. Ex

§. 9.

Ex Institutionibus non decidunt Rubricæ s. inscriptiones, quia privato doctorum studio sunt additæ; inscriptiones autem titulorum eatenus ad decisionem aliquid conferunt, quatenus illarum oratio perfecta, quod raro invenitur, esse solet. vid. Lauterbach. in Conclus. forens. Exerc. I. th. 6. Autoritas Institutionum.

§. 10.

In Pandectis titulorum inscriptiones & Rubricæ integram orationem constituentes, conferunt quidem aliquid ad decisionem, non tamen legum inscriptiones, verborum distinctiones & interpunctiones, quia ab earundem interpretibus sunt adjectæ. vid. Lauterbach l. c. th. 4. Pandectarum.

§. 11.

Porro nullam decisionem faciunt leges fugitivæ, quæ in fine tit. P. de Bondamnat. item in tit. de Interdict. & Relegat. continentur & cursivis literis imprimuntur, nec non l. 15. P. ad leg. Cornel. de Sicariis. vid. Lauterbach l. c.

§. 12.

Præterea dubiæ fidei æstimantur leges Pandectarum a Florentina editione abeuntes; Vulgata enim Pandectarum editio corruptior melior Norica s. Holoandria, optima Florentina censetur. vid. Stryckius in Præcogn. Jur. c. II. §. 17.

§. 13. De-

§. 13.

Denique in decidendo amplius attenduntur leges Pandectarum per leges Codicis abrogatæ & mutatæ. vid. Lauterbach in Concluſ. forenſ. Exerc. I. th. 13.

§. 14.

Codicis repetitæ prælectionis.

Ex Codice repetitæ prælectionis nonnullæ leges pariter decidere nequeunt.

§. 15.

Primo Codicis leges minus orthodoxæ & Proteſtantium fidei & moribus haut congruentes autoritate deciſoria deſtituuntur. vid. l. 4. C. de Malef. & Mathem. l. 45. C. de Episc. & Cler. l. 26. C. de Nupt.

§. 16.

Leges autem in Codice per alias leges Codicis expreſſim correctæ & a Gothofredo ſigno † notatæ, pariter nihil decidunt. vid. l. 34. l. 36. C. de Donat.

§. 17.

Præter has leges a Contio & Cujacio in Baſilicis reſtitutæ & Codici poſt receptionem ejusdem inſertæ & majoribus Ziferis & aliis notis peculiaribus notatæ, nullam habent vim deciſoriam. vid. l. 24. C. Mandat. & l. final. C. de Sponſ. conf. Lauterbach in Concluſ. forenſ. Exercit. I. th. 7.

§. 18. Cum

§. 18.

Cum his quoque Authenticæ, Novellis, ex quibus ſunt deſumtæ, non concordantes, fidei deciſoriæ æſtimari non ſolent. vid. Authent. quas act. de S. S. Eccleſ.

§. 19.

Si vero tales authenticæ uſu ſint receptæ, rejici nequeunt. vid. Authent. bona damnat. C. de bonis præſcriptorum. conf. Struvius in Exerc. XLIX. ad P. th. 106. qui hoc teſtatur.

§. 20.

In Novellis plane nullam autoritatem habent Nov. 166. 167. & 168. Siquidem a Cujacio ſunt ſuperadditæ; Non gloſſatæ autem dubiæ & controverſæ ſunt autoritatis. Quod vero inſcriptiones capitum & epilogos Novellarum attinet, pariter hac autoritate carent. vid. Lauterbach in Exerc. I. th. 9. Novellarum.

§. 21.

Juris Civilis autoritati jam ſuccedit autoritas Juris Canonici. Canonici.

§. 22.

Hæc penes Pontificios magna Pontificum autoritate valde invaluit; apud Proteſtantes autem illud eatenus libere retinetur, quatenus nec juri divino, nec æquitati naturali, nec Auguſtanæ confeſſioni & Pacificationibus de religione, nec non moribus eccleſiaſticis Evan- Penes Pontificios & Proteſtantes.

gelicorum est contrarium. vid. Stryckius in Disc. Prælim. ad U. M. P. §. 15. conf. Carpzov. in Jurispr. Consist. Lib. II. def. 152. n. 23. seqq.

§. 23.

Prævalentia. Habet tamen in nonnullis causis præ Jure Civili aliquam prævalentiam, nimirum in abbreviandis processibus & exonerandis conscientiis, adeo, ut huic præferatur.

§. 24.

Obtinet autem hoc principaliter 1.) in causis matrimonialibus, c. 30. X. de Spons. & matrim. 2.) Pactorum, stipulationum & emphytheuseos, c. 1. & 3. X. de Pactis, c. final. X. de Locat. 3.) Bonorum ecclesiasticorum, c. 11. X. de testam. 4.) Piis, ibid. 5.) Testamentorum, fideicommissorum & detractionem quartæ spectantium, cap. Raynut. &c. Raynaldus X. de Testament. 6.) Præscriptionum, c. final. X. de Præscript. 7.) Juramentorum, c. 28. X. de Jurejurando. 8.) Ordinis judiciarii. vid. c. 11. X. de Probat. conf. Struvius in Syntagm. Jur. Civ. Exerc. II. §. 39. & Linckius ad Decret. p. 33.

§. 25.

Alii plura quam octo hæc capita constituerunt, alii hisce tanquam insufficientibus regulas quasdam superaddiderunt. vid. Rittershusius in Prolegom. different. Jur. Civ. & Can.

§. 26. Au-

§. 26.

Autoritas Canonum ex conciliis particularibus, archi-episcopalibus, nempe provincialibus ultra diœcesin & districtum, ubi sunt habita, extendi non debet. vid. Linckius ad Decret. tit. de Constitut. §. 8. 9. Autoritas canonum conciliarum particularium.

§. 27.

Præcipue canonibus in Decreto non major autoritas, quam fontibus, unde sunt desumti, tribuatur. vid. Engel. in Procem. Colleg. Jur. Can. n. 5. Kleinschmid in Princip. Jur. tract. IV. sect. IV. n. 37. In Decreto.

§. 28.

Si vero vox Palea canonibus est inscripta, nullam autoritatem habent. vid. Canon. Constant. dist. 96. Excipitur, si ejusmodi canones Decretalibus postea sint inserti. v. g. Can. 5. & 6. caus. 10. q. 2. deprehenduntur in cap. 1. d. 2. X. de Precar. vid. Linckius ad Decret. in Procem. §. 11.

§. 29.

Minimæ censentur autoritatis dicta Gratiani, distinct. 31. in pr. canonum inscriptiones s. Rubricæ, continuationes, notæ, summaria & numeri, in Decreto extantes. Dictorum Gratiani.

§. 30.

Librum VI. Decretalium quod attinet, in Gallia omni autoritate destituitur. vid. Stryckius in Præcogn. c. VIII. §. 22. Libri VI. Decretalium.

§. 31.

Rubricarum Decretalium.

Rubricæ autem Decretalium utique censentur authenticæ, quia Pontificum autoritate sunt superadditæ. vid. Strauchius in Amœnitat. Jur. Can. Semestr. I. Eclog. VI. c. VIII.

§. 32.

Germanici.

Germanorum leges Seculo V. ab Heroldo & Lindenbrogio collectæ, maximam partem in desuetudinem abiverunt & in decidendis causis usum practicum quidem præstare non possunt, sed tamen antiquitates patrias & consuetudines ad nos propagatas maxime illustrare queunt.

§. 32.

Multo minus usus speculi Saxonici modernus plane negari potest.

§. 34.

Hodierni scripti universalis.

Autoritas autem librorum juris hodierni scripti, inprimis universalis, consideratur partim ratione statuentium partim ratione parentium.

§. 35.

Ratione ipsorum statuentium & coimperantium nititur ejusdem autoritas sola conventione & pactione inter eosdem inita; ratione vero parentium & subditorum legislatoris voluntate expressa & jussione fundatur.

§. 36. Par-

§. 36.

Particularis juris hodierni autoritas etiam in tali voluntate legislatoria, quacunque declarata, fundamentum ponit. vid. R. J. de Anno 1654. §. 171. Particularis.

§. 37.

Autoritas Juris non-ſcripti conſiſtit quoque in receptione, tacito legislatoris conſenſu per uſus & mores quacunque introducta. Tales ſunt leges feudorum, obſervantia & ſtilus curiæ. non ſcripti.

§. 38.

Circa textus Juris feudalis extraordinarios, incipientes in Lib. II. Feudorum tit. 73. inprimis notandum, quod tantum ſubſidiaria autoritate gaudeant. vid. Struvius in Syntagm. Jur. feud. c. I. th. 7. n. 10. confer. Stryckius in Examin. Jur. Feud. c. I. quæſt. 22.

Cap. II.

De Justitia, Jurisprudentia & Jure generatim.

§. 1.

Præmissis Præcognitis Juris generalibus, sequuntur ejusdem Præcognita Specialia.

§. 2.

I. Justitia.
II. Jurisprudentia.
III. Jus generatim consideratum.

Capitis Secundi *Sect. I.* De Justitia.

Justitia, cujus.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. I. pr. J. de Justitia & Jure. 2.) Lib. I. Tit. I. P. de Justitia & Jure.

SUMMARIA.

I. Justitiæ vox & definitio.
II. Ejusdem divisio & distinctio.

§. 1.

Notationis. Vocabulum justitiæ sumitur l. philosophice & moraliter l. juridice.

§. 2.

Definitio In illa significatione describi potest, quod sit constans & perpetua voluntas, seu habitus volun-

voluntatis, jus suum cuique tribuendi. vid. pr. J. h. Ulpianus l. 10. P. h.

§. 3.

Hac autem dicitur conformatio externa actionum subditorum cum voluntate legislatoris. Quæ proprie huc pertinet.

§. 4.

Nam Jurisprudentia 1.) in subjectum suum habitum introducere directo non potest, nec eum per media sua obtinere valet, sed potius in externa legum obedientia & actione adquiescit. vid. Ulpianus l. 1. §. 1. P. h. (1.) 2.) Jurisprudentiæ finis non est habitus, sed actio. vid. Kleinschmid. de Princip. Jur. Tr. II. n. 7.

§. 5.

Dividitur plerumque justitia in universalem & particularem. Divisio.

§. 6.

Universalis est complexus s. observantia omnium virtutum. Hæc non est adæquatus finis Jurisprudentiæ, sed mera virtus Ethica. universalis.

§. 7.

Particularis autem est obidientia externa & diri- particularis.

(1.) Justitiam colimus, & boni & æqui notitiam profitemur; æquum ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes: bonos non solum metu pœnarum, verum etiam præmiorum quoque exhortatione efficere cupientes. Ulpianus l. 1. §. 1. P. h.

& dirigit officia, quæ homines intuitu mei & tui ſibi invicem præſtare neceſſe habent.

§. 8.

Hæc diſtinguitur in diſtributivam & commutativam.

§. 9.

diſtributiva. Diſtributiva dicitur, quando princeps ſubditis aliquid diſtribuit, ſive ſit gratum, ſive ingratum, obſervata proportione Geometrica.

§. 10.

commutativa. Commutativa nuncupatur, quando privati ad ſe invicem referuntur, & proportione Arithmetica proceditur.

§. 11.

Unde illam in diſtributione pœnarum & præmiorum, hanc in contractibus obtinere volunt.

§. 12.

Verum, ut hæ diviſiones in jure nullibi occurrunt, ſed potius Ariſtotelis Philoſophiam ſapiunt, inprimis autem ultima, a maximis Juriſconſultis ignoratur; ita etiam a nobis ignorari poterunt.

§. 13.

Otioſæ itaque erunt quæſtiones: 1.) An pœnarum irrogatio pertineat ad juſtitiam commutativam, an ad diſtributivam? 2.) An juſtitia univerſalis, an particularis ſit finis Jurispru-

risprudentiæ ? 3.) An definitio justitiæ Ulpiani l. 10. pr. P. h. & pr. J. eodem, pertineat ad universalem, an ad particularem? cum una sit justitia legalis.

§. 14.

Licet autem una sit justitia legalis, quæ diversas tantummodo habet functiones & quidem pro qualitate objecti, potest tamen docendi causa dividi in universalem & particularem, sed plane alio sensu & respectu.

§. 15.

Universalis tunc dicitur, quæ semper & ubique est justitia; particularis autem, quæ pro cujusque reipublicæ statu jus tribuit. vid. Bachovius in Comment. P. h. n. 2.

§. 16.

Unde facile constabit, quid de nova distinctione justitiæ Grotii haberi possit, qua distinguitur justitia in attributricem & expletricem. vid. Grotius lib. I. c. I. §. 8.

§. 17.

Placet multo magis distinctionem justitiæ inter denegatam, protractam & prostergatam huc ponere.

§. 18.

Justitia denegata dicitur, qua a Judice justitiæ administratio plane recusatur, & hunc habet effectum, ut ob querelam, ideo motam, omnis causæ cognitio eidem auferatur & ad denegata.

[C] 5 supe-

ſuperiorem judicem deferatur. vid. Ord. Cam. P. II. tit. 28.

§. 19.

protracta. Protracta eſt, cujus adminiſtratio plus juſto differtur, ad quam promovendam tantummodo ad querelas exinde ortas, mandata promotorialia de eadem citius adminiſtranda, porriguntur. vid. Blumius in Proceſ. Cam. tit. 37.

§. 20.

proſtergata. Proſtergata nuncupatur ea, quæ quidem adminiſtrata, ſed ſuppreſſa atque vulnerata eſt, & ideo variis remediis eandem impugnandi anſam præbet. vid. Andr. von Mandelslo in Tr. de juſtitia Proſtergata, c. I.

Capitis Secundi
Sect. II.
De Jurisprudentia.

Jurisprudentia, cujus.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. I. §. 1. J. de J. & J. 2.) Lib. I. Tit. I. P. de J. & J.

SUMMARIA.

I. Notatio vocabuli ejusdemque definitio.
II. Jurisprudentiæ diviſio.
III. Ejusdem uſus & præſtantia.
IV. Ejusdem adminicula.

§. 1.

Notatio vocis. Jurisprudentiæ verbum, quod ex vocibus Juris & prudentiæ compoſitum eſt, accipitur I. improprie I. proprie.

§. 2. Im-

§. 2.

Improprie sumitur pro legibus §. 3. J. de legitim agnat. successſ. proprie autem iterum 1. systematice 1. habitualiter intelligi potest.

§. 3.

Systematice sumta est artificiosa præceptorum Juris collectio. vid. Ulpianus l. 1. pr. P.h.

§. 4.

Habitualiter autem accepta describitur, quod sit divinarum atque humanarum rerum notitia, justi atque injusti scientia. §. 1. J. h. Ulpianus l. 10. §. 2. P. eodem.

§. 5.

Per res divinas & humanas non sine ratione philosophia & per justum & injustum proprium Juris objectum intelligi poterit. vid. Glafey in den Grund-Sätzen der Burgerlichen Rechts-Gelehrsamkeit. Lib. I. c. I. §. 3. seqq.

§. 6.

Si vero rem spectes, Jurisprudentia est doctrina jura rite intelligendi, ac explicandi, & ad negotia in civili societate obvenientia adplicandi. Hæc enim est justi atque injusti scientia. Ulpianus l. 10. §. 2. P. h. Definitio.

§. 7. Di-

§. 7.

Dicitur itaque jurisprudens, qui ſcit leges, earundemque uſum atque rationem. vid. Celſus l. 17. P. de LL. (1.)

§. 8.

Diviſio. Jurisprudentia varie dividi poteſt. Tot enim Jurisprudentiæ ſunt partes, quot Juris adparent ſpecies.

§. 9.

Præcipue dividitur 1.) ratione objecti materialis in univerſalem & particularem, 2.) ratione objecti formalis in Nomotheticam ſ. legislatoriam, Bulevticam ſ. Conſultatoriam & Dicaſticam ſ. Judiciariam.

§. 10.

Univerſalis. Univerſalis eſt notitia legum divinarum univerſalium, tam naturalium, quam poſitivarum. vid. Thomaſius in Jurispr. divina.

§. 11.

Particularis. Particularis autem eſt ſcientia legum divinarum & humanarum particularium, intuitu certi cujusdam populi ſ. civitatis lararum. vid. §. 1. & 2. J. de J. N. G. & C.

§. 12.

Hac ratione Jurisprudentia eſt l. divina l. humana. Illa tradit leges divinas; hæc autem ſiſtit leges humanas.

§. 13. Di-

(1.) Scire leges non eſt verba earum tenere, ſed vim ac poteſtatem i.e. uſum atque rationem, Celſus l. 17. P. de LL.

§. 13.

Divina eſt l. naturalis ſ. connata l. poſitiva ſ. revelata.

§. 14.

Naturalis eſt, quæ docet leges naturales l. ſecundum Jus Naturæ l. ſecundum Jus Gentium. Naturalis.

§. 15.

Poſitiva, quæ monſtrat leges divinas poſitivas l. univerſales l. particulares. Poſitiva.

§. 16.

Humana eſt l. eccleſiaſtica l. politica ſ. Civilis.

§. 17.

Jurisprudentia Eccleſiaſtica ſ. Conſiſtorialis docet leges eccleſiaſticas; Civilis autem leges Civiles. Eccleſiaſtica.

§. 18.

Politica ſ. Civilis eſt l. publica l. privata.

§. 19.

Publica eſt, quæ concernit leges publicas; privata autem quæ leges privatas ſpectat. Publica.

§. 20.

Privata eſt l. Civilis l. Criminalis l. feudalis. Civilis.

§. 21. Illa

§. 21.

Criminalis. Feudalis. Illa versatur circa leges Civiles s. forenses, ista circa criminales, hæc circa feudales.

§. 22.

Atque hoc respectu septem partes s. disciplinæ Jurisprudentiæ statui possunt: 1.) Jurisprudentia Naturalis & Gentium. 2.) Jurisprudentia divina positiva. 3.) Jurisprudentia Consistorialis. 4.) Civilis Privata. 5.) Civilis Publica. 6.) Feudalis. 7.) Criminalis.

§. 23.

Practica & Formularia. Quia vero omnia redeunt ad praxin, hisce jam addi poterit Jurisprudentia Practica & Formularia, cujus fundamenta nuperrime edidit Wernherus, Jurisconsultus apud Wittebergenses. vid. ejusdem Principia Jurispr. Formular.

§. 24.

Legislatoria. Quod jam divisionem ratione objecti formalis attinet, legislatoria curat leges in certam societatem introducendas, justitiæ & salutis causa. Hæc pertinet ad Principes & Magistratus.

§. 25.

Consultatoria. Consultatoria occupatur circa deliberationem aut consultationem eorum, quæ reipublicæ expediunt, adeoque legibus l. præcipi l permitti debent. Hæc est Ministrorum & Consiliariorum.

§. 26. Ju

§. 26.

Judiciaria consistit in legum in Republica constitutarum explicatione & adplicatione ad subditorum actiones. Spectat hæc ad Doctores & Judices. vid. Hassenius in Synops. Scient. de Prud. Moral. P. II. Prælim. Sect. I. Membr. I. Judiciaria.

§. 27.

Est itaque Jurisprudentia præstantissima & in omni vitæ genere tam necessaria, quam utilis. Usus & Præstantia.

§. 28.

Ideo non immerito vocatur Sapientia aut Philosophia & quidem vera non simulata. vid. Ulpianus l. 1. §. 1. P. h. (2.)

§. 29.

Debent enim omnes Jurisconsulti vere existere Sapientes aut philosophi h. e. boni bonaque philosophia instructi.

§. 30.

Siquidem Jurisconsultus integritatem amet, justum ab injusto secundum naturam & indolem cujusvis rei separet; præcipue autem sit fugiens clamosorum ac versutorum istorum rabularum, quibus, tanquam crumenimulgis justitia est venalis. vid. Hassenius in Synops. scientiæ de Prud. Moral. P. II. Sect. I. Membr. I.

§. 31. In

(2.) Veram non simulatam philosophiam affectamus. Ulpianus l. 1. §. 1. P. h.

§. 31.

In hisce autem omnibus Jurisconsultus debet esse sacerdos assiduus. vid. Ulpianus l. 1. §. 1. P. h. (3.)

§. 32.

Adminicula. Dantur etiam Jurisprudentiæ comparandæ adminicula tam generalia, quam specialia.

§. 33.

Ad generalia referri potest: 1.) naturæ mentis humanæ bonitas, 2.) bona, ordinata & fida institutio.

§. 34.

Specialia constituunt: 1.) Scientia philosophiæ, 2.) notitia historiæ, inprimis pragmaticæ & patriæ, 3.) peritia rerum & artium plurimarum.

§. 35.

Nam, ut sine philosophia Jurisconsultus consummatus dici non potest, ita historia & artes investigationi æqui & boni lucem adferre solent.

Capi-

(3.) Merito quis nos sacerdotes appellet. Ulpianus l. 1. §. 1. P. h.

Capitis Secundi
Sect. III.
De Jure.

Jus, cujus.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. I. J. de J. & J. Tit. II. de Jure Naturali Gentium & Civili. 2.) Lib. I. Tit. I. P. de J. & J. Sedes materiæ.

SUMMARIA.

I. Notatio vocabuli Juris.
II. Ejusdem divisio ratione originis.
III. Modus & ratio causas in foris nostris & Collegiis decidendi secundum hæc Jura.

§. 1.

Vocabulum Juris, qui derivativum volunt, a jubendo s. jussu potissimum deducere solent. Notatio vocis.

§. 2.

Hoc varias acceptiones habet. vid. Paulus l. 11. & Marcianus l. 12. P. h. (1.) (2.)

Pars III. [D] conf.

(1.) Jus pluribus modis dicitur, uno modo, cum id, quod semper æquum & bonum est jus dicitur, ut est Jus Naturale. Altero modo, quod omnibus aut pluribus in quaque civitate utile est, ut est jus Civile. Nec minus jus recte appellatur in civitate nostra jus Honorarium. Prætor quoque jus reddere dr. etiam cum inique decernit, relatione scil. facta non ad id, quod ita Prætor fecit, sed ad illud, quod Prætorem facere convenit. Alia significatione jus dicitur locus, in quo jus redditur, appellatione collata ab eo, quod fit, in eo, ubi fit. Quem locum determinare hoc modo possumus, ubicunque Prætor salva majestate imperii sui, salvoque more majorum, jus dicere constituit, is locus recte jus appellatur. Paulus l. 11. P. h.

(2.) Nonnunquam jus etiam pro necessitudine decimus: veluti est mihi jus cognationis l. adfinitatis. Marcianus l. 12. P. h.

conf. Hassenius in Synops. Scientiæ de Prud. Moral. P. II. Sect. I. Membr. II.

§. 3.

Nobis h. l. denotat jussum aut præceptum faciendorum l. non faciendorum. vid. Marcianus l. 2. cc. fin. & Pomponius l. 3. P. h.

§. 4.

Definitio. Potest itaque jus dici norma s. regula a superiore data, inferiores ad obsequium obligans. vid. Hassenius l. c.

§. 5.

Divisio, Dividitur ratione originis in divinum & humanum.

§. 6.

Divinum Divinum est, quod Deum habet autorem. a. §. pen. J. de J. N. G. &. C. (3.)

§. 7.

Hoc est l. naturale l. positivum.

§. 8.

Naturale Jus naturale est, quod natura omnia animalia docuit. vid. pr. J. de J. N. G. & C. l. 1. §. 3. P. h.

§. 9.

Defensores Triboniani h. l. distinguunt inter jus naturæ proprie & improprie sic dictum, affirmantes, eum de posteriori tantum locutum esse.

§. 10. Ve-

(3.) Jura naturalia divina quadam providentia constituta, semper firma atque immutabilia permanent. §. pen. J. de J. N. G. & C.

§. 10.

Verum, hæc distinctio ejusdem generis est, ac si quis inter hominem proprium & improprium distingueret & per hominem improprie dictum simiam, l. aliam bestiam bipedem intelligeret. vid. Ludovicus in Usu Pract. distinct. Jurid. P. h.

§. 11.

Quemadmodum vero nullum datur Jus Naturæ improprie sic dictum, ita etiam hæc distinctio ejusdem defensoribus ne ullum quidem usum præstare potest.

§. 12.

Est autem Jus Naturale, quod per solam rationem, recte adhibitam, unicuique sine speciali revelatione ex natura objectorum innotescit, & omnes homines obligat. vid. Hassenius in Synops. Scient. de Prudent. Moral. P. II. Præl. Sect. II. Membr. I.

§. 13.

Positivum est, quod singulari promulgatione Numinis nititur. vid. Gerhardi Delineat. J. N. Lib. I. c. 7. Sed h. l. de humano est sermo. Positivum.

§. 14.

Jus humanum dicitur illud, quod autore homine, est latum s. quod arbitrio humano constat. Humanum.

§. 15.

Est autem l. Ecclesiasticum l. Politicum s. Civile.

§. 16.

Ecclesiasticum. Ecclesiasticum est, quod versatur circa leges ecclesiasticas. Sed huc non pertinet.

§. 17.

Politicum s. Civile. Politicum s. Civile dicitur, quod cujusvis reipublicæ legislator in utilitatem suæ reipublicæ constituit. §. 1. J. de J. N. G. & C.

§. 18.

Id quod 1.) ratione finis dividitur in publicum & privatum, 2.) ratione modi constituendi autem in scriptum, & non-scriptum.

§. 19.

Publicum. Publicum est, quod directo & principaliter ad Reipublicæ constitutionem & conservationem spectat.

§. 20.

Hoc est l. Romanum l. Modernum.

§. 21.

Romanum. Romanum est, quod a Romanis est conditum. vid. Lib. X. XI. & XII. Cod.

§. 22.

Romano-Germanicum. Modernum s. Romano-Germanicum dicitur, quod in imperio Romano-Germanico, statibus imperii in communionem Majestatis adsci-

adſcitis, poſitum eſt. vid. Kemmerich in Introduct. ad Jus Publ. imperii Romano-Germanici, Proleg. c. I.

§. 23.

Leges hujus potiores ſcriptæ ſunt: 1.) Receſſus imperii, 2.) Aurea Bulla Caroli IV. de Anno 1356. 3.) Pax Publica ſ. Profana, de Anno 1495. 4.) Pax Religioſa, de Anno 1555. 5.) Pax Weſtphalica de Anno 1648. itemque Noviomagienſis de Anno 1697. Ryswicenſis de Anno 1684. Raſtadienſis, de Anno 1714. 6.) Capitulationes Cæſareæ à Carolo V. ad Carolum VI.

§. 24.

Privatum eſt, quod principaliter ad privatorum utilitatem pertinet. §. final. J. h. Privatum

§. 25.

Hoc eſt l. Civile ſtrictius ſic dictum, l. Criminale l. feudale.

§. 26.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. III. P. de Legibus, Senatusconſultis & longa conſuetudine. 2.) Lib. I. Tit. XIV. C. de Legibus tit. XVI. de Senatusconſultis. Lib. VIII tit. LIII. quæ ſit longa conſuetudo. Sedes materiæ.

§. 27.

Jus Civile ratione modi conſtituendi eſt l. ſcriptum l. non-ſcriptum. Civile.

§. 7.

Dicitur itaque jurisprudens, qui ſcit leges, earundemque uſum atque rationem. vid. Celſus l. 17. P. de LL. (1.)

§. 8.

Diviſio. Jurisprudentia varie dividi poteſt. Tot enim Jurisprudentiæ ſunt partes, quot Juris adparent ſpecies.

§. 9.

Præcipue dividitur 1.) ratione objecti materialis in univerſalem & particularem, 2.) ratione objecti formalis in Nomotheticam ſ. legislatoriam, Bulevticam ſ. Conſultatoriam & Dicaſticam ſ. Judiciariam.

§. 10.

Univerſalis. Univerſalis eſt notitia legum divinarum univerſalium, tam naturalium, quam poſitivarum. vid. Thomaſius in Jurispr. divina.

§. 11.

Particularis. Particularis autem eſt ſcientia legum divinarum & humanarum particularium, intuitu certi cujusdam populi ſ. civitatis lararum. vid. §. 1. & 2. J. de J. N. G. & C.

§. 12.

Hac ratione Jurisprudentia eſt l. divina l. humana. Illa tradit leges divinas; hæc autem ſiſtit leges humanas.

§. 13. Di-

(1.) Scire leges non eſt verba earum tenere, ſed vim ac poteſtatem i, e, uſum atque rationem, Celſus l. 17. P. de LL.

§. 13.

Divina eſt l. naturalis ſ. connata l. poſitiva ſ. revelata.

§. 14.

Naturalis eſt, quæ docet leges naturales l. ſecundum Jus Naturæ l. ſecundum Jus Gentium. Naturalis.

§. 15.

Poſitiva, quæ monſtrat leges divinas poſitivas l. univerſales l. particulares. Poſitiva.

§. 16.

Humana eſt l. eccleſiaſtica l. politica ſ. Civilis.

§. 17.

Jurisprudentia Eccleſiaſtica ſ. Conſiſtorialis docet leges eccleſiaſticas; Civilis autem leges Civiles. Eccleſiaſtica.

§. 18.

Politica ſ. Civilis eſt l. publica l. privata.

§. 19.

Publica eſt, quæ concernit leges publicas; privata autem quæ leges privatas ſpectat. Publica.

§. 20.

Privata eſt l. Civilis l. Criminalis l. feudalis. Civilis.

§. 21. Illa

§. 21.

Criminalis. Feudalis. Illa versatur circa leges Civiles s. forenses, ista circa criminales, hæc circa feudales.

§. 22.

Atque hoc respectu septem partes s. disciplinæ Jurisprudentiæ statui possunt: 1.) Jurisprudentia Naturalis & Gentium. 2.) Jurisprudentia divina positiva. 3.) Jurisprudentia Consistorialis. 4.) Civilis Privata. 5.) Civilis Publica. 6.) Feudalis. 7.) Criminalis.

§. 23.

Practica & Formularia. Quia vero omnia redeunt ad praxin, hisce jam addi poterit Jurisprudentia Practica & Formularia, cujus fundamenta nuperrime edidit Wernherus, Jurisconsultus apud Wittebergenses. vid. ejusdem Principia Jurispr. Formular.

§. 24.

Legislatoria. Quod jam divisionem ratione objecti formalis attinet, legislatoria curat leges in certam societatem introducendas, justitiæ & salutis causa. Hæc pertinet ad Principes & Magistratus.

§. 25.

Consultatoria. Consultatoria occupatur circa deliberationem aut consultationem eorum, quæ reipublicæ expediunt, adeoque legibus l. præcipi l. permitti debent. Hæc est Ministrorum & Consiliariorum.

§. 26. Ju-

§. 26.

Judiciaria consistit in legum in Republica constitutarum explicatione & adplicatione ad subditorum actiones. Spectat hæc ad Doctores & Judices. vid. Hassenius in Synops. Scient. de Prud. Moral. P. II. Prælim. Sect. I. Membr. I. Judiciaria.

§. 27.

Est itaque Jurisprudentia præstantissima & in omni vitæ genere tam necessaria, quam utilis. Usus & Præstantia.

§. 28.

Ideo non immerito vocatur Sapientia aut Philosophia & quidem vera non simulata. vid. Ulpianus l. 1. §. 1. P. h. (2.)

§. 29.

Debent enim omnes Jurisconsulti vere existere Sapientes aut philosophi h. e. boni bonaque philosophia instructi.

§. 30.

Siquidem Jurisconsultus integritatem amet, justum ab injusto secundum naturam & indolem cujusvis rei separet; præcipue autem sit fugiens clamosorum ac versutorum istorum rabularum, quibus, tanquam crumenimulgis justitia est venalis. vid. Hassenius in Synops. scientiæ de Prud. Moral. P. II. Sect. I. Membr. I.

§. 31. In

(2.) Veram non simulatam philosophiam affectamus. Ulpianus l. 1. §. 1. P. h.

§. 31.

In hiſce autem omnibus Jurisconſultus debet eſſe ſacerdos aſſiduus. vid. Ulpianus l. 1. §. 1. P. h. (3.)

§. 32.

Adminicula. Dantur etiam Jurisprudentiæ comparandæ adminicula tam generalia, quam ſpecialia.

§. 33.

Ad generalia referri poteſt: 1.) naturæ mentis humanæ bonitas, 2.) bona, ordinata & fida inſtitutio.

§. 34.

Specialia conſtituunt: 1.) Scientia philoſophiæ, 2.) notitia hiſtoriæ, inprimis pragmaticæ & patriæ, 3.) peritia rerum & artium plurimarum.

§. 35.

Nam, ut ſine philoſophia Jurisconſultus conſummatus dici non poteſt, ita hiſtoria & artes inveſtigationi æqui & boni lucem adferre ſolent.

Capi-

(3.) Merito quis nos ſacerdotes appellet. Ulpianus l. 1. §. 1. P. h.

Capitis Secundi
Sect. III.
De Jure.

Jus, cujus.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. I. J. de J. & J. Tit. II. de Jure Naturali Gentium & Civili. 2.) Lib. I. Tit. I. P. de J. & J.

Sedes materiæ.

SUMMARIA.

I. Notatio vocabuli Juris.
II. Ejusdem divisio ratione originis.
III. Modus & ratio causas in foris nostris & Collegiis decidendi secundum hæc Jura.

§. 1.

Vocabulum Juris, qui derivativum volunt, a jubendo s. jussu potissimum deducere solent. Notatio vocis.

§. 2.

Hoc varias acceptiones habet. vid. Paulus l. 11. & Marcianus l. 12. P. h. (1.) (2.)

(1.) Jus pluribus modis dicitur, uno modo, cum id, quod semper æquum & bonum est jus dicitur, ut est Jus Naturale. Altero modo, quod omnibus aut pluribus in quaque civitate utile est, ut est jus Civile. Nec minus jus recte appellatur in civitate nostra jus Honorarium. Prætor quoque jus reddere dr. etiam cum inique decernit, relatione scil. facta non ad id, quod ita Prætor fecit, sed ad illud, quod Prætorem facere convenit. Alia significatione jus dicitur locus, in quo jus redditur, appellatione collata ab eo, quod fit, in eo, ubi fit. Quem locum determinare hoc modo possumus, ubicunque Prætor salva majestate imperii sui, salvoque more majorum, jus dicere constituit, is locus recte jus appellatur. Paulus l. 11. P. h.

(2.) Nonnunquam jus etiam pro necessitudine decimus, veluti est mihi jus cognationis l. adfinitatis. Marcianus l. 12. P. h.

conf. Haſſenius in Synopſ. Scientiæ de Prud. Moral. P. II. Sect. I. Membr. II.

§. 3.

Nobis h. l. denotat juſſum aut præceptum faciendorum l. non faciendorum. vid. Marcianus l. 2. cc. fin. & Pomponius l. 3. P. h.

§. 4.

Definitio. Poteſt itaque jus dici norma ſ. regula a ſuperiore data, inferiores ad obſequium obligans. vid. Haſſenius l. c.

§. 5.

Diviſio, Dividitur ratione originis in divinum & humanum.

§. 6.

Divinum Divinum eſt, quod Deum habet autorem. a. §. pen. J. de J. N. G. &. C. (3.)

§. 7.

Hoc eſt l. naturale l. poſitivum.

§. 8.

Naturale Jus naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit. vid. pr. J. de J. N. G. & C. l. 1. §. 3. P. h.

§. 9.

Defenſores Triboniani h. l. diſtinguunt inter jus naturæ proprie & improprie ſic dictum, affirmantes, eum de poſteriori tantum locutum eſſe.

§. 10. Ve-

(3.) Jura naturalia divina quadam providentia conſtituta, ſemper firma atque immutabilia permanent. §. pen. J. de J. N. G. & C.

§. 10.

Verum, hæc diſtinctio ejusdem generis eſt, ac ſi quis inter hominem proprium & improprium diſtingueret & per hominem improprie dictum ſimiam, l. aliam beſtiam bipedem intelligeret. vid. Ludovicus in Uſu Pract. diſtinct. Jurid. P. h.

§. 11.

Quemadmodum vero nullum datur Jus Naturæ improprie ſic dictum, ita etiam hæc diſtinctio ejusdem defenſoribus ne ullum quidem uſum præſtare poteſt.

§. 12.

Eſt autem Jus Naturale, quod per ſolam rationem, recte adhibitam, unicuique ſine ſpeciali revelatione ex natura objectorum innoteſcit, & omnes homines obligat. vid. Haſſenius in Synopſ. Scient. de Prudent. Moral. P. II. Præl. Sect. II. Membr. I.

§. 13.

Poſitivum eſt, quod ſingulari promulgatione Numinis nititur. vid. Gerhardi Delineat. J. N. Lib. I. c. 7. Sed h. l. de humano eſt ſermo. Poſitivum.

§. 14.

Jus humanum dicitur illud, quod autore homine, eſt latum ſ. quod arbitrio humano conſtat. Humanum.

§. 15.

Est autem I. Ecclesiasticum I. Politicum s. Civile.

§. 16.

Ecclesiasticum. Ecclesiasticum est, quod versatur circa leges ecclesiasticas. Sed huc non pertinet.

§. 17.

Politicum s. Civile. Politicum s. Civile dicitur, quod cujusvis reipublicæ legislator in utilitatem suæ reipublicæ constituit. §. 1. J. de J. N. G. & C.

§. 18.

Id quod 1.) ratione finis dividitur in publicum & privatum, 2.) ratione modi constituendi autem in scriptum, & non-scriptum.

§. 19.

Publicum. Publicum est, quod directo & principaliter ad Reipublicæ constitutionem & conservationem spectat.

§. 20.

Hoc est I. Romanum I. Modernum.

§. 21.

Romanum. Romanum est, quod a Romanis est conditum. vid. Lib. X. XI. & XII. Cod.

§. 22.

Romano-Germanicum. Modernum s. Romano-Germanicum dicitur, quod in imperio Romano-Germanico, statibus imperii in communionem Majestatis adsci-

adſcitis, poſitum eſt. vid. Kemmerich in Introduct. ad Jus Publ. imperii Romano-Germanici, Proleg. c. I.

§. 23.

Leges hujus potiores ſcriptæ ſunt: 1.) Receſſus imperii, 2.) Aurea Bulla Caroli IV. de Anno 1356. 3.) Pax Publica ſ. Profana, de Anno 1495. 4.) Pax Religioſa, de Anno 1555. 5.) Pax Weſtphalica de Anno 1648. itemque Noviomagienſis de Anno 1697. Ryswicenſis de Anno 1684. Raſtadienſis, de Anno 1714. 6.) Capitulationes Cæſareæ à Carolo V. ad Carolum VI.

§. 24.

Privatum eſt, quod principaliter ad privatorum utilitatem pertinet. §. final. J. h. Privatum

§. 25.

Hoc eſt l. Civile ſtrictius ſic dictum, l. Criminale l. feudale.

§. 26.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. III. P. de Legibus, Senatusconſultis & longa conſuetudine. 2.) Lib. I. Tit. XIV. C. de Legibus tit. XVI. de Senatusconſultis. Lib. VIII tit. LIII. quæ ſit longa conſuetudo. Sedes materiæ.

§. 27.

Jus Civile ratione modi conſtituendi eſt l. ſcriptum l. non-ſcriptum. Civile.

§. 28.

Scriptum cujus descriptio. Scriptum dicitur, quod expressa legislatoris voluntate est latum atque promulgatum. §. 3. J. de J. N. G. & C. l. 32. P. d. LL.

§. 29.

Species. Jure Romano est l. in specie sic dictum l. Prætorium. Illud legibus, Plebiscitis, SCtis, Principum placitis & Responsis prudentum est introductum. Hoc autem ex Magistratuum edictis est profectum. vid. l. 7. P. de J. & J. §. 7. J. de J. N. G. & C.

§. 30.

Lex. Est itaque prima Juris Civilis scripti species lex, quæ dicitur jus, quod (in statu populari) populus Romanus Senatorio magistratu interrogante, (veluti consule, dictatore) constituit. §. 4. J. de J. N. G. & C.

§. 31.

In genere autem lex idem est, quod jus, nimirum est præceptum faciendorum l. non faciendorum. l. 2. P. de LL.

§. 32.

Seu: lex est voluntas superioris, qua subditis suis, addita obligatione, declarat, quid agere aut omittere debent. vid. Delineatio nostra Philosoph. Elect. Modernæ P. III. quæ, Deo annuente, quam primum in lucem prodibit.

§. 33. In

§. 33.

In ea requiritur, ut ſit poſſibilis, utilis atque perſpicua. Nam, ſi impoſſibilis, non poteſt impleri, ſi inutilis, fruſtra datur, ſi obſcura, non recte cognoſcitur.

§. 34.

Plebiſcitum.

Secunda ſpecies Juris ſcripti eſt Plebiſcitum, quod plebs (oppoſita ordini ſenatorio equeſtri) plebeo magiſtratu interrogante (veluti tribuno) promulgavit. d. §. 4.

§. 35.

Senatusconſultum.

Tertia ſpecies eſt Senatusconſultum, quod Senatus Juris ſanciendi ergo jubet atque conſtituit. §. 5. J. eodem.

§. 36.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. IV. de Conſtitutionibus Principum. 2.) Lib. I. Tit. XIV. C. de Legibus & Conſtitutionibus principum. Tit. XV. De Mandatis Principum. Tit. XIX. De Precibus Imperatori offerendis. Tit. XXI. Quando libellus Principi datus litis conteſtationem faciat. Tit. XXII. Si contra jus l. utilitatem publicam l. per mendacium fuerit aliquid poſtulatum l. impetratum. Tit. XXIII. De Diverſis Reſcriptis & pragmaticis ſanctionibus.

§. 37.

Principis conſtitutio.

Quarta ſpecies juris ſcripti eſt Principis placitum l. conſtitutio, quæ eſt jus, quod a

Principibus est promulgatum. §. 6. J. de J. N. G. & C. Ulpianus l. 1. P. h.

§. 38.

Hodie in territoriis Principum Germaniæ etiam magnam Juris partem constituit. conf. Kaiserl. Reichs-Hof-Raths-Ordnung/ Tit. 1. §. 15. Jeden Standes gute Ordnung.

§. 39.

Constitutio Principis dispescitur in generalem & specialem.

§. 40.

Generalis est, quæ omnes in territorio tenet. §. 6. J. de J. N. G. & C.

§. 41.

Ad hanc pertinet: 1.) Rescriptum, 2.) Decretum, 3.) Edictum.

§. 42.

Rescriptum. Rescriptum est, quod ad consultationem & relationem s. supplicationem aliorum datur. l. fin. C. de divers. rescript.

§. 43.

Est vel justitiæ l. gratiæ. Illud spectat ad juris executionem, & judici dicit, quod sequi debeat. vid. c. 12. 27. de Rescript. c. 1. eodem in 6. l. 2. C. si contra jus l. util. Hoc pertinet ad officium l. beneficium supplicanti concedendum. v. g. in moratorio.

§. 44. In

§. 44.

In omni rescripto requiritur: 1.) veritas precum & insinuatio legitima, 2.) convenientia cum Jure & utilitate publica, 3.) annotatio temporis & 4.) Principis subscriptio & sigillum. vid. c. 2. X. de Rescript. (4.) l. 4. & 5. C. si contra. l. 7. C. de diversis Rescript. l. 3. C. de prec. Imp. off. (5.) l. fin. C. si contra jus. (6.) l. 4. C. de divers. Rescript. l. 3. l. 6. eodem.

§. 45.

Decretum autem est, quod princeps inter partes litigantes, causa cognita, pronunciat. §. 6. J. de J. N. G. & C. Decretum.

§. 46.

Hodie transit in rem judicatam, nisi intra decendium remedio suspensivo a viribus rei judicatæ suspendatur. conf. Carpzovius P. I. Const. 26. Def. 19.

§. 47.

Non tamen est lex, sed sententia ex lege prolata. vid. Callistratus l. 38. P. de LL.

[D] 5 §. 48. Edi-

(4.) In rescriptis Jure Canonico subintelligenda est conditio: si preces veritate nitantur, etiamsi non apponatur. c. 2. X. de Rescript.

(5.) Nec damnosa fisco, nec juri contraria postulari oportet. Constantinus l. 3. C. de precibus.

(6.) Omnes judices nullum rescriptum, nullam pragmaticam sanctionem, nullam sacram adnotationem, quæ generali juri l. utilitati publicæ adversa videtur, in disceptationem cujuslibet litigii patiantur proferri. Anastasius l. 6. C. si contra jus.

§. 48.

Edictum. Edictum est, quod princeps proprio motu generaliter in utilitatem Reipublicæ constituit. vid. l. 3. C. de LL.

§. 49.

Hoc quemadmodum olim legis gaudebat autoritate; ita & hodie in statu monarchico idem esse solet, quod lex. vid. d. l.

§. 50.

Ad specialem Principis constitutionem recenseri potest: 1.) mandatum & 2.) privilegium.

§. 51.

Mandatum. Mandatum est, quod Princeps spontaneo motu in gratiam certæ personæ profert. vid. l. 3. C. de LL.

§. 52.

Privilegium. Privilegium est, quod contra Juris generalis tenorem legitime concessum est. vid. l. 14. 16. de LL.

§. 53.

Hoc est 1.) l. proficuum s. favorabile l. odiosum, 2.) l. reale l. personale, 3.) l. temporarium l. perpetuum.

§. 54.

Favorabile. Favorabile est, quod in favorem, personæ l. causæ concediter & beneficium ex indul-

dulgentia Imperantis vocatur. vid. Javolenus l. 3. P. h.

§. 55.

Est itaque lex, quæ ex voluntate Principis uni subditorum impertit, quod alteri jure negatur.

§. 56.

Intelligitur autem lex propria non tantum concessiva, sed & præceptiva. Accedit enim concessioni prohibitio, ne alii jus datum violent, aut sibi exoptent.

§. 57.

Hac ratione dicitur lex non ratione ejus, cui conceditur, sed ratione eorum, quibus prohibito fieri solet.

§. 58.

Ast non debet privilegium utilitati publicæ refragari. vid. l. 3. & 7. C. de precib. Imp. conf. Strychius in U. M. h. §. 9. 10.

§. 59.

Odiosum olim erat lex specialis, quæ singularem pœnam certæ personæ extra ordinem irrogabat. vid. Ulpianus l. 2. P. de his, qui sui. Odiosum

§. 60.

Verum pœnæ singulares jam a Theodosio executione celeriori sunt exemtæ & in Germania in totum cessant, & per consequens etiam privilegium odiosum. vid. l. 20. C. de Pœn. conf. Beier ad P. h.

§. 61. Rea-

§. 61.

Reale. Reale eſt, quod rei conceditur eique inhæret, ita, ut immediate & directo rei emolumentum intendat.

§. 62.

Perſonale Perſonale vero, quod certæ perſonæ, ſine reſpectu rei cujuspiam, datur. v. g. jus aquæ ducendæ aliquando conceditur prædiis, aliquando perſonæ. vid. Ulpianus l. 1. §. 43. P. d. aqu.

§. 63.

Reale ad ſucceſſorem transmittitur, perſonale vero cum ea extinguitur. vid. Modeſtinus l. 196. P. de R. J. (7.)

§. 64.

Gratuitum. Oneroſum. Utrumque eſt l. gratuitum l. oneroſum. Illud ex mera gratia confertur, hoc ex merito & titulo oneroſo deſcendit.

§. 65.

Gratuitum facile revocatur; oneroſum vero revocari non poteſt, ſalvis legibus naturalibus de validitate pactorum. Excipitur, ſi illis, quorum intereſt, ſatisfieri ſolet.

§. 66.

In dubio præſumitur oneroſum.

§. 67. Tem-

(7.) Privilegia quædam cauſæ ſunt, quædam perſonæ & ideo quædam ad heredem transmittuntur, quæ cauſæ ſunt: quæ perſonæ ſunt, ad heredem non transeunt. Modeſtinus l. 196. P. de R. J.

§. 67.

Temporarium est, quod ad certum tempus est concessum & natura sua tempore præscripto cessat. Temporarium.

§. 68.

Perpetuum vero, quod l. perpetuo, re scil. existente, vel usque ad mortem singularis personæ durare solet. Perpetuum.

§. 69.

Amittitur privilegium: 1.) non usu decennii tempore, a. l. 1. P. de Nund. 2.) abusu, a. §. 2. J. de his, qui sui l. alien. 3.) extincta personarum & rerum qualitate, propter quam indultum est. l. 6. §. 14. l. 8. §. 1. de Excus. 4.) sublato subjecto, cui inhæret. a. l. 68. l. 196. P. de R. J.

§. 70.

A privilegio probe secerni debet jus singulare, quod integro alicui ordini, jure communi conceditur, & vocatur privilegium in corpore juris clausum. Si legibus continetur, probatione non indiget & regulariter transit ad successores. vid. Ludovicus in Doctr. Pand. h. §. 7. Jus singulare.

§. 71.

Quinta species Juris scripti est responsum prudentum, quod est sententia & opinio eorum, quibus permissum erat de Jure respondere. §. 8. J. de J. N. G. & C. Responsum prudentum.

§. 72. Olim

§. 72.

Olim autoritatem juris ſcripti, quam temporibus Auguſti acceperunt, habebant; hodie vero tantum probabilis cenſetur. vid. l. 2. §. 47. de O. J.

§. 73.

Eſt tamen diſtinguendum inter reſponſum informatorium & litis deciſorium.

§. 74.

Illud dicitur, quod ad petentis informationem datur, & quod impetrans ſequi non tenetur. vid. R. J. de Anno 1654. §. 96.

§. 75.

Hoc eſt, quod ad acta remiſſum, & judex illud regulariter ſequi debet. vid. R. J. de Anno 1654. §. 113. Ord. Cam. art. 160. 165.

§. 76.

Transmiſſio vero actorum, a partibus petita, a judice ſine juſta cauſa denegari non poteſt. vid. Mevius P. V. Deciſ. 358.

§. 77.

Jus Prætorium ſ. Honorarium.

Jus Prætorium ſ. Honorarium eſt, quod ex magiſtratuum edicto deſcendit. §. 7. J. de J. N. G. & C. Hoc iterum diſpeſcitur in Prætorium in ſpecie ſic dictum l. ædilitium.

§. 78. Præ-

§. 78.

Prætorium in ſpecie ſic dictum eſt, quod Prætores l. Juris Civilis adjuvandi l. ſupplendi l. corrigendi gratia introduxerunt. §. 7. J. de J. N. G. & C. l. 7. §. 1. P. de J. & J.

§. 79.

Ædilitium dicitur, quod ex edicto ædilium provenit. d. §. 7. l. 1. P. de Ædilit. edict.

§. 80.

Hactenus de Jure ſcripto, ſequitur non ſcriptum. Non-ſcriptum.

§. 81.

Jus non-ſcriptum ſ. conſuetudo eſt jus, quod tacita legiſlatoris voluntate, moribus utentium eſt introductum. vid. §. 3. 9. J. d. J. N. G. & C. l. 32. §. 1. P. de LL. (8.)

§. 82.

Hæc eſt l. univerſalis, quæ in toto imperio Romano-Germanico locum habet, ut conſuetudines feudales, l. particularis, quæ in certa parte imperii attenditur.

§. 83.

Si particularis in certa provincia imperii obtinet, dicitur provincialis; Si vero in certo loco imperii reſpicitur, nuncupatur localis. vid. l. 50. §. ult. de LL.

§. 84. Re-

(8.) Inveterata conſuetudo pro lege non immerito cuſtoditur. *Julianus* l. 32. §. 1. P. d. LL.

§. 84.

Requiritur autem in consuetudine, ut sit rationabilis, pluribus actibus, sufficientique temporis spacio superstructa.

§. 85.

Rationabilis dicitur, quæ nec juri divino, nec naturali, nec communi Reipublicæ utilitati repugnat. vid. c. fin. X. de Consuetud. (9.) l. 15. P. de LL. l. 39. eod. (10.)

§. 86.

Actuum frequentia & diuturnitas temporis tanta sufficit, quanta requiritur ad probandum tacitum consensum. vid. a. l. 1. §. 2. de Jur. delib.

§. 87.

Hinc jure communi determinatio arbitrio judicis commissa plerisque videtur.

§. 88.

Præter hoc videtur tamen spacium decem l. viginti annorum Jure Civili determinatum. conf. Hermogenianus l. 35. P. de LL. & Imp. Alexander l. 1. C. quæ sit longa consuetud.

§. 89. Jure

(9.) Naturali Juri consuetudine derogari non potest. c. final. X. de Consuetud.

(10.) Quod non ratione introductum, sed errore primum, deinde consuetudine obtentum est; in aliis similibus non obtinet. Celsus l. 39. P. de LL.

§. 89.

Jure Saxonico 36. anni, ſex ſeptimanæ cum tribus diebus a doctoribus requiruntur. conf. Colerus P. I. Dec. 21. vid. Land-Recht. Lib. I. art. 29. 38.

§. 90.

A conſuetudine differunt obſervantia & ſtilus curiæ.

§. 91.

Obſervantia eſt frequens uſus actuum quorundam in judicio; Stilus curiæ vero eſt obſervantia formæ & ordinis in proceſſu judiciario, aut aliorum negotiorum curiæ, quæ ut lex ſervari ſolet. vid. l. 3. §. 6. de Teſt. Obſervantia. Stilus curiæ.

§. 92.

Ex hiſce juribus modus & ratio controverſias decidendi, quæ foris Germaniæ Collegiisque Juriſconſultorum eſt uſita, promte atque certe inſtitui poteſt. Modus decidendi controverſias.

§. 93.

Attenditur enim ad jus particulare æque ac univerſale.

§. 94.

1.) Primum locum accupant leges ſtatutariæ, unius cujusque loci, ad quas ante omnia reſpici debet.

§. 95.

2.) His deficientibus, ſequitur recepta ſingularis conſuetudo loci, quæ ſtatutum imitari ſolet.

§. 96.

3.) Ab hac progrediendum eſt ad Jus Provinciale ſcriptum & quod recenter datum.

§. 97.

4.) Dehinc etiam ad jus conſuetudinarium provinciæ & antiquius avorum traditione ad nos translatum.

§. 98.

5.) Hoc excipient leges communes imperii Germanici.

§. 99.

6.) Hiſce pari ratione ſubjungitur jus Juſtinianeum ac Pontificium.

§. 100.

7.) Tandem non eſt prætereundum Jus Naturale & Prudentia Status: nam omnes ac ſingulæ leges ad Juris Naturalis amuſſim & rationem ſtatus publici exigi debent.

(o)

Cap. III.

De Interpretatione Juris, ejusdemque Fontibus & Regulis, nec non de Æquitate.

§. 1.

Jura per commodam & æquam interpretationem adplicari debent.

§. 2.

I. Interpretatio Juris generatim.
II. Ejusdem Fontes & Regulæ.
III. Æquitas.

Capitis Tertii

Sect. I.

De Interpretatione Juris generatim.

Interpretatio, cujus.

SUMMARIA.

I. Interpretationis Juris definitio.
II. Ejusdem divisio.
III. Ejusdem objectum.
IV. Ejusdem requisita.

§. 1.

Definitio. Interpretatio Juris est voluntatis dubiæ s. obscuræ expositio, secundum verba, sensum ac rationem, justæ adplicationis ergo, facta.

§. 2.

Sunt itaque tria in legis expositione perspicienda, nimirum verba, sensus & ratio legis.

§. 3.

Verba nihil aliud sunt, quam extrinsecum quoddam, ac veluti corpus, aut materia legis.

§. 4.

Duplicem autem sustinent significationem vulgarem & artificialem.

§. 5.

Sensus legis est intrinsecum quoddam & quasi spiritus, legis verba vivificans. Dicitur etiam mens, sententia & voluntas legis.

§. 6.

Ratio legis est causa finalis, quæ legislatorem movit ad legem ferendam.

§. 7.

Hæc l. ipsa lege continetur l. aliunde repeti debet.

§. 8.

Divisio. Hinc interpretatio est l. Grammaticalis l. Logica s. Juridica.

§. 9. Gram-

§. 9.

Grammaticalis est evolutio vocis, qua ejusdem etymologia, homonymia & synonymia, adeoque vis grammatica, nec non signorum distinctio consideratur. Grammaticalis

§. 10.

Hoc loco de interpretatione logica proprie est sermo; quamvis & illa sua utilitate non careat.

§. 11.

Logica vero s. Juridica est, quando sensus legis indagatur atque explicatur. Juridica.

§. 12.

Distinguitur in Authenticam, Usualem & Doctrinalem. Authentica.

§. 13.

Authentica dicitur, quando scribens l. loquens mentem suam verbis clarioribus ipse expressit.

§. 14.

Hæc censetur optima: nam ejus est leges interpretari, cujus est leges condere, cum quilibet verborum suorum optimus sit interpres.

§. 15.

Usualis nuncupatur, quando mens & sententia legis duræ l. obscuræ ex consuetudine, tacito superioris consensu introducta, declaratur. Usualis.

§. 16.

Huc pertinent: 1.) Optima legum interpres quandoque est consuetudo. vid. Julianus l. 32. Callistratus l. 37. P. d. LL. 2.) Stilus curiæ valet plus juris, quam tota scientia Juris.

§. 17.

Doctrinalis.

Doctrinalis appellatur, quando a doctoribus Juris s. antecessoribus, subsidio scientiæ legitimæ interpretatio legis, secundum ejusdem sensum & rationem, peragitur & ad casum adplicatur. vid. l. 2. §. 13. P. de O. J. (1.)

§. 18.

Est autem l. declarativa s. explicativa l. extensiva s. ampliativa l. restrictiva s. limitativa.

§. 19.

Declarativa.

Declarativa, quæ etiam simplex dicitur, est declaratio, qua sensus legis ex significatione verborum tam propria, quam impropria evolvitur. vid. l. 24. P. de LL. (2.)

§. 20.

Hac ratione interdum etiam impropria præfertur propriæ; prout subjecta materia requirit. a. l. 67. P. d. R. J.

§. 21. Ex-

(1.) Constare non potest jus, nisi sit aliquis Jurisperitus, perquem possit quotidie in melius produci. Pomponius l. 2. §. 13. P. de Orig. Jur.

(2.) Incivile est, nisi tota lege perspecta, una aliqua particula ejus proposita, judicare l. respondere. Celsus l. 24. P. d. LL.

§. 21.

Extensiva est declaratio, qua verba legis angustiora ad casus similes, ex ejusdem mente & ratione extenduntur. vid. Ulpianus l. 10. 11. 12. P. d. LL. Ulpianus l. 13. P. eodem. (3.) Extensiva.

§. 22.

Restrictiva est declaratio, qua verba latiora s. nimis generalia, ad mentem loquentis l. scribentis, restringuntur. vid. l. 14. P. d. LL. c. 28. d. R. J. 6. (4.) Restrictiva.

§. 23.

Versatur itaque declarativa circa verba obscuriora, ad mensem loquentis l. scribentis perspicue explicanda. Objectum quidem declativæ.

§. 24.

Existit autem obscuritas partim in verbis, partim in complexu verborum.

§. 25.

Obscuritas verborum descendit l. a figura verborum externa, l. a sensu interno.

§. 26.

Illud accidere solet: 1.) vitium in scribendo committendo, 2.) interpunctiones aut omittendo aut indebite ponendo, 3.) ductus non legibiles, abbreviaturas, lituras, aut characteres incognitos adhibendo.

[E] 4 §. 27. Hoc

(3.) Quoties lege unum atque alterum introductum est, cetera, quæ tendunt ad eandem utilitatem, interpretatione supplenda sunt. Ulpianus l. 13. P. d. LL.

(4.) Quæ a jure communi exorbitant, nequaquam sunt ad consequentiam trahenda. c. 28. de R. J. 6.

§. 27.

Hoc vero contingere potest, quando verba l. obscura l. obsoleta l. nova & peregrina l. ambigua l. translata ponuntur.

§. 28.

Obscuritas orationis provenit l. ex omissione, l. ex abundantia l. ex contrarietate.

§. 29.

Hisce inesse potest, tanquam causa remota, l. dolus loquentis aut scribentis l. culpa l. casus.

§. 30.

Extensivae. Extensiva occupatur circa verba angustiora ad casus non expressos extendenda.

§. 31.

Restrictivae. Restrictiva pro objecto habet verba nimis generalia, quae ad mentem loquentis l. scribentis restringi debent.

§. 32.

Requisita. Requiritur hac ratione ad interpretationem Juris 1.) cognitio signorum, 2.) notitia circumstantiarum, 3.) formatio status controversiae, & 4.) Judicium sanum.

§. 33.

Cognitio signorum est intelligentia valoris verborum, phrasium & idiotismorum linguae.

§. 34. Ex-

§. 34.

Notitia circumſtantiarum inveſtigari poteſt, ſi cauſa efficiens ſcripti l. ſermonis, materia, forma, finis & ſcopus rite conſiderantur.

§. 35.

Formatio ſtatus controverſiæ rite fieri ſolet, quando poſt evolutionem æquivocationum tam ſingulorum terminorum, quam integræ propoſitionis, monſtratur, quo ſenſu, quo reſpectu, quove modo propoſitio ſit capienda.

§. 36.

Judicium in facultate recte concludendi circa res intellectas conſiſtit.

Capitis Tertii
Sect. II.
De Fontibus & Regulis interpretationis.

Fontes & Regulæ.

SUMMARIA.

I. Fontes & regulæ interpretationis declarativæ generales & ſpeciales. Interpretationis.
II. Interpretationis extenſivæ.
III. Interpretationis reſtrictivæ.
IV. Regulæ quædam interpretationis bonæ.

§. 1.

Declarativæ generales.

Fontes interpretationis declarativæ generales respiciunt l. materiam l. effectum l. conjuncta l. qualitatem.

§. 2.

Circa materiam valent regulæ: 1.) Verba intelligenda sunt secundum substratam materiam. 2.) Talia sunt prædicata, qualia permittuntur esse a suis subjectis, & v. v. 3.) Favorabilia latius, odiosa strictius sunt interpretanda.

§. 3.

Respectu effectus obtinent regulæ: 1.) Leges ita sunt explicandæ, ut effectum sortiantur, atque negotium, de quo disponunt, potius valeat, quam pereat. 2.) Verba explicanda sunt, ut non pugnent cum legibus. 3.) Omnis interpretatio ita fieri debet, ut sensus eruatur verisimilis, evitetur absurditas aut iniquitas, & excludatur delictum.

§. 4.

Ad conjuncta respiciunt regulæ: 1.) In omni interpretatione ad consequentia & antecedentia, l. conjunctim l. separatim, est respiciendum. 2.) Quæcunque interpretatio rationi, tam intrinsecæ s. causæ finali, quam extrinsecæ s. causæ impulsivæ, congruit, ea tenenda est præ illa, quæ ab eadem discrepat. 3.) Locutiones obscuræ aut dubiæ, ex sermone

ne ejusdem autoris, alio in loco, l. alio tempore, plane & perſpicue expreſſo, ſunt explicandæ.

§. 5.

Ratione qualitatis notandæ ſunt regulæ: 1.) Verba in dubio ita ſunt interpretanda, ut conditioni ejus, a quo, l. ad quem, l. de quo, ſermo habetur, conveniant. 2.) Ea capienda eſt interpretatio, quæ affectioni cujusque ad perſonam l. ad rem eſt conveniens.

§. 6.

Fontes autem ſpeciales hujus interpretationis ſunt, quæ ad certa genera obſcuritatis tollenda aliquid conferunt. Speciales

§. 7.

Potiores hi cenſentur: 1.) comparatio, 2.) uſus loquendi communis, 3.) rationabilitas. Unde naſcuntur ſequentes regulæ: 1.) Quotiescunque ſcriptura ob externam formam eſt obſcura, toties adhibenda eſt comparatio literarum l. quorumlibet ſignorum. 2.) Verba ſunt accipienda in propria & naturali ſignificatione, quam quiſque communiter adhibere voluiſſe creditur. 3.) In interpretatione legis l. ſententiæ, a judice prolatæ, ſignificatio juridica vulgari, ut conſuetudo communis uſui privato, præferri debet. 4.) In quæſtionibus autem facti ſignificatio vulgaris præferenda eſt ſignificationi Juridicæ. 5.) Quamdiu lex ullam admittit

mittit rationem, non omnem respuere interpretationem, censenda est.

§. 8.

Extensivæ interpretationis fontes sunt: 1.) rationis identitas, 2.) similitudo, 3.) contrarietas, 4.) connexio antecedentis & consequentis. Exinde formantur regulæ: 1.) Ubi eadem ratio, ibi eadem dispositio. 2.) Ubi similis ratio, ibi etiam simile jus. 3.) Contrariorum contraria est ratio & contrarius effectus. 4.) Quidquid operatur propositio in proposito, id operatur oppositum in opposito. 5.) Cum lex in præteritum aliquid indulget, sive ignoscit, in futurum vetat, sive in statu prohibitorio relinquit. 6.) Consequens qui vult, vult etiam necessarium antecedens. 7.) Concesso uno, etiam concessum illud videtur, sine quo id, quod concessum est, non potest expediri l. obtineri. 8.) Antecedenti concesso, etiam necessarium consequens simul concessum esse existimandum est.

§. 9.

Fontes interpretationis restrictivæ sunt: 1.) ratio adæquata, 2.) substrata materia, 3.) loci parallelli. Ex his sequuntur regulæ: 1.) Quoties verba generaliora sunt ratione, toties sunt restringenda. 2.) Materiam substratam animo loquentis semper obversari credibile est, licet verba latius patere videantur. 3.) Lex posterior generalis limitatur lege speciali priori.

§. 10.) Ce-

§. 10.

Ceterum regularum bonæ interpretationis compendiolum ex Hornio hoc esse poterit: 1.) Distincte consideranda est persona loquentis l. scribentis, ratione status, adfectus & inclinationis. 2.) Attendum studiose est, de qua re autor scribere l. dicere constituerit. 3.) Accurate inspiciendus est textus orationis s. conferenda sunt consequentia cum antecedentibus. 4.) Conquirendi sedulo sunt loco parallelli s. spectandum, quod alibi autor scripsit. 5.) Habenda omnino est ratio circumstantiarum, loci, temporis, occasionis, finis, nec non personarum. 6.) Ea præcipue interpretanda est interpretatio, quæ cum ratione legis s. causa scribentis loquentisve concordat. 7.) Omnis interpretatio ita est facienda, ut sanæ rationi congruat, neque effectu destituatur.

§. 11.

Est itaque Doctrina Hermenevtica tam necessaria, ut sine hac legalis scientia ne mente quidem concipi possit. vid. Delineatio nostra Philosophiæ Elect. Modern. P. I. Tr. I. c. II. Doctrinæ necessitas.

§. 14.

Dolendum ergo est, quod hocce nobilissimum argumentum in Cursu Juris tam leviter tangatur l. plane negligatur.

Capi-

Capitis Tertii
Sect. III.
De Æquitate.

Æquitas, cujus.

SUMMARIA.

I. Vox & definitio æquitatis.
II. Ejusdem divisio.
III. Ejusdem fundamentum.
IV. Tractationis hujus utilitas atque necessitas.

§. 1.

Notatio vocis. Vocabulum æquitatis, quod ab æquo descendit, vi etymi significat congruentiam, harmoniam & convenientiam, s. uno verbo, constitutionem æqualem.

§. 2.

In Jurisprudentia l. generaliter l. specialiter accipi potest.

§. 3.

In significatione generali de omni jure prædicari potest, & justitiæ est Synonymum, idemque dicitur, quod generaliter est justum. Huc pertinet definitio Juris l. 1. P. de J. & J.

§. 4.

Significatione autem speciali designat legis ad speciales casus æquam accommodationem, secundum circumstantias.

§. 5.

Definitio Si itaque rem spectes, æquitas est dictamen rectæ rationis, secundum quod leges, homi-

hominumque negotia, ita explicantur, ut nemo præter meritum incommodi quid, aut iniqui ſentiat.

§. 6.

Dividitur partim ratione principii in natu- **Diviſio.** ralem & civilem, partim ratione objecti formalis in ſcriptam & non-ſcriptam.

§. 7.

Naturalis eſt, quæ principio aliquo Juris **Naturalis.** Naturæ nititur; Civilis autem, quæ principio **Civilis.** civili fundatur, i. e. utilitate & neceſſitate publica.

§. 8.

Scripta dicitur, quæ circa illas facti ſpecies **Scripta.** exercetur, quæ præjudicium habent in legibus ſcriptis, per reſponſa & interpretationes JCtorum, ratione caſuum & circumſtantiarum ad æquitatem jam reductis.

§. 9.

Non-ſcripta eſt, quæ in illis facti ſpeciebus **Non-ſcripta.** attenditur, quæ nullum præjudicium in legibus ſcriptis habent, ſed propter novas circumſtantias, novam, nec dum factam, diciſionem, ex æquitate requirunt.

§. 10.

Fundamentum ejusdem eſt congruentia **Fundamentum.** juris adplicandi cum facto, quoad circumſtantias, formaliter & ſecundum æſtimationem moralem conſiderantas, prout naturalis aut civilis ratio ſuadet.

§. 11. Sunt

§. 11.

Sunt itaque in explicatione & adplicatione juris circumſtantiæ attendendæ: nam minima circumſtantia totum variat jus.

§. 12.

De ſingulis igitur circumſtantiis ſubtiliter eſt inquirendum.

§. 13.

Circumſtantiæ vero hoc verſu vulgari comprehenduntur: Quis? quid? ubi? quibus auxiliis? cur? quomodo? quando?

§. 14.

Quis? deſignat qualitatem perſonæ, prout eam in genere producunt bona animi, corporis & fortunæ.

§. 15.

Hac ratione reſpiciendum eſt: 1.) ad ætatem. vid. Paulus l. 108. P. d. R. J. (1.) 2.) ad conditionem, ad confeſſionem liberam, diuturnam captivitatem, perpeſſionem torturæ, morbum graviorem &c. 3.) ad officium, quo perſona dignior fungitur. vid. Ulpianus l. 5. & 9. P. de Pœnis.

§. 16.

Quid? denotat conditionem & proprietatem actus ſ. qualitatem & quantitatem objecti, e. g. in re furto ablata, non tantum qualitas,

(1.) Fere in omnibus pœnalibus judiciis & ætati & imprudentiæ ſuccurritur. P. l. 108. P. d. R. J.

tas, ſed & quantitas conſiderari debet. vid. Claudius Saturninus l. 16. P. de Pœn.

§. 17.

Ubi? reſpicit conditionem loci, utrum publicus ſit, an privatus, ſacer, an profanus, ordinarius, an extraordinarius, privilegiatus, an minus ſic dictus.

§. 18.

Quibus auxiliis? indicat inſtrumenta, quibus aliquid peragitur, quorum differentia diligenter eſt examinanda. vid. D. Hadrianus apud Marciannm l. 1. §. 3. P. ad Leg. Cornel. de Sicar.

§. 19.

Cur? exhibet intentionem & finem agentis, eſt circumſtantia, quæ notatu digniſſimam & uberrimam æquitatis materiam ſuppeditat, e. g. homicidium tuendæ vitæ cauſa in latrone remittitur.

§. 20.

Quomodo? concernit formam facti, an nimirum dolo, culpa, ex errore, ignorantia, aut adfectu graviore, caſu fortuito, vi, aut metu contigerit, e. g. qui juſta ſtimulatus ira exceſſum committit, veniam meretur. vid. l. 38. §. 8. ad Leg. Jul. de adult. item qui, ebrietate præter culpam contracta, peccat, clementius puniri poteſt. vid. l. 6. §. 7. de Re milit.

§. 21.

Quando? monſtrat adjunctum temporis, an ſcil. fuerit dies feſtus l. profeſtus, terminus legalis, tempeſtas publicæ calamitatis &c. quæ omnia maxime ſunt attendenda.

§. 22.

Atque hoc modo æquitatis materia hic valde est necessaria: nam, quod anima in corpore, id æquitas in Jure & negotiis hominum esse solet.

§. 23.

Vitanda tamen est æquitas cerebrina, quæ sufficientem rationem non habet & originem ex præjudiciis, communi omnium errorum fonte, tam nimiæ confitentiæ, quam nimiæ diffitentiæ, trahit.

§. 24.

Deinde vitanda quoque est callida & malitiosa juris legitimi interpretatio. vid. Paulus l. 29. Ulpianus l. 30. P. de LL. l. 5. C. eodem.

§. 25.

Denique evitari debet rigor Juris s. summum jus, quod sæpius summa injuria esse solet. vid. Julianus l. 15. P. de LL. (2.) Celsus l. 17. l. 18. P. eodem. (3.) Modestinus l. 25. P. eodem. (4.) Ulpianus l. 14. §. 13. P. de Relig. & sumt. fun. Ulpianus l. 4. §. 1. P. de eo, quod certo loco. Constant. & Licia. l. 8. C. de Judic. (5.) Pars

(2.) In his, quæ contra rationem juris constituta sunt, non possumus sequi regulam juris. Julian. l. 15. P. de LL.

(3.) Benignius leges interpretandæ sunt, quo voluntas earum conservetur. Celsus l. 18. P. eodem.

(4.) Nulla juris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, ut, quæ salubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad severitatem. Modestinus l. 25. P. eodem.

(5.) Placuit in omnibus rebus præcipuam esse justitiæ æquitatisque, quam stricti Juris rationem. Impp. Constant. & Licia. l 8. C. de Judic.

PARS
PRINCIPALIS.
CONSPECTUS.

I. De Jure Perſonarum.
II. De Jure Rerum.
III. De Modo & Ratione jus ſuum tuendi ac perſequendi in Judicio.

Partis Principalis

Tractat I.

De Jure Perſonarum.

Conſpectus.

I. Status Hominum & Jus Perſonarum generatim.
II. Jus Perſonarum ex ſtatu naturali.
III. Jus Perſonarum ex ſtatu legali.
IV. Actiones ad Jus perſonarum pertinentes.

Cap. I.

De Statu Hominum & Jure Perſonarum generatim.

Contenta.

I. Status Hominum &
II. Jus Perſonarum generatim.

Capitis Primi

Sect. I.

De Statu Hominum generatim.

Status hominum, cujus.

Vid. Lib. I. Tit. V. P. de Statum hominum.

SUMMARIA.

I. Tractationis ratio & ſtatus definitio.
II. Ejuſdem diviſio.

§. 1.

Quia hominum causa omne jus est constitutum, ideo de Jure personarum primo recte agitur. vid. l. 2. P. h.

§. 2.

Jus personarum autem oritur ex differentia personarum, in re publica viventium, quæ status vocatur. vid. Hermogenianus l. 2. P. h.

§. 3.

Definitio. Est itaque status certa vivendi conditio, secundum quam jus redditur in societate.

§. 4.

Divisio. Redditur hoc partim ex ratione naturali, partim ex dispositione legum civilium.

§. 5.

Unde status, communi more loquendi, dispescitur in naturalem & legalem s. civilem.

Capi-

Capitis Primi
Sect. II.
De Jure Personarum generatim.

Jus personarum generatim.

§. 1.

Vid. Lib. I. Tit. III. J. de Jure Personarum. Sedes materiæ.

§. 2.

Vocabulum personæ h. l. denotat hominem in societate civili viventem. a. rubr. J. h. Vocabulum personæ.

§. 3.

Jus personarum est facultas, quæ homini ex suo statu competit. Jus personarum definitur.

§. 4.

Hoc Jus non est confundendum cum statu hominum, ex quo illud descendit. Differunt enim inter se, ut causa & effectus. Jus personarum & status differunt

Cap. II.

De Jure Personarum ex statu naturali.

Jus personarum ex statu naturali.

§. 1.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. III. J. d. J. P. 2.) Lib. I. Tit. V. P. De statu hominum.

§. 2.

Post statum hominum & Jus personarum generatim consideratum sequitur status naturalis.

§. 3.

Contenta.

Contenta.

I. Status naturalis in genere.
II. Homines ratione nativitatis, sexus, ætatis, valetudinis & bonorum considerati in in specie.

Capitis Secundi
Sect. I.
De Statu Naturali in genere.

Status naturalis generatim. Definitur.

§. 1.

Status naturalis est conditio, quam homines a natura habent, secundum quam etiam jus in societate variat.

§. 2. Huic

§. 2.

Hinc homines dividuntur: 1.) ratione nativitatis, in jam natos & nascituros, 2.) ratione sexus in masculos & feminas, quibus excessus naturæ addidit hermaphroditos, 3.) ratione ætatis in impuberes & puberes, 4.) ratione valetudinis in sanos & morbo laborantes, 5.) ratione bonorum, in pauperes & divites. Homines distinguuntur.

Capitis Secundi

Sect. II.

De Hominibus ratione nativitatis, sexus, ætatis, valetudinis atque bonorum consideratis in Specie.

SUMMARIA.

I. Homines ratione nativitatis.
II. Ratione sexus.
III. Ratione ætatis.
IV. Ratione valetudinis atque bonorum.

§. 1.

Homines in statu naturali ratione nativitatis sunt l. nati l. nascituri. Ratione nativitatis.

§. 2.

Nati dicuntur, qui jam nati existunt. Nati.

§. 3.

Naſcuntur autem homines l. ex concubitu legitimo l. prohibito.

§. 4.

Hinc liberi ſunt l. legitimi l. illegitimi.

§. 5.

Legitimi. Partus ſeptimo l. octavo menſe editus, a die nuptiarum celebratarum, juſtus atque legitimus, ſecundum Medicorum & Juriſconſultorum ſententiam, habetur. vid. Paulus l. 12. P. h. (1.)

§. 6.

Alii vero recentiorum partum quoque ſextimeſtrem legitimum admittunt. vid. Stryckius in U. M. P. h. §. 14.

§. 7.

Porro ratione maculæ & favoris liberorum pro legitimis habentur etiam illi, quorum partum l. ſponſalia præceſſerunt l. nuptiæ ſecutæ ſunt. vid. Juſtinianus l. 11. C. de Natural. lib.

§. 8.

Habentur denique eadem ratione legitimi, qui initio undecimi menſis poſt mortem patris ſunt prognati. Nov. 39. c. 2.

§. 9. Il-

(1.) Septimo menſe naſci perfectum partum, jam receptum eſt, propter autoritatem doctiſſimi viri Hippocratis; & ideo credendum eſt, eum, qui ex juſtis nuptiis ſeptimo menſe natus eſt, juſtum filium eſſe. Paulus l. 12. P. h.

§. 9.

Illegitimi ſunt l. Spurii l. naturales. Illegitimi.

§. 10.

Spurii dicuntur, qui patrem habent, quem habere non licet, l. eum demonſtrare non poſſunt, ideo appellantur etiam vulgo concepti. vid. Modeſtinus l. 23. P. h. Spurii.

§. 11.

Naturales ſunt, qui ex concubina, quam pater ſolam cognovit, ſunt nati, & ſi connubium intervenerit, patrem ſequuntur. Celſus l. 19. P. h. Alias lex naturæ eſt, ut matrem ſequantur. vid. Ulpianus l. 24. P. h. & Neratius l. 9. ad municip. Sächſiſch Land-Recht/ Lib. I. art. 51. Naturales.

§. 12.

Ceterum, moribus Saxonum, illegitimi cenſebantur nativitate ſive ſponſalia facta eſſent, ſive non, unde veniebat diſtinctio inter liberos anticipatos, Früh-Kindern/ & nothos, Kebs-Kindern. vid. Land-Recht. Lib. I. a. 36. 51. Weichbild. art. 4.

§. 13.

Naſcituri appellantur, qui in utero ſunt & nativitatem adhuc expectant. Naſcituri

§. 14.

Quoties itaque de favore horum eſt ſermo, toties in rerum natura jam exiſtere intelliguntur. vid. Julianus l. 26. P. h. (2.) Habentur pro jam natis.

§. 15. An-

(2.) Qui in utero ſunt, in toto pene Jure civili intelliguntur in rerum natura eſſe. Julianus l. 26. P. h.

§. 15.

Antequam autem nascuntur, aliis prodesse non possunt. Paulus l. 7. P. h.

§. 16.

Variis ipsi fruuntur effectibus.

Exinde est: 1.) quod omnia jura iis in tempus nascendi integra reserventur, 2.) ipsorum agnati ad hereditatem non admittantur, priusquam certum sit, an nasci possint, 3.) horum portio in suspenso manere debeat, si coheredes dentur ex eodem gradu. Paulus l. 3. P. si pars heredit. petat. 4.) venter in possessionem mittatur. Ulpianus l. 1. §. 19. P. de ventre in poss. mittend.

§. 17.

Unde etiam: 5.) testamento præteriri non debent, sed omnino instituendi sunt, alias rumpunt testamentum. vid. Imp. Antoninus l. 1. C. de posth. hered. instituend.

§. 18.

Atque in hoc natis per omnia æquiparari solent etiam praxi Germanorum. vid. Wildvogelius in Diss. de Jur. Embryon.

§. 19.

Requiritur autem, ut vivi, & quidem humana forma, in lucem edantur & a matre separentur. vid. Mand. Imp. Justiniani l. 3. C. de posth. hered. instituend. item sententia Ulpiani l. 141. P. de V. S.

§. 20. Id

§. 20.

Id quod probandum olim Germanorum mores magnum vagitum requirebant. vid. Schwäbisch Land-Recht c. 294. Sächsisch Land-Recht l. 1. art. 33. Sächsisch Lehn-Recht c. 20. Hodie vero pro vitalitate præsumitur, eviorque admittitur argumentatio. vid. Wildvogelius in Diss. c.

§. 21.

Præterea favor illorum etiam ad matrem capitali judicio damnatam, saltem ad tempus, reduntabat. Nam Imp. Hadrianus eam servari voluit, donec partum ederet. vid. Ulpianus l. 18. P. h. Marcianus l. 5. §. 2. P. h. Qui favor ad matrem quoque extenditur.

§. 22.

Saxonum consuetudines olim jam hujus æquitatis rationem habuerunt. vid. Sächsisch Land-Recht/ Lib. III. art. 3.

§. 23.

Differtur itaque hodie executio capitalis judicii æque ac fustigatio, si tempus ad medium pervenerit, usque ad partus editionem, ad minimum fustigatio fit moderata. vid. pr. J. de Ingen. (3.) confer Petr. Muller de Jur. Prægnantium c. VI. th. 13. 14. 15.

§. 24. Nati

(3.) Non debet calamitas matris ei nocere, qui in ventre est. pr. J. de Ingen.

§. 24.

Ratione sexus.

Nati ratione sexus jam sunt l. masculi l. feminæ l. hermaphroditi.

§. 25.

Masculi.

Masculi in multis Juris articulis melioris sunt conditionis quam feminæ, atque his præferuntur, e. g. in officiis & dignitatibus, nec non in feudis. vid. Papinianus l. 9. P. h. Ulpianus l. 2. P. de R. J. conf. l. 13. C. de dign. l. 3. §. 3. P. de Edend. conf. Sächsisch Land-Recht/ Lib. XI. art. 63. Lehn-Recht/ c. 2.

§. 26.

Hodie vero multa sunt officia, quæ privata habentur & mulieribus quoque conceduntur, cum olim Romæ publica fuerint.

§. 27.

Feminæ.

Feminæ ratione fragilitatis atque infirmitatis juribus tamen quibusdam præ masculis fruuntur, v. g. in Senatusconsulto Vellejano, vid. l. ejusdem 1. 2. conf. l. 13. de Juris & fact ignorantia. Nov. 134. c. 9. l. 5. §. 3. C. ad Leg. Jul. Majestat. l. 15. §. 4. & 5. ad Leg. Cornel. de falsar.

§. 28.

Hermaphroditi.

Hermaphroditi Jure Romano sexui prævalenti adnumerantur. vid. Ulpianus l. 10. P. h. conf. Paulus l. 15. P. de Testib.

§. 29. Mon-

§. 29.

Monstra, quæ contra formam humani generis, sine capite humano, procreantur, pro liberis non habentur, vid. Paulus l. 14. P. h. conf. l. 44. in fin. pr. P. de Religios. & sumt. fun. **Monstra non habentur pro liberis.**

§. 30.

Partus autem membrorum humanorum excessu l. abundantia auctus, hisce non adnumeratur, quia humana natura per hoc non tollitur. Ulpianus l. 20. §. 2. P. de Ædilit. Edict.

§. 31.

Si ætatem respicias homines sunt l. impuberes l. puberes. **Ratione ætatis.**

§. 32.

Impuberes sunt l. infantes, qui septennium nondum impleverunt l. 1. §. 2. P. de administ. tut. l. infantia majores, quales 14. annis proximiores censentur. §. 9. J. de inutil. stipul. **Impuberes.**

§. 33.

Puberes sunt l. minores l. majores. **Puberes.**

§. 34.

Minores feminæ existimantur ex 12. masculi autem ex 14. anno completo. pr. J. quibus modis tutela finitur.

§. 35.

Majorennes existunt jure civili 25. Anno. Saxonico autem 21. Anno. Norico 18. Anno. pr. J. d. Curat. Lehn-Recht/ c. 26.

§. 36. Hoc

§. 36.

Ratione sanitatis.

Hoc tempus 18. annorum etiam in Electoribus ad Majorennitatem sufficit, quod tamen ad alios Principes Imperii extendi non debet. vid. Aur. Bulla c. VII. §. 4.

§. 37.

Quoad corpus. Quoad mentem.

Respectu sanitatis homines considerari possunt l. quoad corpus l. quoad mentem.

§. 38.

Ratione corporis sunt l. sani l. morbo laborantes; ratione mentis autem sunt l. sanæ mentis l. dementes, qui l. furiosi, cum rabie insanientes, l. mente capti, sub tranquillitate mente sana carentes, esse solent. vid. l. 7. P. de Curat. furios.

§. 39.

Omnes quibusdum juribus in societate civili fruuntur.

§. 40.

Ratione bonorum.

Quoad bona homines sunt l. pauperes l. divites, qui etiam jura quædam merentur.

p. III.

Cap. III.

De Jure Perſonarum ex ſtatu legali.

Jus perſonarum ex ſtatu legali.

§. 1.

Hactenus de ſtatu naturali ejusque connexis egimus, jam de ſtatu legali quoque eſt dicendum. Connexio.

§. 2.

I. Status legalis ſ. civilis in genere,
II. Status libertatis.
III. Status civitatis.
IV. Status familiæ.

Contenta.

Capitis Tertii

Sect. I.

De Statu legali in genere.

Status legalis generatim.

§. 1.

Status legalis ſ. civilis eſt conditio hominis, quam ex diſpoſitione legis habet, ſecundum quam illi jus redditur. Definitur.

§. 2.

Hic ſtatus eſt 1. libertatis 1. civitatis 1. familiæ. Dividitur.

Capitis Tertii
Sect. II.
De Statu libertatis.

Status libertatis.

§. 1.

Homines dividuntur.

Ratione libertatis homines apud Romanos dividebantur in liberos & servos. pr. J. d. J. P.

§. 2.

Liberi gaudebant libertate, servi autem in servitute erant constituti.

Membr. I.
De Libertate & opposita servitute.

Libertas & servitus.

Sedes hujus materiæ.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. III. J. de J. P. 2.) Lib. I. Tit. V. P. de St. H. Lib. XL. Tit. VII. De Statuliberis.

§. 1.

Libertas definitur.

Libertas est naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet, nisi quid vi aut Jure prohibetur. §. 1. J. h. Florentinus l. 4. P. h.

§. 2.

Seu: libertas est facultas moralis in actionibus innoxiis & legibus permissis suo tantum utendi arbitrio. Et si brevius placeret: est jus nullius verendi imperium atque dominium. vid. Delineat. nostra Philos. Elect. Mod. P. III. Tractat. I.

§. 3.

Servitus autem est constitutio Juris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subjicitur. §. 2. J. h. Servitus definitur.

Membr. II.

De Servis.

Servi.

§. 1.

Servi itaque sunt, qui hanc servitutem patiebantur & una illorum erat conditio, Marcianus l. 5. P. h. & differebant tantum functionibus. Ulpianus l. 15. §. 1. de usufr.

§. 2.

Omnes autem erant in dominio & commercio & quocunque modo alienari poterant. Paulus l. 14. P. de serv. corrupt. Illorum ratio apud Romanos.

§. 3.

Exinde varii proveniebant effectus.

§. 4.

Primo aliis legari atque mortis causa inter vivos donari poterant. vid. Africanus l. 49. P. de fideicommiss. heredit. Paulus l. 39. P. de mort. caus. donat. Ulpianus l. 18. P. de Donat.

§. 5.

Porro etiam poterant pignori dari & usumfructum præbere, partemque hereditatis facere. Julianus l. 37. P. de rer. adqu. dom. Paulus l. 47. eodem. Ulpianus l. 18. eod.

§. 6.

Præterea nihil proprii poterant habere, sed omnia dominis vel bonæ fidei possessoribus adquirebant. Marcianus l. 10. P. h.

§. 7.

Ultimo etiam vindicari, vendi & impune occidi poterant, quod tamen posteriori tempore est mutatum. Paulus l. 21. P. de R. V. Ulpianus l. 11 de act. emti vend. Marcianus l. 1. §. 2. P. ad Leg. Cornel. Gajus l. 1. §. 1. & Ulpianus l. 2. de his, qui sui.

§. 8.

Apud Germanos.

Germanorum autem servi tam dura conditione non tractabantur. conf. Tacitus de Morib. Germ. c. XXIV. XXV.

§. 9.

Ex servis homines proprii sunt exorti. conf. Potgieser in Tr. de statu & condit. serv. Germ.

§. 10.

Atque a servis Romanis ad hosce argumentari non convenit, nam horum status a pactis & moribus Germaniæ dependet. conf. Titius ad Lauterbach. obs. 24.

§. 11. Ce-

§. 11.

Ceterum, ubi hodie supersunt, pro consuetudinum locorumque diversitate diversa conditione gaudent. conf. Mevius vom Zustand und Abforderung der Bauren.

Membr. III.

De Hominibus liberis.

Homines liberi.

§. 1.

Liberi homines sunt, qui habent facultatem moralem in actionibus innoxiis & legibus permissis suo tantum utendi arbitrio. Describuntur.

§. 2.

Sunt autem jure Romano l. nati l. facti; illi dicuntur ingenui, hi libertini. Distinguuntur.

§. 3.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. IV. J. de Ingenuis. 2.) Lib. XL. Tit. X. P. De Jure aureorum annulorum. Tit. XI. De Natalibus restituendis. 3.) Lib. VI. Tit. VIII. C. De Jure aureorum annulorum & natalibus restituendis. Lib. VII. Tit. XIV. De Ingenuis Manumissis. Sedes materiae.

Ingenuus est, qui statim a nativitate liber est. pr. J. h. Marcianus l. 5. §. 1. 2. P. de St. Hom. Ingenuus

§. 4.

Juris fictione ingenuos effective faciebat: 1.) jus gestandi annulos aureos, 2.) natalium restitutio.

§. 5.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. V. De Libertinis. 2.) Lib. XL. Tit I. P. De Manumissionibus. Tit. II. De manumissis vindicta. Tit. III. De Manumissionibus, quæ servis ad universitates pertinentibus imponuntur. Tit. IV De manumissis testamento. Tit. V. De Fideicommissariis libertatibus. Tit. VI. De ademtione libertatis. Tit. VIII. Qui sine manumissione ad libertatem perveniunt. 3.) Lib. I. Tit. XIII. C. De his, qui in Ecclesiis manumittuntur. Lib. VII. Tit. I. De vindict. libertat. & apud concil. manumiss. Tit II. De testam. manumiss. Tit. IV. De Fideicommissariis libertatibus. Tit. VII. De communi servo manumisso. Tit. VIII. De servo pignori dato manumisso. Tit IX. De servis Reipublicæ manumissis. Tit. X. De his, qui a non domino manumittuntur. Tit. XIII. Ex quibus caussis servi pro proemio libertatem accipiunt. Tit. XV. Communia de manumissionibus.

Libertinus. Libertinus est, qui ex justa servitute est manumissus. pr. §. 1. 2. J. h. Modestinus l. 22. P. de St. Hom.

§. 6.

Manumissio describitur. Manumissio est libertatis datio. pr. J. h. l. 4. P. de J. & J.

§. 7.

Fit variis modis. Hæc fiebat l. modis civilibus s. solennibus l. naturalibus s. minus solennibus.

§. 8.

Modis solennibus manumissio fiebat: 1.) in sacrosanctis ecclesiis, §. 1. J. h. 2.) vindicta, §. 1. J. h. 3.) per testamentum. §. 1. J. h.

§. 9. Minus

§. 9.

Minus solennibus: 1.) manumissione inter amicos, l. un. §. 2. de lat. lib. toll. 2.) per epistolam, d. l. §. 1. 3.) per quamlibet ultimam voluntatem, §. 1. J. h.

§. 10.

Operatur jure novo: 1.) jus civium Romanorum, §. 3. J. h. 2.) jus ingenuorum. Nov. 78. c. 2. c. 5. (1.)

§. 11.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. XXXVII. Tit. XIV. P. De Jure Patronatus. Tit. XV. De obsequiis parentibus & patronis præstandis. Lib. XXXVIII. Tit. I. De operis libertorum. Tit. II. De bonis libertorum. Tit. III. De libertis universitatum. Tit. IV. De adsignandis libertis. Tit. V. Si quid in fraudem patroni factum sit. 2.) Lib. VI. Tit. III. C. De operis libertorum. Tit. IV. De bonis libertorum & Jure patronatus. Tit. V. Si in fraudem patroni a libertis alienatio facta sit. Lib. VII. Tit. V. De deditia libertate tollenda. Tit. VI. De latina libertate tollenda.

Jus patronatus describitur.

Jus patronatus est, quod dominus manumittens circa personam l. bona manumissorum habet.

§. 12.

Vid. 1.) Lib. XL. Tit. XII. P. De liberali causa. 2.) Lib. VII. Tit. XVI. C. De liberali causa. Tit. XVII. De adsertione tollenda. Tit. XIX. De ordine cognitionum.

[G] 4 Libe-

(1.) Libertini sunt ingenuis jure novo exæquati, salvo tamen jure patronatus. Nov. 78. c. 2. 5.

Liberalis causa describitur.

Liberalis causa est controversia, qua de statu coram judice competente agitur, ut eam decidat. l. 1. pr. l. 22. §. 2. l. 24. §. 3. P. h.

§. 12.

Vid. Lib. XL. Tit. XIV. P. Si ingenuus esse dicatur.

Libertus ad ingenuitatem repetendam agere poterat, si intra quinquennium a tempore manumissionis docere valuerit, ingenuum se esse natum. l. 2. §. 1. 4. 5. 6. P. h.

§. 13.

Justinianus autem hanc præscriptionem quinquennii sustulit. l. final. C. ubi causa status agi debeat.

§. 14.

Vid. 1.) Lib. XL. Tit. XV. P. Ne de statu defunctorum post quinquennium quæratur. 2.) Lib. VII. Tit. XXI. Ne de statu defunctorum post quinquennium quæratur. Tit. XXII. De longi temporis præscriptione, quæ pro libertate, & non adversus libertatem opponitur.

Ceterum, quæstio post mortem, an libertus fuerit, an ingenuus, post quinquennium itidem non potest moveri in præjudicium ingenuitatis, sed ut is, qui credebatur libertinus, ingenuus pronuncietur, peti potest etiam post quinquennium. l. 1. §. 4. l. 3. P. h.

§. 15.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. VI. J. Quibus ex causis manumittere non licet. 2.) Lib. XL. Tit. IX. P. Qui & a quibus manumissi liberi non fiant, & ad Leg. Æliam Sentiam. 3.) Lib. VII. Tit. XI C. Qui manumittere non possunt, & ne in fraudem creditorum manumittatur.

Manu-

Manumissiones varie impediebantur, præcipue autem per Legem Æliam Sentiam & Fusiam Caniniam.

Manumissio impediebatur.

§. 16.

Lex Ælia capite primo servos in fraudem creditorum manumitti prohibet. pr. J. h. conf. a. l. 5. C. de LL. (2.)

Per legem Æliam Sentiam.

§. 17.

Capite vero secundo a dominis minoribus 20. annis justa manumittendi causa apud consilium non probata, servos manumitti prohibet. §. 4. J h.

§. 18.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. VII. J. De Lege Fusia Caninia tollenda. 2.) Lib. VII. Tit. III. C. De lege Fusia Caninia tollenda.

Hæc lex certum numerum, in servis testamento manumittendis, definivit. §. un. J. h.

Per legem Fusiam Caniniam.

§. 19.

Est tamen abrogata, tanquam libertati contraria. d. §. eodem. vid. l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles. (3.)

§. 20.

In Germania olim libertini hominibus liberis alienigenis, nec immobilia possidentibus

[G] 5 æqui-

(2.) Quæ lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed pro infectis etiam habentur l. 5. C. de LL.

(3.) Nihil est, quod magis hominibus debeatur, quam ut supremæ voluntatis liber sit stilus & licitum, quod iterum non redit, arbitrium. l. 1. C. de SS. Eccles.

æquaparabantur. vid. Sächsisch Land-Recht/ L. I. art. 16. Lib. III. art. 80.

§. 21.

Hodie vero etiam ingenuis & indigenis, nisi ratione ordinis & dignitatis, non cedere solent.

Capitis Tertii
Sect. III.
De Statu civitatis.

Status Civitatis. Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. V. §. 3. J. De Libertinis.

§. 1.

Status civitatis est alter status hominum legalis.

§. 2.

Describitur.

Est autem conditio, qua homines tam onerum, quam honorum in civitate participes redduntur.

§. 3.

Homines distinguuntur.

Secundum hunc statum homines sunt l. cives l. incolæ l. peregrini.

§. 4.

Cives & Peregrini & quidem.

Cives & peregrini considerari possunt l. ratione totius imperii l. ratione alicujus provinciæ & territorii l. cujusdam civitatis.

§. 5. Ra-

§. 5.

Ratione totius imperii peregrini sunt omnes, qui l. imperio non subsunt l. qui jus imperii amiserunt. Ratione totius imperii.

§. 6.

Ad priores pertinent Galli, Sveci, Dani &c. ad posteriores autem recensentur deportati s. banniti extra imperium. vid. Schilterus ad P. Exerc. III. th. 10.

§. 7.

Hinc etiam respectu priorum apud Gallos est jus Albinagii, quo fiscus regius in Gallia omnium ibidem decedentium res & bona sibi adserit, nisi sint Galli naturalisati aut ex privilegio huic juri non subjecti, ut Noribergenses. vid. Stryckius ad Lauterbachium. Tit. de St. hom.

§. 8.

Respectu vero cujusdam provinciæ & territorii peregrini censentur, qui non sunt ejusdem territorii l. jura hujus propria & specialia ob delictum amiserunt, quales sunt fustigati & perpetuo relegati. vid. Stryckius in Tr. de successione ab intestato Disp. XII. c. 1. §. 5. 6. Ratione cujusdam Provinciæ.

§. 9.

Si denique quandam civitatem spectes, cives sunt, qui fruuntur jure civitatis, peregrini autem, qui hoc destituuntur. Ratione cujusdam civitatis.

§. 10. Hoc

§. 10.

Modi jus civitatis adsequendi.

Hoc jus cives adſequuntur 1.) per originem, ſi quis natus eſt a patre in civitate, qui ejusdem fuit civis. l. 7. C. de Incol. l. 6. §. 1. ad Municip. 2.) per manumiſſionem, §. final. J. de Libert. 3.) per adoptionem, l. 1. pr. ad Municip. 4.) per allectionem, l. 7. de Incol. conf. Struvius in Exerc. L. th. 50. ſeq. ubi docet, qui ſint adſumendi & quæ adſumtionem præcedere ſoleant.

§. 11.

Quemadmodum variis modis hoc adquiritur, ita variis deſinere ſolet. vid. Struvius c. Exerc. th. 54.

§. 12.

Incolæ.

Incolæ dicuntur, qui quidem domicilium in civitate habent, ſed jus civicum non impetraverunt. l. 17. C. de Incol. Germanice appellantur, Schutz Verwandte.

§. 13.

Homines Nobiles.

Ceterum homines in Republica viventes ſunt l. nobiles l. non-nobiles.

§. 14.

Nobiles ſunt l. quoad familiam l. quoad perſonam tales.

§. 15.

Quoad familiam

Nobiles quoad familiam dignitate ſua gaudent & nobilitas de his proprie dici ſolet. vid. Spangenberg in Adels-Spiegel/ Lib. VI. c. 29.

§. 16. Olim

§. 16.

Olim præ aliis feudorum & beneficiorum ecclesiasticorum capaces judicabantur, id quod hodienum ut plurimum attenditur. vid. Sächsisch Lehn-Recht / c. 11. Schwäbisch Lehn-Recht / c. 1. conf. Titius in Diss. pec.

§. 17.

Hi sunt l. superiores l. inferiores. vid. Eyben in Diss. de Titulo Nobilis.

§. 18.

Nobiles autem quoad personam sunt Principum ministri civiles & militares & alii, qui ordine civico eximuntur. vid. Repnerus in Comp. Jur. c. XI. §. 14. Titius in Jur. Privat. Lib. X. c. 11. §. 17. 17. Quoad personam.

§. 19.

Dignitas horum omnium partim ex Jure publico, partim ex consuetudinibus particularibus deduci potest.

§. 20.

Non-nobiles dicuntur omnes, qui sunt civici ordinis. vid. Titius Lib. VIII. c. VII. §. 2. l. c. Homines Non-nobiles.

§. 21.

Hi sunt l. honorati l. minus honorati.

§. 22. Ho-

§. 22.

Honorati Honorati ſunt I. literati I. illiterati. Huc referri poſſunt officiales & alii cives conſpicui. vid. Nolden de Stat. Nobil. c. VIII. & IX.

§. 23.

Minus honorati opifices. Minus honorati ſunt opifices, qui plerisque in locis ſpecialia ineunt collegia. Germanice dicuntur, Zünfte.

§. 24.

Hæc non tantum quoad jus prohibendi & officinas, ſed etiam quoad convicia & alia peculiaribus ſuis fruuntur juribus. vid. lib. XLVII. Tit. XXII. P. De Colleg. & Corp. conf. Adr. Beier in opuſc. huc pertinentibus.

§. 25.

Vid. 1.) Lib. IV. Tit. II. P. De his, qui notantur infamia. 2.) Lib. II. Tit. XII. C. Ex quibus cauſis infamia irrogatur.

Ex civibus quidam notantur infamia, quidam levis notæ macula.

§. 26.

Infamia deſcribitur. Infamia eſt privatio bonæ exiſtimationis, & inde dependentium jurium, ob violatam turpibus factis, vitæ morumque honeſtatem, inducta. Impp. Severus & Anton. l. 8. C. h.

§. 27.

Seu: infamia eſt opinio plurium de concivis imperfectionibus criminoſis, autoritate publica nitens.

§. 28. Di-

§. 28.

Dividitur a Doctoribus in infamiam facti & Juris. vid. l. 13. C. h. Dividitur.

§. 29.

Infamia juris est, quando existimatio ex delicto nostro autoritate legum minuitur. vid. l. 8. 10. 20. C. h. Infamia Juris.

§. 30.

Hæc a Jure irrogatur l. mediate l. immediate. Mediate per sententiam judicis condemnatoriam, ut in caussis famosis. vid. l. 1. P. h. Immediate autem irrogatur, quando nulla sententia judicis expectata, leges factum infamia notant. vid. d. l. 1. l. 5. eodem.

§. 31.

Infamia facti est, quando ex turpi facto, a jure non notato, infamia nascitur, existimationem alicujus apud bonos & graves viros onerans. vid. l. 20. P. h. l. 13. C. h. Infamia facti.

§. 32.

Alioquin moribus antiquis infames censebantur: illegitime nati, athletæ cum prole, histriones, de spolio l. furto paciscentes & imperio proscripti. conf. Sächs. Land-Recht / Lib. I. art. 5. 36. 37. 51.

§. 33. In-

§. 33.

Infamia autem aboletur, quando princeps famam restituit, non vero si generaliter pœnam remittat. vid. l. 7. C. de Sentent. pass. l. ult. C. de gener. abol.

§. 34.

Levis notæ macula. Levis notæ macula est, quæ l. ex sordido vitæ genere l. ex illegitima nativitate originem trahit. vid. l. 27. C. de inoff. test. l. 12. C. de Nat. lib. Huc referri solent excoriatores, carnifices & quibusdam in locis lictores, nec non spurii.

Capitis Tertii
Sect. IV.
De Statu legali familiæ.

Status familiæ.

§. 1.

Ultimus status legalis est status familiæ.

§. 2.

Est autem conditio personarum, quam a Jure habent.

§. 3.

Homines distinguuntur. Secundum hunc statum homines sunt l. sui l. alieni Juris.

§. 4. Sui

§. 4.

Sui juris ſunt, qui neque patriæ, neque dominicæ poteſtati ſubſunt. pr. J. h.

§. 5.

Alieni vero Juris ſunt, qui l. in poteſtate dominica l. patria exiſtunt. De his nobis jam eſt agendum.

Membr. I.

De Dominica Poteſtate.

Dominica poteſtas. Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. VIII. J. De his, qui ſui l. alieni juris ſunt. 2.) Lib. I. Tit VI P. De his, qui ſui l alieni juris ſunt. 3.) Lib. IX. Tit. XIV. C. De emendatione ſervorum.

§. 1.

Poteſtas dominica eſt vis aliqua in ſibi ſubjectos. Deſcribitur.

§. 2.

Alia eſt poteſtas dominica in ſervos, alia in homines proprios, alia in ruſticos ad operas, alia in fammulos atque famulas noſtras. Diſtinguitur.

§. 3.

Poteſtas dominica in ſervos conſiſtebat apud Romanos in plenaria coercitione & adquiſitione. §. 1. J. h. Poteſtas dominica in ſervos.

§. 4.

Hæc coercitio olim ſe extendebat abuſive ad jus vitæ & necis. vid. l. 3. P. de J. & J. Conſiſtebat in coercitione &

§. 5.

Quæ potestas postmodum jure civili ex constitutione Antonini est mitigata. §. 2. J. h. l. 1. §. 2. ad Leg. Corn. de Sic.

§. 6.

Sicque postea major asperitas sub pœna necessariæ venditionis & castigationis severæ illis non licebat. §. ult. J. h. l. 1. & 2. P. eodem, quam modica castigatio, verbis aut loris facta. l. un. C. de emendat. serv.

§. 7.

Adquisitione.

Adquisitio autem erat plenaria & quidquid omni modo servi adquirebant, id dominis adquirebant. §. 1. J. h. conf. §. 3. & 4. J. per quas personas cuique adqu.

§. 8.

Potestas in homines proprios.

Potestas dominorum in homines proprios est vis, qua ejusmodi homines libertatis plenario usu, ob vinculum, quo dominis suis adstringuntur, excluduntur. a. l. 6. §. 5. C. de Episc. & Cler. l. 23. §. 1. C. de agric. & conf. Sächsisch Land-Recht, Lib. III. art. 44.

§. 9.

Tales homines dantur in Bohemia, Pomerania, Westphalia & aliis in locis.

§. 10.

Dividuntur in originarios & adscriptitios. Illi dicuntur, qui ex hominibus propriis sunt nati;

nati; hi autem, qui homines proprii aliunde sunt facti. l. 4. 23. §. 1. C. de agric.

§. 11.

Obligantur dominis plerumque 1.) ad testandam reverentiam, 2.) ad præstandum fidelitatis & obedientiæ juramentum, 3.) ad operas & præstationes ac jura venditionalia & 4.) in eventum mortis, den Haubt-Gewand-Fall. vid. Struvius in Exerc. ad P. XL. th. 74. conf. Lehmann in Chron. Spirens. Lib. II. c. XX. §. die Vierte.

§. 12.

Ab hac potestate liberantur voluntate domini.

§. 13.

Potestas dominorum in rusticos ad operas, die Frohn-Bauern/ est vis, qua tales homines ad operas præstandas obligantur. Potestas dominorum in rusticos ad operas.

§. 14.

Operæ illorum l. jumentis l. manibus pedibusque subeundæ sunt. Illorum operæ.

§. 15.

Quæ sunt l. determinatæ l. indeterminatæ. Illæ dicuntur, quæ ad certas operas l. ad certum diem sunt restrictæ. Germanice appellantur, gemessene Dienste. Hæ incertæ sunt & debentur, quando opus est, & vocantur, ungemessene Dienste.

 §. 16. Inde-

§. 16.

Indeterminatæ nec in infinitum debent extendi, alias facta imploratione restringuntur, nec ad inusitatas & inconsuetas porrigi. vid. Struvius in Jurispr. Lib. I. Tit. IV. §. 5. conf. Mevius Cons. 63. n. 2. & 3.

§. 17.

Potestas dominorum in famulos & famulas nostras.

Potestas in famulos nostros & famulas nostras est vis, qua ad servitia ex locatione & conductione obstringuntur.

§. 18.

Hinc dominis in eos moderata tantum correctio domestica est permissa, quæ, si modum excedat, non est impunis. vid. a. l. un. C. de emend. serv. a. l. 5. §. final. P. ad Leg. Aquil.

§. 19.

Si vero intra tempus conventum amplius servire nolunt, præcise ad ulterius serviendum non coguntur, sed præstant duntaxat conducentibus interesse, l. patiuntur deductionem mercedis. l. 13. §. fin. P. de re judic. §. fin. J. de V. O.

§. 20.

Excipitur tamen, si conducentium culpa & factum ita concurrat, ut famuli l. famulæ justam & legitimam discedendi causam habeant. a. l. 2. P. h.

Membr. II.

Membr. II.

De Patria Potestate.

Patria Potestas.

§. 1.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. IX. J. De Patria Potestate. 2.) Lib. VIII. Tit. XLVII. C. De Patria potestate. Tit. LII. De infantibus expositis. Lib. IX. Tit. XV. De emendatione propinquorum.

Sedes materiæ.

§. 2.

SUMMARIA.

I. Patria potestas in genere.
II. Modi eam constituendi.
III. Modi eam dissolvendi.

Art. I.

De Patria potestate in genere.

Generatim.

§. 1.

Patria potestas est jus patri competens in liberos in familia existentes, eis imperandi quoad personas & res, ad communem familiæ utilitatem. vid. pr. J. h. l. 3. C. h. conf. Struvius in Exercit. III. th. 36.

Describitur.

§. 2.

Si vero rem atque naturam hujus negotii inspicias, est jus, parentibus æqualiter competens, dirigendi librorum actiones ad finem educationis & familiæ commodum.

§. 3.

Liberi parentibus reverentiam & obsequium præstent.

Nam, si parentes ex lege caritatis liberis alimenta præstent, & eis convenientem vitæ rationem monstrent, naturæ convenientissimum quoque est, liberos operis suis non tantum parentum quærere utilitatem, sed & illis reverentiam atque obsequium exhibere & quidem ex propria felicitatis amore.

§. 4.

Parentes liberorum actiones præcipiunt & prohibent.

Exinde varii sunt effectus: 1.) jus præcipiendi atque prohibendi actiones liberorum. 2.) Jus prohibendi nuptias liberorum parentibus displicentes, si modo ratio justa displicentiæ dari potuerit, vid. Colerus P. I. Decis. 5. alioquin defectus consensus a magistratu suppletur. Carpzov. Lib. XI. D. 38. 52. seqq.

§. 5.

Bona illorum custodiunt.

Est etiam 3.) effectus, jus custodiendi atque usurpandi bona liberis singillatim competentia & ex operis eorum adquirendi.

§. 6.

Immorigeros modice castigant.

Denique 4.) ab effectibus separari non debet jus immorigeros modice castigandi atque eorum in familia controversias determinandi: nam reverentia, quæ utrique parentum competit, tale medium requirit. vid. L. 4. C. h. conf. Sächsisch Land-Recht, Lib. I. art. 13. Lib. I. art. II.

§. 7.

Ideo jure Saxonum communi mater tutrix legitima ex bonis adventitiis usumfructum capit; jure vero electorali ipsi denegari solet. vid. Richter Decis. XVIII. XXXII. quoad posterius conf. Decis. Sax. LXII. it. Carpzovius P. II. Dec. 10. def. 13.

Mater tutrix ex bonis adventitiis usumfructum accipit.

Art. II.

De modis patriam potestatem constituendi.

Modi patriam potestatem constituendi.

§. 1.

Modi sunt h. l. rationes, per quas patria potestas adquiritur.

§. 2.

Horum recensentur tres, nuptiæ, legitimatio & adoptio.

Inspect. I.

De Nuptiis.

Nuptiæ quarum.

§. 1.

Nuptiæ primum constituunt modum patriam potestatem adquirendi.

§. 2.

I. Nuptias præcedentia.
II. Easdem concomitantia.
III. Easdem subsequentia.

§. 22.

Honorati

Honorati ſunt I. literati l. illiterati. Huc referri poſſunt officiales & alii cives conſpicui. vid. Nolden de Stat. Nobil. c. VIII. & IX.

§. 23.

Minus honorati opifices.

Minus honorati ſunt opifices, qui plerisque in locis ſpecialia ineunt collegia. Germanice dicuntur, Zünfte.

§. 24.

Hæc non tantum quoad jus prohibendi & officinas, ſed etiam quoad convicia & alia peculiaribus ſuis fruuntur juribus. vid. lib. XLVII. Tit. XXII. P. De Colleg. & Corp. conf. Adr. Beier in opuſc. huc pertinentibus.

§. 25.

Vid. 1.) Lib. IV. Tit. II. P. De his, qui notantur infamia. 2.) Lib. II. Tit. XII. C. Ex quibus cauſis infamia irrogatur.

Ex civibus quidam notantur infamia, quidam levis notæ macula.

§. 26.

Infamia deſcribitur.

Infamia eſt privatio bonæ exiſtimationis, & inde dependentium jurium, ob violatam turpibus factis, vitæ morumque honeſtatem, inducta. Impp. Severus & Anton. l. 8. C. h.

§. 27.

Seu: infamia eſt opinio plurium de concivis imperfectionibus criminoſis, autoritate publica nitens.

§. 28. Di-

§. 28.

Dividitur a Doctoribus in infamiam facti & Juris. vid. l. 13. C. h. Dividitur.

§. 29.

Infamia juris est, quando existimatio ex delicto nostro autoritate legum minuitur. vid. l. 8. 10. 20. C. h. Infamia Juris.

§. 30.

Hæc a Jure irrogatur l. mediate l. immediate. Mediate per sententiam judicis condemnatoriam, ut in causis famosis. vid. l. 1. P. h. Immediate autem irrogatur, quando nulla sententia judicis expectata, leges factum infamia notant. vid. d. l. 1. l. 5. eodem.

§. 31.

Infamia facti est, quando ex turpi facto, a jure non notato, infamia nascitur, existimationem alicujus apud bonos & graves viros onerans. vid. l. 20. P. h. l. 13. C. h. Infamia facti.

§. 32.

Alioquin moribus antiquis infames censebantur: illegitime nati, athletæ cum prole, histriones, de spolio l. furto paciscentes & imperio proscripti. conf. Sächs. Land-Recht/ Lib. I. art. 5. 36. 37. 51.

§. 33. In-

§. 33.

Infamia autem aboletur, quando princeps famam restituit, non vero si generaliter pœnam remittat. vid. l. 7. C. de Sentent. pass. l. ult. C. de gener. abol.

§. 34.

Levis notæ macula.

Levis notæ macula est, quæ l. ex sordido vitæ genere l. ex illegitima nativitate originem trahit. vid. l. 27. C. de inoff. test. l. 12. C. de Nat. lib. Huc referri solent excoriatores, carnifices & quibusdam in locis lictores, nec non spurii.

Capitis Tertii
Sect. IV.

Status familiæ.

De Statu legali familiæ.

§. 1.

Ultimus status legalis est status familiæ.

§. 2.

Est autem conditio personarum, quam a Jure habent.

§. 3.

Homines distinguuntur.

Secundum hunc statum homines sunt l. sui l. alieni Juris.

§. 4.

Sui juris ſunt, qui neque patriæ, neque dominicæ poteſtati ſubſunt. pr. J. h.

§. 5.

Alieni vero Juris ſunt, qui l. in poteſtate dominica l. patria exiſtunt. De his nobis jam eſt agendum.

Membr. I.

De Dominica Poteſtate.

Dominica poteſtas. Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. VIII. J. De his, qui ſui l. alieni juris ſunt. 2.) Lib. I. Tit VI P. De his, qui ſui l alieni juris ſunt. 3.) Lib. IX. Tit. XIV. C. De emendatione ſervorum.

§. 1.

Poteſtas dominica eſt vis aliqua in ſibi ſubjectos. Deſcribitur.

§. 2.

Alia eſt poteſtas dominica in ſervos, alia in homines proprios, alia in ruſticos ad operas, alia in fammulos atque famulas noſtras. Diſtinguitur.

§. 3.

Poteſtas dominica in ſervos conſiſtebat apud Romanos in plenaria coercitione & adquiſitione. §. 1. J. h. Poteſtas dominica in ſervos.

§. 4.

Hæc coercitio olim ſe extendebat abuſive ad jus vitæ & necis. vid. l. 3. P. de J. & J. Conſiſtebat in coercitione. &

§. 5.

Quæ poteſtas poſtmodum jure civili ex conſtitutione Antonini eſt mitigata. §. 2. J. h. l. 1. §. 2. ad Leg. Corn. de Sic.

§. 6.

Sicque poſtea major aſperitas ſub pœna neceſſariæ venditionis & caſtigationis ſeveræ illis non licebat. §. ult. J. h. l. 1. & 2. P. eodem, quam modica caſtigatio, verbis aut loris facta. l. un. C. de emendat. ſerv.

§. 7.

Adquiſitione.

Adquiſitio autem erat plenaria & quidquid omni modo ſervi adquirebant, id dominis adquirebant. §. 1. J. h. conſ. §. 3. & 4. J. per quas perſonas cuique adqu.

§. 8.

Poteſtas in homines proprios.

Poteſtas dominorum in homines proprios eſt vis, qua ejusmodi homines libertatis plenario uſu, ob vinculum, quo dominis ſuis adſtringuntur, excluduntur. a. l. 6. §. 5. C. de Epiſc. & Cler. l. 23. §. 1. C. de agric. & conſ. Sächſiſch Land-Recht, Lib. III. art. 44.

§. 9.

Tales homines dantur in Bohemia, Pomerania, Weſtphalia & aliis in locis.

§. 10.

Dividuntur in originarios & adſcriptitios. Illi dicuntur, qui ex hominibus propriis ſunt

nati;

nati; hi autem, qui homines proprii aliunde sunt facti. l. 4. 23. §. 1. C. de agric.

§. 11.

Obligantur dominis plerumque 1.) ad testandam reverentiam, 2.) ad præstandum fidelitatis & obedientiæ juramentum, 3.) ad operas & præstationes ac jura venditionalia & 4.) in eventum mortis, den Haubt-Gewand-Fall. vid. Struvius in Exerc. ad P. XL. th. 74. conf. Lehmann in Chron. Spirens. Lib. II. c. XX. §. die Vierte.

§. 12.

Ab hac potestate liberantur voluntate domini.

§. 13.

Potestas dominorum in rusticos ad operas, die Frohn-Bauern/ est vis, qua tales homines ad operas præstandas obligantur. **Potestas dominorum in rusticos ad operas.**

§. 14.

Operæ illorum l. jumentis l. manibus pedibusque subeundæ sunt. **Illorum operæ.**

§. 15.

Quæ sunt l. determinatæ l. indeterminatæ. Illæ dicuntur, quæ ad certas operas l. ad certum diem sunt restrictæ. Germanice appellantur, gemessene Dienste. Hæ incertæ sunt & debentur, quando opus est, & vocantur, ungemessene Dienste.

§. 16.

Indeterminatæ nec in infinitum debent extendi, alias facta imploratione restringuntur, nec ad inusitatas & inconsuetas porrigi. vid. Struvius in Jurispr. Lib. I. Tit. IV. §. 5. conf. Mevius Cons. 63. n. 2. & 3.

§. 17.

Potestas dominorum in famulos & famulas nostras.

Potestas in famulos nostros & famulas nostras est vis, qua ad servitia ex locatione & conductione obstringuntur.

§. 18.

Hinc dominis in eos moderata tantum correctio domestica est permissa, quæ, si modum excedat, non est impunis. vid. a. l. un. C. de emend. serv. a. l. 5. §. final. P. ad Leg. Aquil.

§. 19.

Si vero intra tempus conventum amplius servire nolunt, præcise ad ulterius serviendum non coguntur, sed præstant duntaxat conducentibus interesse, l. patiuntur deductionem mercedis. l. 13. §. fin. P. de re judic. §. fin. J. de V. O.

§. 20.

Excipitur tamen, si conducentium culpa & factum ita concurrat, ut famuli l. famulæ justam & legitimam discedendi causam habeant. a. l. 2. P. h.

Membr. II.

Membr. II.

De Patria Potestate.

Patria Potestas.

§. 1.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. IX. J. De Patria Potestate. 2.) Lib. VIII. Tit. XLVII. C. De Patria potestate. Tit. LII. De infantibus expositis. Lib. IX. Tit. XV. De emendatione propinquorum.

Sedes materiæ.

§. 2.

SUMMARIA.

I. Patria potestas in genere.
II. Modi eam constituendi.
III. Modi eam dissolvendi.

Art. I.

De Patria potestate in genere.

Generatim.

§. 1.

Patria potestas est jus patri competens in liberos in familia existentes, eis imperandi quoad personas & res, ad communem familiæ utilitatem. vid. pr. J. h. l. 3. C. h. conf. Struvius in Exercit. III. th. 36.

Describitur.

§. 2.

Si vero rem atque naturam hujus negotii inspicias, est jus, parentibus æqualiter competens, dirigendi librorum actiones ad finem educationis & familiæ commodum.

§. 3.

Liberi parentibus reverentiam & obsequium præstent.

Nam, si parentes ex lege caritatis liberis alimenta præstent, & eis convenientem vitæ rationem monstrent, naturæ convenientissimum quoque est, liberos operis suis non tantum parentum quærere utilitatem, sed & illis reverentiam atque obsequium exhibere & quidem ex propria felicitatis amore.

§. 4.

Parentes liberorum actiones præcipiunt & prohibent.

Exinde varii sunt effectus: 1.) jus præcipiendi atque prohibendi actiones liberorum. 2.) Jus prohibendi nuptias liberorum parentibus displicentes, si modo ratio justa displicentiæ dari potuerit, vid. Colerus P. I. Decis. 5. alioquin defectus consensus a magistratu suppletur. Carpzov. Lib. XI. D. 38. 52. seqq.

§. 5.

Bona illorum custodiunt.

Est etiam 3.) effectus, jus custodiendi atque usurpandi bona liberis singillatim competentia & ex operis eorum adquirendi.

§. 6.

Immorigeros modice castigant.

Denique 4.) ab effectibus separari non debet jus immorigeros modice castigandi atque eorum in familia controversias determinandi: nam reverentia, quæ utrique parentum competit, tale medium requirit. vid. L. 4. C. h. conf. Sächsisch Land-Recht, Lib. I. art. 13. Lib. I. art. II.

§. 7. Ideo

§. 7.

Ideo jure Saxonum communi mater tutrix legitima ex bonis adventitiis usumfructum capit; jure vero electorali ipsi denegari solet. vid. Richter Decis. XVIII. XXXII. quoad posterius conf. Decis. Sax. LXII. it. Carpzovius P. II. Dec. 10. def. 13.

Mater tutrix ex bonis adventitiis usumfructum accipit.

Art. II.

De modis patriam potestatem constituendi.

Modi patriam potestatem constituendi.

§. 1.

Modi sunt h. l. rationes, per quas patria potestas adquiritur.

§. 2.

Horum recensentur tres, nuptiæ, legitimatio & adoptio.

Inspect. I.

De Nuptiis.

Nuptiæ quarum.

§. 1.

Nuptiæ primum constituunt modum patriam potestatem adquirendi.

§. 2.

I. Nuptias præcedentia.
II. Easdem concomitantia.
III. Easdem subsequentia.

 Discur-

Discursus I.

De his, quæ nuptias præcedunt.

Præcedentia.

Vid. 1.) Lib. XXIII. Tit. I. P. De Sponsalibus. 2.) Lib. V. Tit. I. C. De Sponsalibus & Arrhis Sponsalitiis & Proxeneticis.

§. 1.

Sponsalia.

Nuptias regulariter antecedunt Sponsalia & proclamatio.

§. 2.

Describuntur.

Sponsalia dicuntur mentio s. oblatio, german. Die Eheverbung/ & repromissio s. acceptatio, german. Die Zusage/ futurarum nuptiarum. vid. Florentinus l. 1. P. h.

§. 3.

Si autem naturam eorum spectes, sunt nihil aliud, quam pactum de societate matrimoniali incunda.

§. 4.

Differunt a nuptiis.

A nuptiis itaque differunt, ut pactum de vendendo & venditio ipsa.

§. 5.

Exinde est, quod dicantur spes matrimonii. vid. Ulpianus l. 13. de adult. it. l. 6. & 7. C. h.

§. 6. Unde

§. 6.

Unde ſequitur tantum actio ad implendum matrimonium. vid. Havemannus de Jur. Connub. Lib. I. Tit. I. poſ. 4.

§. 7.

Olim fiebant ſolenni interrogatione & reſponſione; hodie vero nudo conſenſu conſtituuntur. vid. Ulpianus l. 2. P. h. Idem l. 4. P. eodem. Innocentius III. c. 25. X. h. conſ. Stryckius in U. M. h. §. 9.

Hodie conſtituuntur conſenſu.

§. 8.

In Saxonia & aliis quibusdam in locis juxta conſtitutiones eccleſiaſticas ad validitatem Sponſaliorum teſtes ſunt neceſſarii. vid. Carpzovius in Jurispr. Conſiſt. Lib. II. Tit. X. §. 5. Brunnemannus in Jur. Eccleſiaſt. Lib. II. c. XVI. §. 12.

Quibusdam in locis requiruntur teſtes.

§. 9.

In omni pacto requiritur conſenſus, ita quoque in ſponſalibus, qui nuncupatur Sponſalitius, quia de futuris nuptiis ineundis interponitur, & a matrimoniali omnino eſt diſtinguendus.

Conſenſus dicitur Sponſalitius.

§. 10.

Requiſita hujus ſunt: 1.) ut ſit mutuus, 2.) utrinque liber & ſufficiens, 3.) nec aliunde impeditus.

Requiſita.

§. 11.

Mutuus.

Quoad primum requisitum necessarius itaque est consensus sponsi & ejus, quæ desponsatur, & parentum s. in quorum potestate constituti sunt. vid. Julianus l. 11. Paulus l. 13. P. h. Id. l. 2. P. de Rit. Nupt. (1.)

§. 12.

Quæ autem voluntati patris non repugnat, consentire quoque videtur. Ulpianus l. 12. pr. P. h.

§. 13.

Olim patris erat præcipuus.

Nam hujus consensus apud Romanos erat præcipuus & hoc jus ex patria potestate, patri tantum competenti, ducebatur. vid. Papinianus l. 35. P. de R. N. Ulpianus l. 10. P. h. Gajus l. 196. P. d. V. S. it. §. 10. J. de adopt.

§. 14.

Hodie matris æque ac patris requiritur.

Moribus autem Germanorum hoc jus ex filiali reverentia originem sumit & matri quoque in liberos potestas competit & consensus hujus æque ac patris requiritur, alias sponsalia ipso jure nulla, aut saltem irrita declarari possunt. vid. Colerus P. I. Dec. V. Rittershusius de Diff. Jur. Civ. & Can. c. III.

§. 15.

Quod etiam valet in concubitu.

Si concubitus accesserit, nihilominus id valere potest, quia concubitus vitio suo aliud vitium

(1.) Nuptiæ consistere non possunt, nisi consentiant omnes; i. e. qui coeunt, quorumque in potestate sunt. Paulus l. 2 P. de R. N.

vitium tollere nequit. vid. Paulus l. 11. P. de St. H. conf. Fried. Gottl. Struvius in Theor. & Prax. J. Can. P. II. c. 92.

§. 16.

Incumbit tamen parentibus consensum, extra justas denegandi causas non productas, præbere, inprimis, si liberi illum non neglexerint, alias Consistorium parentes ad consentiendum compellere aut illum supplere poterit. vid. Brunnemannus in Jur. Eccles. Lib. II. c. XVI. §. 5. l. 19. P. d. R. N. conf. Schilterus in Inst. Jur. Can. Lib. II. Tit. X. §. 7.

Dissensus legitimæ causæ debent produci, alias suppletur a Magistratu.

§. 17.

Quod autem secundum requisitum attinet, consensus hic debet esse liber, alias sponsalia facit nulla. vid. Stryckius in U. M. ad h. it. Brunnemannus in J. E. Lib. II. c. XVI. §. 3.

Requiritur quoque consensus liber.

§. 18.

Respectu autem tertii requisiti consensus non sit impeditus, sed legitime declaratus.

Nec impeditus.

§. 19.

Impeditur autem facultas consentiendi partim qua intellectum, partim qua voluntatem.

§. 20.

Intellectui in consentiendo obstare solet: error in iis, ad ipsam matrimonii essentiam spectantibus, nec non furor, & ebrietas summa, præter culpam contracta; voluntati autem

Qua intellectum & voluntatem.

tem obest coactio & dolus. His enim positis nec consensus, nec pactum constare potest. vid. Gajus l. 8. P. h. item Pufendorfius de J. N. & G. Lib. III. c. VI. §. 4-8.

§. 21.

Huic quoque obstat ætatis conditio.

Ceterum obstat consensui ætatis conditio, si contrahentes minores septem annis sint. vid. Modestinus l. 14. P. h. inprimis notandum, quod omnes impuberes ante pubertatem licite recedant a sponsalibus. vid. Struvius ad P. Exerc. XXIX. th. 3. 4.

§. 22.

Varie declaratur.

Hac ratione consensus quoque legitime declarari debet. Declaratur autem diversis modis, ex quibus variæ sponsaliorum species oriri solent.

§. 23.

Ex promissione enim pure & absque limitatione l. sub conditione facta veniunt sponsalia pura & conditionata.

§. 24.

Sponsalia pura obligant simpliciter; conditionata in eventum.

Sponsalia pura obstringunt simpliciter ad consummandum matrimonium; conditionata vero post eventum conditionis demum operari solent, adeo, ut quis invitus tunc ad pactum implendum compelli possit. vid. Pont. Urbanus III. c. 5. X. de Condit. opp.

§. 25.

Si vero conditio adjecta esset turpis l. impossibilis, plane pro non adjecta censetur. vid. Gregorius IX. c. 7. X. de Cond. opp.

§. 26.

Porro ex promissione publice & clandestine facta distinguuntur sponsalia in publica & clandestina. Publica & Clandestina.

§. 27.

Verum, ut hæc natura sua, præcipue apud Saxones, effectu destituuntur, ita multis distinctio videtur otiosa. vid. Carpzovius Lib. II. def. 34. 35.

§. 28.

Præter hæc ex promissione verbis de præsenti & futuro facta ab invicem plerumque separari solent sponsalia de præsenti & futuro. Sponsalia de præsenti & futuro.

§. 29.

Atque hoc fit Jure Canonico, jure autem Civili sunt tantum de futuro. vid. Pont. Gregorius IX. c. 31. X. h. Florentinus l. 1. P. h. Ulpianus l. 30. de R. J. conf. Rittershusius de Different. J. C. & Can. Lib. I. c. I.

§. 30.

Hæc distinctio autem varie explicatur, ita, ut a plurimis haut magna vis eidem attribuatur. vid. Strauchius in Diss. II. th. 7.

§. 31. Ha

§. 31.

Dissolvuntur autoritate Consistorii ex justa causa.

Hactenus sponsalia cum pacto conveniebant; in eo autem ab illo differunt, quod mutuo dissensu dissolvi nequeant, nisi alia causa accedat satis sufficiens, qua, autoritate Consistorii, recedere licet. vid. Strauchius in Diss. c. th. 6.

§. 32.

Causæ tales sunt: irreconciliabilis animorum alienatio, fornicatio, morbus contagiosus & desperatus, furor, nec non impotentia coeundi. vid. Carpzovius in Jurisprud. Eccl. Lib. II. Def. 176. seqq. conf. Struvius Exerc. XXIX. th. 14.

§. 33.

Publica priora præferuntur posterioribus & conditionata puris posterioribus.

Ultimo loco est notandum, quod sponsalia publica priora præferantur posterioribus; conditionata autem priora puris posterioribus præponantur, existente conditione. vid. Gregorius IX c. 13. X. h. conf. Carpzovius l. c. def. 21.

§. 34.

Proclamatio. Describitur.

Sponsalia ordinarie sequitur proclamatio, quæ est actus, quo per ministros Ecclesiæ personæ, mediante copula sacerdotali, in Ecclesia jungendæ, publice proclamantur, ut impedimentum inter easdem allegaturi ac probaturi ante illius consummationem audiri queant. vid. a. c. 27. X. de Spons. it. c. 3. X. de

de clandest. despons. conf. Mencke in Pandect. Theor. & Prax. D. R. N.

§. 35.

Hæc l. bina l. trina l. unica esse solet, & extraordinarie plane omittitur. Diverse fieri solet.

Discursus II.

De Nuptiis ipsis, & iis, quæ has concomitantur.

Concomitantia.

§. 1.

Post sponsalia & proclamationem procedunt nuptiæ.

§. 2.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. X. J. de Nuptiis, 2.) Lib. XXIII. Tit. II. De Ritu nuptiarum. Sedes hujus materiæ.

§. 3.

Nuptiæ describuntur, quod sint viri atque mulieris conjunctio, individuam vitæ consuetudinem continens. §. 1. J. de patr. potest. Modestinus l. 1. P. h. Describuntur.

§. 4.

Seu: Conjugium est unius maris atque feminæ, habilium, legitima & indissolubilis conjunctio, procreandæ educandæque sobolis, aut vitæ honestius commodiusque agendæ causa instituta. vid. Delineat. nostra Ph. Elect. Mod. P. III. Tract. I.

§. 5. Per-

§. 5.

Personæ habiles.

Personæ debent esse habiles & non prohibitæ.

§. 6.

Habiles non tantum qua corpus, sed & qua mentem.

§. 7.

Quoad corpus.

Ratione corporis requiritur ætas legitima & facultas generandi naturalis.

§. 8.

Nam, qui l. ob ætatem l. ob vitium corporis non valet generare, non potest etiam matrimonium contrahere.

§. 9.

Sicque ob ætatem matrimonium inire non possunt nimis teneri. vid. Pr. J. h. conf. c. 3. X. de desponf. impuber.

§. 10.

Ob vitium corporis autem arcentur castrati, a. §. 9. J. de adopt. frigidi & maleficiati. vid. Decret. tit. de frigid. & malefic.

§. 11.

Hermaphroditis matrimonium quoque non est permittendum, nisi de sexu, qui prævaleat, constet. vid. Carpzovius in J. C. L. II. def. 16.

§. 12. Quo-

§. 12.

Quoad mentem vero ex regulis prudentiæ inprimis respiciendum est ad facultatem regendi atque alendi familiam. vid. Delineat. nostra Ph. Eclect. Mod. P. III. Tract. II. Quoad mentem.

§. 13.

Conjungantur itaque mas & femina ad obtinendum finem matrimonii valentes atque potentes; hoc enim & primævæ institutioni, & doctrinæ Christianæ est conveniens. vid. Genes. II, 14. Matth. XIX, 5. conf. c. 2. & 3. X. de frig. & malef. Colerus P. I. Dec. I. Conjungi debent ad finem matrimonii obtinendum habiles.

§. 14.

Debent autem conjungi unus mas & una femina & hac ratione excluditur Polygamia simultanea, quæ olim Judæis aliisque gentibus erat recepta. vid. Imp. Theodosius l. 7. C. de Judæis, Diocletianus l. 1. in fin. P. de his, qui notant. infam. add. l. 13. eodem. conf. Nov. 18. c. 5. v. sicut enim quis legitime uxori conjunctus. Nec non unus mas & una femina.

§. 15.

Hæc etiam pristinis Germanorum moribus nunquam conveniens vîsa, aut permissa videtur. vid. Spec. Saxon. im Land-Recht/ Lib. II. art. 23. it. Svev. im Land-Recht c. 371. §. 12. conf. Tacitus de M. G. c. 18.

§. 16.

Personæ quoque non debent esse prohibitæ.

Præterea personæ non debent esse prohibitæ.

§. 17.

Prohibentur autem I. ob vinculum cognationis & adfinitatis I. ob honestatem & aliquam rationem civilem.

§. 18.

Cognatio describitur.

Cognatio est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium, carnali propagatione contractum. a. l. 4. §. 2. l. ult. §. 1. 2. de grad. & aff.

§. 19.

Distinguitur.

Quæ dispescitur in cognationem in specie sic dictam & agnationem.

§. 20.

Cognatio in specie sic dicta est, quæ constituitur carnali propagatione, s. per feminam s. per masculum lineæ maternæ, aut lineæ paternæ, qui minimam capitis deminutionem passus est. vid. §. 1. J. de legit. agn. tut. l. 4. §. 10. P. de grad. §. 3. J. de cap. deminut.

§. 21.

Agnatio est, quæ constituitur per lineæ paternæ personam mascalini sexus, quæ minimam capitis deminutionem passa non est. §. 1. J. de legit. agnat. tut.

§. 22. Præ-

§. 22.

Præterea est l. spiritualis, quæ inter susceptorem & personam susceptam apud Pontificios statuitur. vid. tit. XIX. de Cognat. Spir. l. legalis, quæ per adoptionem & adrogationem contrahitur. vid. l. 1. §. 2. P. de Grad. & affin.

§. 23.

In cognatione attendendæ sunt lineæ, in lineis gradus.

§. 24.

Linea dicitur series personarum inter se conjunctarum gradus continens. l. 9. de grad. affin.

§. 25.

Distinguitur in rectam & obliquam.

§. 26.

Recta est series personarum ascendentium & descendentium. Dispescitur in superiorem s. ascendentem, qua a persona generata ad generantem ascendimus, & inferiorem s. descendentem, qua a generante ad generatas descendimus. vid. l. 1. & 9. de Grad.

§. 27.

Linea obliqua s. collateralis personas a latere junctas continet. vid. pr. J. de Grad. Cogn. Linea obliqua describitur.

[I] 2 §. 28. Hæc

§. 28.

Hæc est l. æqualis, qua personæ æqualiter l. inæqualis, qua personæ inæqualiter a communi stipite distant. vid. Struvius Exerc. XXXVII. th. 78.

§. 29.

Gradus describitur.

Gradus est distantia unius personæ ab altera per generationem constituta. §. 7. J. de Grad.

§. 30.

Numerantur secundum Jus Civile & Canonicum.

Hi numerantur l. secundum jus Civile l. secundum jus Canonicum. De illo valet regula: Quot sunt generationes, tot sunt gradus. §. 7. J. de Grad. De hoc autem in linea ascendente & descendente idem valet, quod jure civili.

§. 31.

Verum in linea collaterati æquali obtinet regula: Quot gradibus alterutra persona distat a communi stipite, tot gradibus distant inter se. e. g. duo fratres. In linea inæquali observatur hæc: Quot gradibus remotior distat a communi stipite, tot gradibus distant inter se. e. g. fratris filius.

§. 32.

Nuptiæ prohibentur ratione cognationis.

Quoad cognationem nuptiæ prohibentur inter ascendentes & descendentes in infinitum. vid. Levit. XVIII, 6. 7. 10. it. 8. 15. §. 1. J. h. add. l. 41. 42. 53. 55. P. h. l. 17. C. h. Nov. 12. c. 1.

§. 33. In

§. 33.

In linea collaterali matrimonium est prohibitum inter fratres & sorores quascunque, easque personas, quæ sibi invicem sunt parentum & liberorum loco. vid. §. 2. 3. 4. 5. J. h.

§. 34.

Prohibentur nuptiæ non tantum propter consanguinitatem, sed etiam propter adfinitatem. Prohibentur quoque ratione adfinitatis.

§. 35.

Adfinitas est conjunctio inter conjugem & alterius conjugis cognatos, ex justis nuptiis orta. vid. Modestinus l. 4. §. 3. P. de Grad. & affin.

§. 36.

Hujus tria statuuntur genera. vid. c. 8. X. de consangu. & affinit.

§. 37.

Primum genus adfinitatis contrahitur, quando cognationi cuidam persona per primum matrimonium adjungitur. e. g. fratris mei uxor. Ejusdem genus primum.

§. 38.

Secundum est, quando cognationi cuidam persona per secundum matrimonium jungitur. e. g. fratris mei viduæ secundus maritus. Genus secundum.

§. 39.

Tertium est, quando cognationi cuidam persona per tertium matrimonium addi- Genus tertium

 tur,

tur, e. g. fratris mei viduæ secundi mariti secunda uxor.

§. 40.

Gradus in adfinitate proprie non dantur.

Hac ratione gradus in adfinitate proprie sunt nulli, bene tamen similitudo gradus, juxta canonem: Quot gradibus aliquis distat a marito ratione cognationis, tot gradibus distat ab uxore ratione adfinitatis, & v. v.

§. 41.

Quoto gradu autem prohibitum est matrimonium in consanguinitate, eodem quoque gradu interdicitur in adfinitate. vid. c. 1. & 8. X. de consangu. & affinit. c. 13. caus. 35. quæst. 2.

§. 42.

Si modo sit primum adfinitatis genus; nam secundum & tertium jure Canonico non impedit matrimonium. vid. c. penult. X. de consangu. & affinit.

§. 43.

Nuptiæ præterea prohibentur ob honestatem.

Ratione honestatis jure Civile interdictum est quoque matrimonium cum quasi privigna & quasi noverca. §. 9. J. h. it. l. 42. P. h. (1.) conf. Carpzovius in J. Eccles. Lib. II. def. 121. & 122.

§. 44. Ce-

(1.) Semper in conjunctionibus non solum quod liceat, considerandum est, sed & quid honestum sit. Modestinus l. 42. P. h.

§. 44.

Ceterum olim nuptiæ varias ob rationes civiles impediebantur.

Nec non ob rationes civiles.

§. 45.

Hoc modo servorum & peregrinorum connubium non erat justum. vid. Ulpianus tit. V. §. 1. in fragm. conf. pr. J. h.

§. 46.

Hodie vero non tantum peregrini, sed etiam servi matrimonia contrahunt. vid. Hadrianus c. X. de Conjug. Serv. Schilterus in Exerc. de Jure peregr. Potgieser de statu servorum Germ. Lib. II. c. 1. Stryckius in U. M. h.

Servi & peregrini hodie matrimonia recte contrahunt.

§. 47.

Hoc tamen est notandum, quod, si quis servam ducat, alicubi amittat civitatem, & si libera servo nubat, perdat libertatem. vid. Lex Salica tit. 29. §. 5. conf. Wehnerus pract. obs. Lib. V.

§. 48.

Impediebantur quoque nuptiæ ob impedimenta civilia ex publico officio, ex dignitatis inæqualitate, delicto, violentiæ præsumtione, præsumto metu, & periculo rationum interventendarum, quæ omnia hodie saltem immutata & minuta deprehenduntur. vid. Stryckius in U. M. h. Lauterbachius h.

§. 49.

Officium clericatus apud nos matrimonium impedire non potest. vid. I. Tim. III, 2. IV, 3. conf. Rittershusius in Different. J. C. & C. Lib. I. c. XVI.

§. 50.

Observatur adhuc hodie tempus luctus conjugis prioris.

In nuptiis secundis tamen adhuc hodie tempus luctui conjugis prioris destinatum est observandum. vid. Julianus l. 1. P. de his, qui notant. inf. Innocentius III. c. 5. X. de secund. nupt. conf. Sächsisch Land-Recht / Lib. II. art. 23. Friese in Diss. de secund. nupt. c. II. th. 6.

§. 51.

Dispensatio magistratus in gradu de Jure humano prohibito.

Quod reliquum, supremus magistratus in gradu de jure humano prohibito matrimonium permittere potest, quæ permissio, dispensatio nuncupatur. vid. Linckius in Diss. de Dispens. in caus. matrim.

§. 52.

An vero omnes gradus, qui Levit. c. XVIII. recensentur, contra jus naturæ sint? conf. Pufendorfius Lib. I. c. VI. §. 17. it. An gradus, an vero personæ ibidem enarratæ prohibeantur. vid. Osiander ad Grotium & quidem Lib. II. c. V. conf. Buddeus in Institut. Th. Mor. P. II. c. III. Sect. VI. §. 11. seqq.

§. 53. Qui-

§. 53.

Quicunque igitur nec natura, nec lege, nec canone, nec consuetudine impediuntur atque prohibentur, peracta proclamatione, nuptias contrahunt benedictione sacerdotali. vid. c. 1. XXX. quæst. 5.

§. 54.

Hæc a Patribus ecclesiasticis, post matrimonium dudum jam antea constitutum, originem sumit. vid. Hohmannus in Tr. de Benedictione Sacerdotali. it. Muller in Diss. de Benedict. Sacerdotali. conf. Mevius P. II. dec. 82. add. Lauterbachius in Colleg. Theor. Pract. h. **Benedictio sacerdotalis originem trahit a patribus ecclesiasticis.**

§. 55.

Inde varii existunt effectus tam generales, quam speciales. **Effectus matrimonii.**

§. 56.

In genere conjux conjugi debet amorem conjugalem & perpetuam consuetudinem, vid. Vives in Tr. de officio mariti & feminæ Christ.

§. 57.

In specie autem uxor tenetur ad obsequium, usum-fructum ex rebus suis, nec non adquisita ex operibus obsequialibus præstanda. vid. Stryckius in U. M. h. conf. Sächsisch Land-Recht/ Lib. I. art. 31. & 45.

§. 58.

Maritus contra debet illi defensionem, alimentationem, domicilium, curam ac sepulturam. vid. Mauserus de Nupt. Lib. I. §. 19. seqq.

§. 59.

Præter hæc confertur illi quoque dignitas, competentia fori, nec non jus parochiæ. vid. Ulpianus l. 8. P. de Senat. l. 19. P. de Jurisdict. conf. Titius im Geistlichen Recht. Lib. II. c. II.

§. 60.

Hisce fruitur non tantum tempore conjunctionis, sed etiam tempore viduitatis. vid. l. 22. P. ad Municip. conf. Sächsisch Land Recht Lib. III. art. 45. Zobel in Diff. Jur. Civ. & Saxon. P. II. diff. 24. n. 3.

§. 61.

Nuptiæ solvuntur.

Tales nuptiæ autem tamdiu sunt indissolubiles, donec l. regulariter l. irregulariter solvantur.

§. 62.

Per mortem.

Regulariter hodie nuptiæ dissolvuntur morte naturali. vid. l. 1. P. de divort.

§. 63.

Irregulariter nuptiæ l. proprie l. improprie dissolvi possunt.

§. 64. Vid.

§. 64.

Vid. 1.) Lib. XXIV. Tit. II. P. de divortiis & repudiis. 2.) Lib. V. Tit. XVII. C. De repudiis & Judicio de moribus sublato.

Proprie dissolvuntur nuptiæ per divortium, improprie per separationem a thoro & mensa. Hinc illud dicitur divortium proprie sic dictum, hæc autem divortium improprie tale. Per divortium.

§. 65.

Divortium proprie sic dictum est separatio conjugum, animo perpetuam constituendi dissensionem facta. vid. Paulus l. 3. P. h. Proprie sic dictum describitur.

§. 66.

Fiebat olim l. mutua dissensione, l. ob causas lege determinatas, altera parte etiam invita. vid. Theodos. l. 8. C. h. Hermogenianus l. 62. de donat. int. vir. & uxor.

§. 67.

Hodiernis moribus in Consistoriis respiciuntur 1.) adulterium, 2.) malitiosa desertio, 3.) impotentia coeundi, & 4.) insidiæ vitæ structæ. vid. Brunnemannus ad l. 8. C. de repud. Schilterus in J. J. C. Lib. II. Tit. XII. §. 3. Strauchius in Inst. Jur. Publ. Lib. I. Tit. XXXV. Imp. Justinianus l. 10. C. h. Stryckius in Diss. de divort. ob insid. vit. conf. I. Corinth. VII, 15. I. Tim. V, 8. Ejusdem causæ.

§. 68. Ex

§. 68.

Ex hisce rationibus, si quædam adest, permittitur a Judicio ecclesiastico divortium verum, quod præcedit causæ cognitio aut processus desertionis. vid. Brunnemannus in J. E. Lib. II. c. XVII. §. 15. 19. Carpzov. in Jurispr. Consist. Lib. III. def. 62. conf. Titius in der Probe des Geistl. Rechts. Lib. V. c. VI.

§. 69.

Tollitur vinculum matrimonii.

Per hoc tollitur vinculum matrimoniale, ita, ut non tantum innocenti, sed etiam nocenti parti novæ permittantur nuptiæ, ubi tamen qua posteriorem specialis Principis concessio requiritur. vid. Carpzovius l. c. Lib. II. def. 191.

§. 70.

Liberos quod attinet, parti innocenti dantur, ut sumtibus partis nocentis educentur. vid. l. un. C. divortio facto ap. quem lib. conf. Titius in der Probe des Geistl. Rechts. Lib. V. c. VI. §. 25.

§. 71.

Apud Saxones uxor innocens post divortium quoque retinet dotalitium, bona illata, itemque cibaria & utensilia. Sächsisch Land-Recht. Lib. I. art. 21. Lib. III. art. 74.

§. 42. Di-

§. 72.

Divortium improprie sic dictum est separatio conjugum, qua vinculum matrimonii non tollitur, sed quasi tempus in gratiam redeundi partibus datur. Unde dicitur etiam separatio quoad thorum & mensam. vid. 1. Corinth. VII, 11. Divortium improprie tale describitur.

§. 73.

Si vero nuptiæ contra l. præter leges contrahantur, publica autoritate pro nullis habentur. Nuptiarum declaratio nullitatis.

§. 74.

Unde est declaratio nullitatis matrimonii, qua matrimonium tale ipso jure nullum declaratur.

Discursus III.

De his, quæ nuptias subsequuntur.

Subsequentia.

§. 1.

Licet nuptiæ sine dote & aliis accessoriis esse possint, solent tamen iis aliquando quædam accedere. vid. Nov. 74. c. 4.

§. 2.

Huc referri solent: 1.) dos, 2.) bona paraphernalia, 3.) bona receptitia, 4.) donatio propter nuptias, 5.) dotalitium, 6.) donum matutinale, 7.) munera nuptialia.

§. 3. Vid.

§. 3.

Sedes materiæ. Vid. 1.) Lib. XXIII. Tit. III. P. De Jure dotium. 2.) Lib. V. Tit. XII. C. de Jure dotium, item Tit. XI. de Dotis promissione.

Dos describitur. Dos est res, quæ uxoris nomine in virum propter matrimonii onera confertur. Germ. Das Heyraths-Guth/ das Ehe-Geld. Vox autem Mitgifft latius patet.

§. 4.

Distinguitur. Est l. profectitia, quæ a patre vel parente profecta est de bonis vel facto ejus; vel adventitia, quæ ab extraneo est constituta. vid. Ulpianus l. 5. pr. §. 1. & 2. P. h.

§. 5.

Dos necessaria. Illa est necessaria, hæc voluntaria. vid. Pomponius l. 6. P. h. Strauchius in Diss. III. aph. 5.

§. 6.

Hac ratione dos constituitur l. ex juris obligatione, l. ex libera voluntate.

§. 7.

Ex juris necessitate dotem constituunt pater & omnes, in quorum potestate sponsa est. vid. Marcianus l. 19. P. de R. N. Diocletianus l. 14. C. h. Stryckius in U. M. P. h. confer. Württembergisches Land-Recht. P. IV. Tit. 13.

§. 8.

Hoc fieri solet pro modo facultatum patris & dignitate mariti. vid. Papinianus l. 69. §. 4. P. h. add. l. 60. 61. pr. P. eod.

§. 9. Alii

§. 9.

Alii vero ex libero arbitrio dotare solent. vid. Beier in Pos. ad Inst. h. Titius ad Lauterbachium Obs. 772. Voluntaria.

§. 10.

Notandum autem est, quod hodie necessitas dotem constituendi pene semper evanescat, nisi peculiaris promissio accedat. vid. Strauchius in Diss. III. aph. 4. Carpzovius P. II. C. 42. def. 12. Titius loc. cit.

§. 11.

Si vero dos constituitur, necessaria est voluntatis expressa declaratio, cui accedat traditio. vid. Böhmer ad P. h. item Beier ad P. h.

§. 12.

Habetur tamen aliquando dos promissa pro tradita. vid. Paulus l. 46. §. 2. P. h. conf. Friese in Diss. de dote confessata l. numerata.

§. 13.

Hinc maritus habet: 1.) dominium aliquando revocabile, aliquando irrevocabile, 2.) perceptionem fructuum atque aliarum accessionum quotannis renascentium. vid. Ulpianus l. 7. P. h. (1.) Effectus.

§. 14. Eidem

(1.) Dotis fructum ad maritum pertinere debere æquitas suggerit: cum enim ipse onera matrimonii subeat, æquum est, eum etiam fructus percipere. Ulpianus l. 7. P. h.

§. 14.

Eidem quoque aliquando in bonis competit jus vendendi dotem, prout nimirum l. æstimata l. inæstimata est data, ubi venditio cessat. vid. Paulus l. 3. P. de fundo dotali. Struvius in J. F. L. I. tit. 8.

§. 15.

Hæc enim æstimatio adjicitur vel taxationis l. venditionis gratia. vid. Africanus l. 11. P. de fundo dotali.

§. 16.

In priori casu mulier electionem habet, aut pretium aut rem sumendi; in posteriori autem æstimatio tantum venit restituenda. vid. l. cit. conf. l. 10. P. h.

§. 17.

Bona paraphernalia describuntur.

Huc referuntur bona paraphernalia & receptitia.

§. 18.

Bona paraphernalia sunt, quæ ab uxore præter dotem in domum mariti inferuntur ejusdemque custodiæ & administrationi committuntur. vid. Ulpianus l. 9. §. 3. P. h.

§. 19.

Verum plerisque hodiernis Germaniæ moribus hac distinctione vix opus est. vid. Stryckius in U. M. de R. N. Schilterus ad P. Exerc. 36. §. 77. seqq.

§. 20. Bona

§. 20.

Bona receptitia dicuntur, quæ uxor sibi quoad administrationem & arbitrium, marito permittente, reservat. vid. l. fin. C. de pact. convent. Berger in Diss. de discrim. bonorum uxoris. Bona receptitia describuntur.

§. 21.

Doti opponitur donatio propter nuptias, quæ est constitutio certæ rei l. pecuniæ in remunerationem dotis uxori facta, ut eandem, prout conventum est, retineat. vid. Ludovici in Doctr. P. h. Donatio propter nuptias describitur.

§. 22.

Hæc a dote Germanorum certo tantum respectu differre solet. vid. Schilterus ad Pand. exerc. 36. §. 86. P. h.

§. 23.

Huic affine est dotalitium seu dotarium, quod est jus usufructuarium viduæ ad dies vitæ in bonis l. omnibus l. determinatis constitutum. Germ. Das Leib-Geding. vid. Sächsisch Lehn-Recht/ c. 31. item Schwäbisch Land-Recht/ c. 304. Dotalitium describitur.

§. 24.

Estque hoc ut plurimum ad proportionem dotis illatæ. vid. Carpzovius P. II. c. 42.

§. 25.

Donum matutinale. Ab hoc differt donum matutinale, quod a marito, secundo nuptiarum die, in uxorem confertur, dicitur etiam Morgengaba.

§. 26.

Hæc a Germanis jam dudum erat consueta, hodie vero rarior & inprimis duplici sensu invenitur. vid. Goldastus in antiqu. Aleman. conf. Sächsisch Land-Recht, Lib. I. art. 20. add. Carpzovius P. III. c. 33. def. 20.

§. 27.

Cibaria portio. Juxta hanc in Saxonia quoque adparuit cibaria portio, quæ viduis nobilibus ibidem relinquitur & mortuo marito ad ipsarum heredes transit. Germanice, das Mußtheil. vid. Sächsisch Land-Recht. Lib. I. art. 24. & Lib. III. art. 38.

§. 28.

Munera nuptialia. Ultimo loco separanda quoque veniunt munera nuptialia, quæ novis conjugibus tempore solemnium nuptialium l. a parentibus l. a propinquis & aliis amicis offerri solent. Germanice dicuntur, das Hochzeit-Geschenck, item die Braut-Tafel-Gelder.

§. 29.

Hæc æqualiter adquiruntur, si convivii nuptialis sumtus conjunctim quoque fecerunt. vid. Falckner in Diss. de mun. nupt.

§. 30. Vid.

§. 30.

Vid. 1.) Lib. XXIII. Tit. IV. P. De Pactis dotalibus, 2.) Lib. V. Tit. XIV. C. de Pactis conventis. Hæc pactis terminantur.

Hæc omnia plerumque pactis terminari solent & ideo pacta dotalia nuncupantur. vid. Kohl. in Tr. de pact. dot. P. I. & II.

§. 31.

Sed hæc quoad effectum a reliquis pactis non differre solent. vid. Titius ad Lauterbachium Obs. 77. P. h.

§. 32.

Unde varia, quæ alias circa hæc restringuntur, quæruntur atque excipiuntur, non observantur.

Inspectio II.

De Legitimatione.

Legitimatio.

§. 1.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. X. §. 13. J. de Nuptiis, 2.) Lib. I. Tit. VI. P. de his, qui sui l. alieni juris sunt. Sedes materiæ.

§. 2.

Alter modus patriæ potestatis est legitimatio.

§. 3.

Quæ est actus, quo hodie liberi illegitimi fiunt legitimi. vid. §. fin. J. h. c. 13. X. qui filii sunt legitimi. Describitur.

[K] 2 §. 4. Le-

§. 4.

Modi.

Legitimatio contingit per tres modos, 1.) per subsequens matrimonium, 2.) per rescriptum principis, 3.) per oblationem curiæ, qui modus hodie recessit ab usu.

§. 5.

Legitimatio per subsequens matrimonium.

Legitimatio per subsequens matrimonium fit, quando pater illam, ex qua prolem suscepit extra matrimonium, in uxorem ducit, quod etiam in articulo mortis fieri potest, si modo sensus nondum defecerint. vid. §. fin. J. h. item l. 30. de R. J. l. 11. Cod. de nat. lib.

§. 6.

Hinc ejusmodi liberi eodem, quo liberi legitimi, jure fruuntur. vid. Nov. 89. c. 8. (1.)

§. 7.

Per rescriptum Principis.

Legitimatio autem per rescriptum principis fit, quando Princeps l. ipse l. per Comites Palatinos liberos illegitimos petentes facit legitimos. vid. Nov. 89. c. 9.

§. 8.

Unde non tantum macula illegitimæ nativitatis in hisce tollitur, sed & illis tribuitur jus legitimorum, si modo tempore legitimationis liberi legitime nati non extent, alias regulariter in hereditatem parentum succedere

(1.) Liberi per subsequens matrimonium legitimati æquali jure cum liberis ab initio legitime natis utuntur. Nov. 89. c. 9.

dere non poſſunt. vid. Nov. 89. c. 9. Beier in Poſ. ad J. h. conf. Struvius in comp. Digeſt. h.

Inſpectio III.
De Adoptione.

Adoptio.

§. 1.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. XI. J. de Adoptionibus. 2.) Lib. I. Tit. VII. P. de Adoptionibus & emancipationibus &c. Lib. VIII. Tit XLVIII. C. de Adoptionibus, item Tit. L. de ingratis Liberis.

§. 2.

Tertius & ultimus modus patriam poteſtatem conſtituendi eſt adoptio.

§. 3.

Quæ eſt aſſumtio, qua homo extraneus in familiam adſumitur. vid. §. 4. & 8. J. h. Deſcribitur.

§. 4.

Dividebatur apud Romanos in adrogationem & adoptionem in ſpecie ſic dictam. vid. §. 1. J. h. Modeſtinus l. 1. P. h. Diſtinguitur.

§. 5.

Adrogatio erat, qua homo ſui juris conſentiens cauſa cognita principis reſcripto adſumebatur. vid. §. J. h. Gajus l. 2. P. h.

§. 6.

Adoptio in ſpecie ſic dicta erat, qua homo in poteſtate patris conſtitutus non diſſentiens imperio Magiſtratus inferioris in filium adſumebatur. l. l. c. c.

§. 7.

Adrogatio semper attribuebat patriam potestatem, non vero adoptio. vid. §. 2. J. h. Ulpianus l. 15. P. h.

§. 8.

Unde alia erat adoptio plena, alia minus plena.

§. 9.

Illa fiebat ab uno ascendentium & transferebat patriam potestatem; hæc ab extraneo & tantum jus succedendi patri adoptivo præstabat. vid. §. 2. J. h. Justinianus l. 10. C. h.

§. 10.

Usus. Usus totius negotii, nec non hujus distinctionis, hodie valde est dubius & incertus. vid. Thomasius in U. M. J. h.

§. 11.

Unio prolium. Magis consueta est Germanis unio prolium. Germ. Die Einkindschaft.

§. 12.

Hæc est legitima parentum conventio, qua diversorum matrimoniorum liberi quoad jus una alendi & iisdem succedendi exæquantur. vid. Rickius in Tr. de unione prolium.

§. 13.

Requiritur autem: 1.) parentum & liberorum, tutorum & curatorum consensus, 2.) causæ

2.) cauſæ cognitio, 3.) decretum Magiſtratus & relatio ad acta, 4.) ut fiat ſalvo jure cognatorum. vid. Schilterus ad P. Exerc. III. §. 17. Carpzovius Lib. V. reſp. 6.

Articulus III.

De Modis patriam poteſtatem ſolvendi.

Modi patriam poteſtatem ſolvendi.

§. 1.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. XII. J. quibus modis jus patriæ poteſtatis ſolvitur, 2.) Lib. VIII. Tit. XLIX. C. de Emancipationibus liberorum.

§. 2.

Hucusque actum eſt de modis patriam poteſtatem conſtituendi, jam ſubjungendi quoque ſunt modi eam diſſolvendi.

§. 3.

Diſſolvitur autem hæc poteſtas l. morte, l. emancipatione, non autem adoptione & unione prolium, ubi non tollitur, ſed transfertur.

§. 4.

Mors naturalis.

Solvitur itaque potiſſimum morte & quidem tam naturali, quam civili.

§. 5.

Morte naturali tollitur, quando filius l. pater, cujus poteſtati ſubeſt, moritur. vid. pr. J. h. (1.)

[K] 4 §. 6. Morte

(1.) Qui in poteſtate parentis ſunt, mortuo eo, ſui juris fiunt. pr. J. h.

§. 6.

Civilis. Morte civili solvebatur apud Romanos, quando capitis deminutio maxima l. media intercedebat. vid. §. 1. 3. 5. J. h.

§. 7.

Hodie tantum banno Imperii tale quid in Imperio amittitur. vid. Ord. Cam. P. II. tit. 9. §. 2. conf. Böhmer ad P. h. add. Thomasius in U. H. J. h.

§. 8.

Emancipatio describitur. Emancipatio est, quando liberi consentientes apud judicem l. Magistratum competentem e patria potestate dimittuntur. §. 6. J. h.

§. 9.

Distinguitur. Hæc est vel expressa, quæ contingit solennitate recepta, vel tacita, quæ fit ex præsumta voluntate eorum, qui non contradicunt.

§. 10.

Illa, quamvis olim necessaria esset, hodie tamen valde est in frequens. vid. Beier in Posit. ad J. h. conf. Dionysius Halicarnasseus in Antiqu. Romanis Lib. II. c. 27.

§. 11.

Maxime hodie probatur tacita, quæ etiam quasi-emancipatio adpellatur.

§. 12. Hæc

§. 12.

Hæc contingit filiis per separatam œconomiam; filiabus vero per nuptias. vid. Thomasius in Diss. de quasi emancip. German.

§. 13.

Ceterum emancipatio quoque in voluntariam & invitam distingui solet.

Membrum III.

De Tutela & Cura.

§. 1.

Hactenus actum est de hominibus, qui sunt alieni juris; dicendum jam est de his, qui sunt sui juris.

§. 2.

Homines autem sui juris dicuntur, qui nec sub dominica, nec patria potestate constituuntur.

§. 3.

Ex his personis quædam l. in tutela l. cura sunt, quædam neutro jure tenentur. vid. pr. J. de Tutela.

§. 4.

Considerenda hic veniunt: 1.) tutela, 2.) cura, 3.) communia tutelæ & curæ.

Articulus I.

Tutela.

De Tutela.

SUMMARIA.

I. Tutela generatim.
II. Tutela testamentaria.
III. Tutela legitima.
IV. Tutela dativa.
V. Qui tutores petant & ubi petantur.
VI. Tutorum administratio & periculum.
VII Tutorum autoritas.
VIII. Modi tutelam finiendi.

Inspectio I.

Generatim.

De Tutela generatim.

§. 1.

Sedes materiæ. Vid. 1.) Lib. I. Tit. XIII. J. de Tutelis, 2.) Lib. XXVI. Tit. I. P. de Tutelis.

§. 2.

Describitur. Tutela, a tuendo ita dicta, est vis atque potestas in capite libero ad tuendum eum, qui per ætatem se ipse defendere nequit, jure civili data atque permissa. vid. §. 1. J. h.

§. 3.

Seu: si rem ipsam inspicias, est officium pupillum educandi ejusque bona administrandi.

§. 4.

Fundamentum. Hoc enim non tantum æquitatis, sed & status publici ratio suadet.

§. 5. Exin-

§. 5.

Exinde adparet, quo sensu tutela juris sit naturæ. vid. Justinianus §. 6. de Attiliano tutore. Titius in jur. privat. Lib. VI. c. 15. Hertius de Tutel. reg. Sect. I. §. 1.

§. 6.

Ex officio humanitatis hac ratione quilibet ad tutelæ susceptionem tenetur & jussu publico ad hanc subeundam adigi potest. vid. Marcianus l. 214. P. de V. S. Justinianus §. 1. J. de Excus. tutor. Delata suscipienda.

§. 7.

Dicitur tutela officium ex eo, quia tutor ad omne id, quod ad finem tutelæ injunctæ pertinet, obstringitur. Dicitur officium ratione finis.

§. 8.

Inprimis obligatur ad educationem personæ pupillaris. vid. Marcianus l. 14. P. de testam. Tut. (1.)

§. 9.

Juxta hoc tamen consequenter eidem incumbit administratio rerum ad pupillum pertinentium & quicquid defensio illius requirit. vid. Paulus l. 1. pr. P. h. conf. infra Insp. VI. §. 10.

§. 10. Ex-

(1.) Tutor personæ, non rei l. causæ datur. Marcianus l. 14. de testam. Tut.

§. 10.

Extraordinarie autem aliquando tutor l. honoris l. notitiæ l. administrationis ergo constituitur. vid. Ulpianus l. 14. §. 1. P. de solut.

§. 11.

Ceterum tutor constituitur l. testamento vel lege, vel jussu Magistratus, unde tutela est l. testamentaria l. legitima l. dativa. vid. tamen Georgius Beier ad P. h.

Tutela testamentaria.

Inspectio II.

De Tutela testamentaria.

§. 1.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. XIV. J. qui Testamento Tutores dari possunt, 2.) Lib. XXVI. Tit. II. P. de testamentaria Tutela, item Tit. III. de confirmando Tutore, 3.) Lib. V. Tit. XXVIII. C. de testamentaria Tutela, item Tit. XXIX. de confirmando Tutore.

§. 2.

Describitur.

Tutela testamentaria est, quæ testamento constituitur.

§. 3.

Constituitur Jure Romano a patre.

Jure Romano constituebatur a patre, vi patriæ potestatis, & quidem solenni in testamento l. codicillis testamento confirmatis. vid. Gajus l. 1. P. h. Pomponius l. 120. P. de V. S. Ulpianus l. 3. P. h.

§. 4. Con-

§. 4.

Consequenter mater tutorem dare l. non poterat, nisi institutis liberis ultra legitimam, ubi tamen inquisitio, satisdatio & confirmatio tutoris est necessaria. vid. Modestinus l. 4. P. h. Alexander l. 4. C. h.

§. 5.

Jure autem Germano mater quoque constituit hanc tutelam & non requiritur testamentum solenne, sed sufficit etiam privilegiatum. vid. Ludwig in Diff. Jur. Rom. & Germ. in Tut. diff. 5. add. Titius ad Lauterbachium. Obs. 802. A matre quoque Jure Germano.

§. 6.

Ceterum hodie quilibet tutor confirmari debet & satisdare obstringitur. vid. Stryckius in U. M. P. h. item Beier ad P. h. Carolus V. Imp. in Reform. Polit. de Anno 1548. Tit. 31. num. 2. Rudolphus II. Ord. Polit. de Anno 1577. Tit. 32. Opus est hodie confirmatione & satisdatione.

§. 7.

Cum hac adprime convenire videtur tutela pactitia. vid. Ludwig l. c. Diff. 4.

Inspe-

Inspectio III.

Tutela legitima.

De Tutela legitima.

§. 1.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. XV. J. de legitima agnatorum Tutela. 2.) Lib. XXVI. Tit. IV. P. de legitimis Tutoribus, 3.) Lib. V. Tit. XXX. C. de legitimis Tutoribus, item Tit. XXXIII. quando mulier Tutelæ officio fungi possit.

§. 2.

Describitur.

Legitima tutela est, quam, intestato parente mortuo, lex deferre solet. vid. Paulus l. 6. P. h.

§. 3.

Olim vel agnatis l. patronis vel parentibus in impuberes emancipatos ordinarie deferebatur. vid. Ulpianus l. 3. P. h. Gajus l. 7. P. h. eod.

§. 4.

Defertur hodie agnatis & cognatis.

Hodie non tantum agnatis, sed quoque cognatis jure novissimo propter spem proximam succedendi datur. vid. Nov. 118. c. 5. & pr. J. h.

§. 5.

Atque, si habiles & agnatis & cognatis defertur, sin minus, proxime sequentes eorum officio fungi solent. vid. Struvius ad P. Exerc. 31. th. 25. Ulpianus l. 1. §. 1. Hermogenianus l. 10. P. h.

§. 6. Si

§. 6.

Si vero plures eodem gradu juncti exstiterint, omnes ad tutelam vocantur. vid. Gajus l. 9. P. h.

§. 7.

Ast jure Saxonico seniori tutela inter cognatos defertur. vid. Sächsisch Land Recht/ Lib. I. art. 23. conf. Carpzov. P. II. c. 11. def. 11.

§. 8.

Ceterum in Germania quoque obtinet extraordinarie tutela materna, quæ tamen a restrictionibus Romanis est libera. vid. Schilterus ad P. Exerc. 37. §. 49. Ludolphus de Jur. fem. illustr. Sect. I. §. 22. Ludwig in Diff. Jur. Rom. & Germ. in Tut. mat. conf. Sächsisch Land-Recht/ Lib. I. art. 11. Tutela materna in Germania quoque obtinet.

§. 9.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. XVI. J. de capitis Deminutione.
2.) Lib. IV. Tit. V. P. de capitis deminutione.

Deminutio capitis.

Hæc tutela apud cognatos, qui capitis i. e. status deminutionem sunt passi, esse nequit. vid. pr. J. h.

§. 10.

In genere capitis deminutio est status prioris mutatio in deterius. vid. pr. J. h. conf. Gajus l. 1. Paulus l. 3. P. h. Describitur.

§. 11. Juxta

§. 11.

Distinguitur. Juxta triplicem statum etiam deminutio triplex est, nimirum maxima, media & minima.

§. 12.

Maxima. Maxima erat, qua quis libertatem, civitatem & familiam amittebat. vid. §. 1. J. h. conf. Paulus l. 11. P. h.

§. 13.

Media. Media erat, qua quis civitatem & familiam amittebat, libertatem vero retinebat. vid. §. 2. J. h.

§. 14.

Minima. Minima, qua quis & libertatem & civitatem retinebat, sed familiam mutabat. vid. §. 3. J. h. Paulus l. fin. P. eod.

§. 15.

Usus. Hocce tamen omne hodiernis moribus mutatum adparet. vid. Franzkius ad P. h. num. 5.

§. 16.

Quod autem legitimam tutelam patronorum juxta Tit. 17. item parentum juxta Tit. 18. itemque fiduciariam juxta Tit. 19. attinet, omnia hodie quoque sunt mutata.

Inspe-

Inſpectio IV.

De Tutela dativa.

Tutela dativa.

§. 1.

Vid. 1.) Lib. I. Tit XX. J. de Attiliano Tutore & eo, qui ex l. Julia & Titia dabatur. 2.) Lib. XXVI. Tit V. P. de Tutoribus. 3.) Lib. V. Tit. XXXIII. C. de Tutoribus l. Curatoribus illuſtrium vel clariſſimarum perſonarum, item Tit. XXXIV. qui dare Tutores l. Curatores poſſunt & qui dari non poſſunt, item Tit. XLVII. ſi contra matris voluntatem Tutor datus ſit. Sedes materiæ.

§. 2.

Si itaque Tutela teſtamentaria & legitima deficiat, locus eſt dativæ.

§. 3.

Hæc eſt, quando Magiſtratus competens tutelam idoneis viris ex officio demandat. Dicitur ab Attilio, ejusdem Autore, Attiliana. vid. pr. §. 1. 2. J. h. conf. l. 2. pr. §. 1. qui pet. Tut. item l. 1. C. eod. Deſcribitur.

§. 4.

Quæ poteſtas olim Romæ competebat ex ſpeciali lege l. principis conſtitutione, quæ moribus Germaniæ jurisdictioni ordinariæ adhærere ſolet. vid. Ulpianus l. 6. §. 2. P. de Tut. conf. l. 1. P. h. porro vid. Schwäbisch Land-R. c. 315. & 321. Sächſiſch Land-Recht. Lib. 1. art. 47. Carolus V. in Reform. polit. de Anno 1548. Hæc poteſtas hodie jurisdictioni ordinariæ adhæret.

§. 5.

Hac ratione dantur tutores a judice competente & quidem maxime ad domicilium, aliquando tamen ad bona sita habita ratione. vid. Ulpianus l. 1. §. 2. Hermogenianus l. 27. P. h. conf. Ludwig de Attiliano Tutore Diss. 4.

§. 6.

Non dantur extra jurisdictionis terminos constituti.

Excluduntur tamen 1.) jurisdictioni Magistratus competentis non subjecti, 2.) inidonei, 3.) a parentibus prohibiti.

§. 7.

Qui itaque jurisdictioni Magistratus non sunt subjecti, ab eodem tutores dari non possunt. vid. Ulpianus l. 3. Paulus l. 24. P. h.

§. 8.

Excipitur autem 1.) si in eo loco idonei haberi non possint, 2.) si volentes foro suo renuncient. vid. Stryckius in U. M. P. h. §. 11.

§. 9.

Præterea non dantur inidonei, quales sunt ii, qui l. natura impediuntur l. lege prohibentur.

§. 10.

Inidonei.

Natura inidonei censentur furiosi, mente capti, impuberes, surdi & muti.

§. 11. Lege

§. 11.

Lege autem prohibentur minores, prodigi, milites, creditores pupilli vel debitores, clerici, judæi. vid. Lauterbachius in comp. Jur. h.

§. 12.

Denique non admittuntur ad tutelam ii, qui a parentibus tutores fieri ſunt prohibiti, Legati, nec non ſe ipſos ingeſſuri aut moribus minus benignis viventes. vid. Modeſtinus l. 21. P. h. A Parentibus prohibiti.

Inſpectio V.

De his, qui tutores petant & ubi petantur.

Tutores petentes.

§. 1.

Vid. 1.) Lib. XXVI. Tit. VI. P. Qui petant tutores. 2.) Lib. V. Tit. XXXI. C. Qui petant tutores l. curatores, item Tit, XXXII. ubi petantur tutores l. curatores. Sedes materiæ.

§. 2.

Quando olim nullus tutor teſtamentarius aderat vel conſtituti remoti aut mortui erant, matri intra annum, & ſi hæc non aderat, aliis ſucceſſuris ſub pœna privationis incumbebat impuberibus tutores petere. vid. Modeſtinus l. 1. &2. P.h. Carpzovius P.II. c. 11. def. 15. Struvius in Exerc. 31. th. 32. P. h. Olim competebat matri, hac ceſſante, ſucceſſuris.

§. 3.

Magistratus hodie dat ex officio.

Hodie vero Magistratui ex officio impuberibus tutores dare incumbit & quidem ut plurimum mater ipsa tutrix legitima esse solet. vid. Ludwig de tutore Attiliano diss. 8. 9. 10.

Inspectio VI.

Tutorum administratio & periculum.

De Tutorum administratione & periculo.

§. 1.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib XXVI. Tit. VII. P. de administratione & periculo Tutorum. 2.) Lib. V. Tit. XXXVII. C. de administratione Tutorum, item Tit. XXXVIII. de periculo Tutorum Tit. XLII. de Tutore l. Curatore qui satis non dedit, Tit. LII. de dividenda Tutela & pro qua parte quisque tutorum conveniatur.

§. 2.

Tutelam delatam sequi debet ejusdem administratio, quæ tutoris officium constituit.

§. 3.

Tutela legitima est suscipienda.

Hæc tam legitime suscipi, quam administrari debet.

§. 4.

Requiritur instrumentum Tutorium.

Ad illud requiritur 1.) Instrumentum tutorium a Magistratu competente exhibitum. vid. Reform. Polit. de Anno 1577. Tit. 32.

§. 5. Præ-

§. 5.

Præter hoc 2.) confectio inventarii est necessaria, ante quam nihil recte geritur, sed tutor, ut suspectus, multo magis est removendus. vid. Ulpianus l. 7. pr. P. h. l. fin. C. arbitr. Tut. conf. Engelbrecht ad P. h. add. Gothaische Landes-Ordnung P. III. num. 2. §. 1. Inventarium.

§. 6.

Denique 3.) Satisdatio, ubi opus videtur, & jurata promissio subjungi debet. vid. Reform. polit. de Anno 1577. tit. 32. Stryckius in U. M. P. h. §. 1 — 10. Schilterus ad P. Exerc. 37. §. 90. Menckenius in Diff. juris Civilis & Sax. diff. 350. Satisdatio.

§. 7.

Verum necessitas inventarii cessat, si hereditas haud magna sit, aut pater confectionem ejusdem prohibuerit. Interim res pupilli privatim sunt consignandæ. vid. Justinianus l. 13. §. 1. P. de arbitr. Tut. Huberus in prælect. ad P. num. 3. Carpzovius P. II. c. 11. Def. 4. num. 8. Hæc aliquando cessant.

§. 8.

Satisdatio autem æque, ut jurata promissio non ubique requiritur. vid. Justinianus l. 13. §. 1. C. h.

§. 9.

Quod plures tutores concurrentes attinet, aliquando administratio uni illorum demandatur, aliquando quoque inter eosdem dividi solet. vid. Ulpianus l. 3. §. 1. l. 4. P. h.

§. 10.

Suscepta legitime est administranda.

Ad hoc pertinet bona pupilli educatio, ejusdemque rerum fidelis administratio.

§. 11.

Educatio bene instituenda

Educatio instituenda est juxta facultates patrimonii & natalium dignitatem. vid. Paulus l. 12. §. 3. P. h.

§. 12.

Vid. 1.) Lib. XXVII. Tit. II. P. ubi pupillus educari vel morari debeat & de alimentis ei præstandis. 2.) Lib. V. Tit. XLIX. ubi pupilli educari debeant, Tit. L. de alimentis pupillo præstandis.

Si vero quæstio suboriatur, ubi pupilli ali l. morari debeant, res primario redit ad destinationem patris, secundario matris quoque voluntas percipitur; aliquando tamen ad judicis arbitrium est recurrendum. vid. Ulpianus l. 1. P. h. Alexander & Diocletianus l. 1. & 2. C. h.

§. 13.

In primis notandum, si tutoris & matris religio sit diversa, quod sæpius caveatur, ne pupilli ad alienam trahantur; præsertim autem pacta conventa, & leges publicæ Imperii censentur respiciendæ. vid. Lynckerus de eo, quod

quod justum est circa personas diversæ Religionis Part. Spec. Sect. 2. c. 1. addatur Schilterus in Exerc. 37. §. 163.

§. 14.

Juxta hanc tutor attendere debet ad res pupilli, ubi diligentia boni patrisfamilias ab illo præbeatur. vid. Callistratus l. 33. P. de administrat.

Res pariter bene sunt administrandæ.

§. 15.

Hæ vero non tantum bene conserventur, sed & occasione & tempore amplificentur.

§. 16.

Non debent itaque superflue distrahi. vid. Gajus l. 13. §. 2. Paulus l. 22. P. de administrat.

§. 17.

Porro dispiciendum est, ne pereant. vid. Ulpianus l. 7. §. 1. P. de administrat.

§. 18.

Præterea pecunia pupillaris justo fœnori est exponenda. vid. Paulus l. 15. P. de admin.

§. 19.

Alias tutor obstringitur ad præstandas usuras legitimas. vid. Gajus l. 13. §. 1. P. de administr. conf. Carpzovius P. 2. c. 11. Def. 22. 23.

§. 20.

Pecunia autem pupillaris bene exposita infortunio periens, culpæ tutoris attribui non

potest. vid. Hermogenianus l. 50. P. de administr.

§. 21.

Denique tutor jus pupilli per actiones ei competentes debito modo tueatur ac persequatur. vid. Gordianus l. 11. Justinianus l. 28. C. de administrat.

§. 22.

Vid. 1.) Lib. XXVII. Tit. I P. de rebus eorum, qui sub tutela sunt. 2.) Lib. V. Tit. LXXI. C. de prædiis & aliis rebus minorum sine decreto non alienandis. Tit. LXXII. quando decreto opus non est. Tit. LXXIII. si quis ignorans rem minoris esse sine decreto comparaverit. Tit. LXXIV. si major factus alienationem factam sine decreto ratam habuerit.

Bona pupilli tutores alienare prohibentur.

Ceterum tutores bona pupilli sine præscitu, cognitione & decreto Magistratus competentis quovis modo alienare prohibentur. vid. Ulpianus l. 1. & 2. P. h. conf. Imp. Rudolphus II. in Ordinat. polit de Anno 1577. tit. 32.

§. 23.

Unde venditio hisce contraria ipso jure est nulla. vid. Ulpianus l. 5. §. 13. P. h.

§. 24.

Persistit autem alienatio Tutoris: 1.) quando casus necessitatis adest, 2.) quando causa est cognita & 3.) quando Magistratus competens decretum huic exhibuit. vid. Ulpianus l. 5. §. 14. l. 11. l. 7. §. 4. 5. P. h.

§. 25.

Circa hanc administrationem tutores in genere præstant dolum, culpam latam & levem. vid. l. 1. pr. P. de tut. & rat. distrah. l. 13. §. 1. de administrat.

Inspe-

Inſpectio VII.
De Tutorum Autoritate.

Tutorum autoritas.

§. 1.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. XXI. J. de Autoritate Tutorum. 2.) Lib. XXVI. Tit. VIII. P. de Autoritate & conſenſu Tutorum & Curatorum. 3.) Lib. V. Tit. LIX. C. de Autoritate præſtanda. Sedes materiæ.

§. 2.

Autoritas eſt negotii a pupillo geſti adprobatio. vid. l. 8. P. h. conf. §. 9. J. h. Deſcribitur.

§. 3.

Hæc pupillo eſt neceſſaria in omnibus negotiis, ex quibus aliquo modo læſio ad ipſum redundare poteſt. vid. Juſtinianus §. 1. J. h. Quando eſt neceſſaria.

§. 4.

Interpoſitio hujus autoritatis olim tantum ab initio & quidem a tutore præſente fieri poterat. vid. §. 2. J. h. Ulpianus l. 2. & 8. Paulus l. 3. P. h. Quando debet interponi.

§. 5.

Hodierno vero uſu etiam ex poſt facto a tutore abſente hæc adprobatio accedere poteſt. vid. Bachovius ad J. §. 2. h. item Struvius Exerc. 31. th. 42.

§. 6.

Si vero tutor cum pupillo contrahit, alius pupillo adſignandus eſt, id quod etiam inter plures ſic valet. vid. Ulpianus l. 1. l. 5. P. h. Titius in jur. priv. L. 6. c. 16. §. 12.

Inspectio VIII.

De Modis Tutelam finiendi.

Modi tutelam finiendi.

§. 1.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. XXII. J. Quibus modis tutela finitur. 2.) Lib. V. Tit. LX. C. quando tutores l. curatores esse desinant.

§. 2.

Cessat officium tutoris pubertate & morte.

Officium tutoris cessat l. ex persona pupilli l. ex persona tutoris.

§. 3.

Quoad personam pupilli cessat pubertate & morte tam naturali; quam civili. vid. pr. J. h. (1.) item §. 3. 4. J. h.

§. 4.

Quoad personam tutoris cessare solet hoc officium l. ipso jure l. officio judicis. Illo morte naturali & capitis deminutione maxima & media. vid. §. 3. & 4. J. h. hoc autem finiri potest excusatione & suspecti remotione. vid. §. 4. J. h.

§. 5.

Ceterum finitur tutela testamentaria conditionis eventu & temporis certi lapsu. vid. §. 2. & 5. J. h.

Arti-

(1.) Pupilli pupillæque cum puberes esse cœperint, a tutela liberantur. pr. J. h.

Articulus II.

De Curatela.

§. 1.

Hæc notanda erant de Tutela, sequitur Curatela.

§. 2.

I. Curatela generatim.
II. Curatores petentes.
III. Curatorum administratio & periculum.
IV. Curatorum consensus.
V. Modi Curatelam finiendi.

Inspectio I.

De Curatela generatim.

Curatela generatim. Sedes materiæ.

§. 1.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. XXIII. J. de Curatoribus. 2.) Lib. XXVII. Tit. X. P. de Curatoribus furioso & aliis extra minores dandis. 3.) Lib. V. Tit. LXX. de Curatore furiosi l. prodigi.

§. 2.

Describitur.

Curatela dicitur vis ac potestas administrandi bona ejus, qui ob imbecillius judicium l. animi corporisve vitium aliamve ob caussam ipse rebus suis superesse nequit, jure Civili data atque permissa. vid. l. 1. pr. §. 1. P. h.

§. 3.

Seu: Curatela est officium, bona administrandi ejus, qui illis ipse præesse nequit. vid. pr. Inst. h.

§. 4. Con-

§. 5.

Hac ratione dantur tutores a judice competente & quidem maxime ad domicilium, aliquando tamen ad bona sita habita ratione. vid. Ulpianus l. 1. §. 2. Hermogenianus l. 27. P. h. conf. Ludwig de Attiliano Tutore Diss. 4.

§. 6.

Non dantur extra jurisdictionis terminos constituti.

Excluduntur tamen 1.) jurisdictioni Magistratus competentis non subjecti, 2.) inidonei, 3.) a parentibus prohibiti.

§. 7.

Qui itaque jurisdictioni Magistratus non sunt subjecti, ab eodem tutores dari non possunt. vid. Ulpianus l. 3. Paulus l. 24. P. h.

§. 8.

Excipitur autem 1.) si in eo loco idonei haberi non possint, 2.) si volentes foro suo renuncient. vid. Stryckius in U. M. P. h. §. 11.

§. 9.

Præterea non dantur inidonei, quales sunt ii, qui l. natura impediuntur l. lege prohibentur.

§. 10.

Inidonei.

Natura inidonei censentur furiosi, mente capti, impuberes, surdi & muti.

§. 11. Lege

§. 11.

Lege autem prohibentur minores, prodigi, milites, creditores pupilli vel debitores, clerici, judæi. vid. Lauterbachius in comp. Jur. h.

§. 12.

Denique non admittuntur ad tutelam ii, qui a parentibus tutores fieri sunt prohibiti, Legati, nec non se ipsos ingessuri aut moribus minus benignis viventes. vid. Modestinus l. 21. P. h.

A Parentibus prohibiti.

Inspectio V.

De his, qui tutores petant & ubi petantur.

Tutores petentes.

§. 1.

Vid. 1.) Lib. XXVI. Tit. VI. P. Qui petant tutores. 2.) Lib. V. Tit. XXXI. C. Qui petant tutores l. curatores, item Tit. XXXII. ubi petantur tutores l. curatores.

Sedes materiæ.

§. 2.

Quando olim nullus tutor testamentarius aderat vel constituti remoti aut mortui erant, matri intra annum, & si hæc non aderat, aliis successuris sub pœna privationis incumbebat impuberibus tutores petere. vid. Modestinus l. 1. & 2. P. h. Carpzovius P. II. c. 11. def. 15. Struvius in Exerc. 31. th. 32. P. h.

Olim competebat matri, hac cessante, successuris.

§. 3.

Magistratus hodie dat ex officio.

Hodie vero Magistratui ex officio impuberibus tutores dare incumbit & quidem ut plurimum mater ipsa tutrix legitima esse solet. vid. Ludwig de tutore Attiliano diss. 8. 9. 10.

Inspectio VI.

Tutorum administratio & periculum.

De Tutorum administratione & periculo.

§. 1.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib XXVI. Tit. VII. P. de administratione & periculo Tutorum. 2.) Lib. V. Tit. XXXVII. C. de administratione Tutorum, item Tit. XXXVIII. de periculo Tutorum. Tit. XLII. de Tutore l. Curatore qui satis non dedit, Tit. LII. de dividenda Tutela & pro qua parte quisque tutorum conveniatur.

§. 2.

Tutelam delatam sequi debet ejusdem administratio, quæ tutoris officium constituit.

§. 3.

Tutela legitima est suscipienda.

Hæc tam legitime suscipi, quam administrari debet.

§. 4.

Requiritur instrumentum Tutorium.

Ad illud requiritur 1.) Instrumentum tutorium a Magistratu competente exhibitum. vid. Reform. Polit. de Anno 1577. Tit. 32.

§. 5. Præ-

§. 5.

Præter hoc 2.) confectio inventarii est necessaria, ante quam nihil recte geritur, sed tutor, ut suspectus, multo magis est removendus. vid. Ulpianus l. 7. pr. P. h. l. fin. C. arbitr. Tut. conf. Engelbrecht ad P. h. add. Gothaische Landes-Ordnung P. III. num. 2. §. 1. Inventarium.

§. 6.

Denique 3.) Satisdatio, ubi opus videtur, & jurata promissio subjungi debet. vid. Reform. polit. de Anno 1577. tit. 32. Stryckius in U. M. P. h. §. 1 — 10. Schilterus ad P. Exerc. 37. §. 90. Menckenius in Diff. juris Civilis & Sax. diff. 350. Satisdatio.

§. 7.

Verum necessitas inventarii cessat, si hereditas haud magna sit, aut pater confectionem ejusdem prohibuerit. Interim res pupilli privatim sunt consignandæ. vid. Justinianus l. 13. §. 1. P. de arbitr. Tut. Huberus in prælect. ad P. num. 3. Carpzovius P. II. c. 11. Def. 4. num. 8. Hæc aliquando cessant.

§. 8.

Satisdatio autem æque, ut jurata promissio non ubique requiritur. vid. Justinianus l. 13. §. 1. C. h.

 §. 9. Quod

§. 9.

Quod plures tutores concurrentes attinet, aliquando administratio uni illorum demandatur, aliquando quoque inter eosdem dividi solet. vid. Ulpianus l. 3. §. 1. l. 4. P. h.

§. 10.

Suscepta legitime est administranda.

Ad hoc pertinet bona pupilli educatio, ejusdemque rerum fidelis administratio.

§. 11.

Educatio bene instituenda

Educatio instituenda est juxta facultates patrimonii & natalium dignitatem. vid. Paulus l. 12. §. 3. P. h.

§. 12.

Vid. 1.) Lib. XXVII. Tit. II. P. ubi pupillus educari vel morari debeat & de alimentis ei præstandis. 2.) Lib. V. Tit. XLIX. ubi pupilli educari debeant, Tit. L. de alimentis pupillo præstandis.

Si vero quæstio suboriatur, ubi pupilli ali l. morari debeant, res primario redit ad destinationem patris, secundario matris quoque voluntas percipitur; aliquando tamen ad judicis arbitrium est recurrendum. vid. Ulpianus l. 1. P. h. Alexander & Diocletianus l. 1. & 2. C. h.

§. 13.

In primis notandum, si tutoris & matris religio sit diversa, quod sæpius caveatur, ne pupilli ad alienam trahantur; præsertim autem pacta conventa, & leges publicæ Imperii censentur respiciendæ. vid. Lynckerus de eo,

quod

quod justum est circa personas diversæ Religionis Part. Spec. Sect. 2. c. 1. addatur Schilterus in Exerc. 37. §. 163.

§. 14.

Juxta hanc tutor attendere debet ad res pupilli, ubi diligentia boni patrisfamilias ab illo præbeatur. vid. Callistratus l. 33. P. de administrat. Res pariter bene sunt administrandæ.

§. 15.

Hæ vero non tantum bene conserventur, sed & occasione & tempore amplificentur.

§. 16.

Non debent itaque superflue distrahi. vid. Gajus l. 13. §. 2. Paulus l. 22. P. de administrat.

§. 17.

Porro dispiciendum est, ne pereant. vid. Ulpianus l. 7. §. 1. P. de administrat.

§. 18.

Præterea pecunia pupillaris justo fœnori est exponenda. vid. Paulus l. 15. P. de admin.

§. 19.

Alias tutor obstringitur ad præstandas usuras legitimas. vid. Gajus l. 13. §. 1. P. de administr. conf. Carpzovius P. 2. c. 11. Def. 22. 23.

§. 20.

Pecunia autem pupillaris bene exposita infortunio periens, culpæ tutoris attribui non

poteſt. vid. Hermogenianus l. 50. P. de adminiſtr.

§. 21.

Denique tutor jus pupilli per actiones ei competentes debito modo tueatur ac perſequatur. vid. Gordianus l. 11. Juſtinianus l. 28. C. de adminiſtrat.

§. 22.

Vid. 1.) Lib XXVII. Tit. I P. de rebus eorum, qui ſub tutela ſunt. 2.) Lib. V. Tit. LXXI. C. de prædiis & aliis rebus minorum ſine decreto non alienandis. Tit. LXXII. quando decrero opus non eſt. Tit. LXXIII. ſi quis ignorans rem minoris eſſe ſine decreto comparaverit. Tit. LXXIV. ſi major factus alienationem factam ſine decreto ratam habuerit.

Bona pupilli tutores alienare prohibentur.

Ceterum tutores bona pupilli ſine præſcitu, cognitione & decreto Magiſtratus competentis quovis modo alienare prohibentur. vid. Ulpianus l. 1. & 2. P. h. conf. Imp. Rudolphus II. in Ordinat. polit de Anno 1577. tit. 32.

§. 23.

Unde venditio hiſce contraria ipſo jure eſt nulla. vid. Ulpianus l. 5. §. 13. P. h.

§. 24.

Perſiſtit autem alienatio Tutoris: 1.) quando caſus neceſſitatis adeſt, 2.) quando cauſa eſt cognita & 3.) quando Magiſtratus competens decretum huic exhibuit. vid. Ulpianus l. 5. §. 14. l. 11. l. 7. §. 4. 5. P. h.

§. 25.

Circa hanc adminiſtrationem tutores in genere præſtant dolum, culpam latam & levem. vid. l. 1. pr. P. de tut. & rat. diſtrah. l. 13. §. 1. de adminiſtrat.

Inſpe-

Inspectio VII.

De Tutorum Autoritate.

§. 1.

Tutorum autoritas.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. XXI. J. de Autoritate Tutorum. 2.) Lib. XXVI. Tit VIII. P. de Autoritate & consensu Tutorum & Curatorum. 3.) Lib. V. Tit. LIX. C. de Autoritate præstanda. Sedes materiæ.

§. 2.

Autoritas est negotii a pupillo gesti adprobatio. vid. l. 8. P. h. conf. §. 9. J. h. Describitur.

§. 3.

Hæc pupillo est necessaria in omnibus negotiis, ex quibus aliquo modo læsio ad ipsum redundare potest. vid. Justinianus §. 1. J. h. Quando est necessaria.

§. 4.

Interpositio hujus autoritatis olim tantum ab initio & quidem a tutore præsente fieri poterat. vid. §. 2. J. h. Ulpianus l. 2. & 8. Paulus l. 3. P. h. Quando debet interponi.

§. 5.

Hodierno vero usu etiam ex post facto a tutore absente hæc adprobatio accedere potest. vid. Bachovius ad J. §. 2. h. item Struvius Exerc. 31. th. 42.

§. 6.

Si vero tutor cum pupillo contrahit, alius pupillo adsignandus est, id quod etiam inter plures sic valet. vid. Ulpianus l. 1. l. 5. P. h. Titius in jur. priv. L. 6. c. 16. §. 12.

Inspectio VIII.

De Modis Tutelam finiendi.

Modi tutelam finiendi.

§. 1.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. XXII. J. Quibus modis tutela finitur. 2.) Lib. V. Tit. LX. C. quando tutores l. curatores esse desinant.

§. 2.

Cessat officium tutoris pubertate & morte.

Officium tutoris cessat l. ex persona pupilli l. ex persona tutoris.

§. 3.

Quoad personam pupilli cessat pubertate & morte tam naturali; quam civili. vid. pr. J. h. (1.) item §. 3. 4. J. h.

§. 4.

Quoad personam tutoris cessare solet hoc officium l. ipso jure l. officio judicis. Illo morte naturali & capitis deminutione maxima & media. vid. §. 3. & 4. J. h. hoc autem finiri potest excusatione & suspecti remotione. vid. §. 4. J. h.

§. 5.

Ceterum finitur tutela testamentaria conditionis eventu & temporis certi lapsu. vid. §. 2. & 5. J. h.

Arti-

(1.) Pupilli pupillæque cum puberes esse coeperint, a tutela liberantur. pr. J. h.

Articulus II.
De Curatela.

§. 1.

Hæc notanda erant de Tutela, sequitur Curatela.

§. 2.

I. Curatela generatim.
II. Curatores petentes.
III. Curatorum administratio & periculum.
IV. Curatorum consensus.
V. Modi Curatelam finiendi.

Inspectio I.
De Curatela generatim.

§. 1.

Vid. 1.) Lib. l. Tit. XXIII. J. de Curatoribus. 2.) Lib. XXVII. Tit. X. P. de Curatoribus furioso & aliis extra minores dandis. 3.) Lib. V. Tit. LXX. de Curatore furiosi l. prodigi. Curatela generatim. Sedes materiæ.

§. 2.

Curatela dicitur vis ac potestas administrandi bona ejus, qui ob imbecillius judicium l. animi corporisve vitium aliamve ob causam ipse rebus suis superesse nequit, jure Civili data atque permissa. vid. l. 1. pr. §. 1. P. h. Describitur.

§. 3.

Seu: Curatela est officium, bona administrandi ejus, qui illis ipse praeesse nequit. vid. pr. Inst. h.

§. 4. Con-

§. 4.

Constituitur autem aliis invitis, aliis volentibus, aliis ob aliam causam.

§. 5.

Ad illos referuntur furiosi mente capti & prodigi hodie minores; ad ipsos surdi & muti, senectute oppressi.

§. 6.

Curatela minorum. Curatela minorum est officium administrandi bona illorum, qui ob defectum ætatis naturalem rebus suis ipsi superesse nequeunt.

§. 7.

Hisce etiam invitis hodie Curatores constituuntur. vid. Struvius Exerc. 31. th. 91.

§. 8.

Furiosorum. Furiosorum Curatela est officium, quo non tantum bonis, sed etiam personis horum prospicitur. vid. Julianus l. 7. pr. P. h.

§. 9.

Mente captorum. Curatela mente captorum est officium, quo personis hisce quoque subvenitur. vid. l. 6. P. h.

§. 10.

Prodigorum. Curatela prodigorum est, qua ob defectum moralem rebus ejusdem succurritur. vid. l. 1. P. h.

§. 11. In

§. 11.

In cura prodigorum maxime reſpicitur ad res; in cura autem furioſorum etiam ad perſonam. vid. Julianus l. 7. pr. P. h.

§. 12.

Curatela autem ſurdorum & mutorum aliorumve perpetuo morbo laborantium eſt officium, quo illis proſpicitur. vid. §. 3. & 4. J. h. Paulus l. 2. P. h. Sächſiſch Land-Recht/ Lib. I. art. 42. Surdorum & mutorum.

§. 13.

Talis cura conſtituitur aliquando teſtamento, aliquando lege, aliquando juſſu Magiſtratus. vid. Ordin. polit. de An. 1577. tit. 32.

§. 14.

Quod reliquum etiam feminis ob ſexus imbecillitatem curatela nonnunquam conſulitur. vid. Neratius l. 9. P. h. conf. Schilterus in Exerc. 37. §. 222. & ſeqq. P. h. item Mevius ad Jus Lubec. P. l. Tit. 7. art. 4. num. 4. Mulierum.

§. 15.

Curatela abſentium eſt, qua hiſce, qui non aufugerunt, curatores conſtituuntur. vid. Struvius Exerc. 10. th. 66. P. item Carpzovius in Jp. P. III. c. 10. def. 48. Abſentium.

§. 16. Cura

§. 16.

Bonorum. Cura bonorum est, qua bonis debitoris absentis l. mortui curator constituitur, ut ea administret & ex illorum pretio creditoribus satisfaciat. vid. Lib. XLII. Tit. VII. de Curatore bonis dando.

Inspectio II.

Curatores petentes.

De His, qui Curatores petant & unde petantur.

§. 1.

Sedes materiæ. Vid. 1.) Lib. XXVI. Tit. VI. P. qui pet. Tut. l. Curat. & ubi pet. 2.) Lib. V. Tit. XXXI. C. qui pet. Tut. l. Curat, item Tit. XXXII. ubi pet. Tut. l. Curat.

§. 2.

Hos mater & cognati petunt. Non tantum matri, sed etiam cognatis, qui successuri sunt, curatores petere incumbit. Excipitur tamen, si cura apud tutores maneat. vid. Reform. polit. de Anno 1577. Tit. 32.

§. 3.

Actor contra pupillum quoque petat curatorem. Inprimis requiritur, ut creditor curatorem petat, quando actio contra pupillum moveri debeat. vid. Antoninus l. 4. C. h. Titius ad Lauterbach. Obs. 809. conf. Schröer von dem Amt der Vormünder P. I. qu. 23. num. 24.

Inspe-

Inspectio III.

De Administratione & periculo Curatorum.

Curatorum administratio & periculum.

§. 1.

Vid. 1.) Lib. XXVI. Tit. VII. De administrat. & peric. Tut. & Curat. 2.) Lib. V. Tit. XXXVII. C. de administr. Tut. l. Curat. item Tit. XXXVIII. de periculo Tut. vel Curat. Tit. XLII. de Tut. l. Curat. qui satis non dedit.

Sedes materiæ.

§. 2.

Curatoris officium est, res in cura existentium administrandi, easdemque dispensandi.

Officium describitur.

§. 3.

Ceterum huc referri possunt, quæ circa tutelæ officium jam sunt dicta.

Inspectio IV.

De Curatorum Consensu.

Curatorum consensus.

§. 1.

Vid. Lib. XXVI. Tit. VIII. P. de autoritate & consensu Tut. & Curat.

Sedes materiæ.

§. 2.

Curatorum consensus est negotii a minorenni gesti adprobatio.

Describitur.

§. 3.

Hac opus est, quando minor negotium suscipit, ex quo ad illum læsio fluere potest. conf. Justinianus §. 1. J. h.

Quando opus est.

Inspe-

Inspectio V.

Modi curam finiendi.

De Modis Curam finiendi.

§. 1.

Sedes materiæ. Vid. Lib. V. Tit. LX. C. Quando tutores l. Curatores esse desinant.

§. 2.

Modi communes. Modi curam finiendi communes sunt mors, excusatio & suspecti remotio.

§. 3.

Speciales. In specie autem finitur: 1.) Curatela minorum, si ad majorennitatem pervenerint aut veniam ætatis impetraverint. vid. l. 2. C. de his, qui veniam ætatis impetraverunt.

§. 4.

2.) Furiosorum, si sanam mentem receperint. vid. l. 1. pr. P. de Curat. furios.

§. 5.

3.) Prodigorum, si ad sanos mores redierint v. gr. si biennium l. ultra vitam frugalem degerint. vid. l c. Mascardus de probat. conclus. 1234. Cognitio vero relinquitur Magistratui.

§. 6.

4.) Curatela vitio & morbo corporis laborantium, si ad sanitatem pervenerint.

§. 7.

Absentium denique, si ipsi redierint. vid. Struvius Exerc. 10. th. 66. P.

Arti-

Articulus III.

De Tutorum Curatorumque Excuſatione atque ſuſpectorum remotione.

Tutorum curatorumque excuſatio

SUMMARIA.

I. Tutorum Curatorumque Excuſatio.
II. Suſpectorum remotio.

Inſpectio I.

De Tutorum Curatorumque Excuſatione.

§. 1.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. XXV. J. De Excuſationibus Tutorum l. Curatorum. 2.) Lib. XXVII Tit. I. P. de Excuſationibus Tutorum. 3.) Lib. V. Tit. LXII. C. de Excuſationibus Tutorum & Curatorum & de temporibus earum, Tit. LXIII. ſi Tutor l. Curator falſis allegationibus excuſatus ſit, Tit. LXIV. ſi Tutor l. Curator Reipublicæ cauſa aberit, Tit. LXV. de Excuſationibus veteranorum, Tit. LXVI qui numero liberorum ſe excuſant, Tit. LXVII. qui morbo, Tit. LXVIII. qui ætate, Tit. LXIX. qui numero tutelarum. Sedes materiæ.

§. 2.

Excuſatio eſt juſtæ cauſæ allegatio, ob quam certas perſonas tutelæ curatelæque munus non attingit. Deſcribitur.

§. 3.

Cauſæ vero ſunt I. impropriæ vel propriæ. Diſtinguuntur cauſæ.

§. 4.

Impropriæ. Impropriæ dicuntur, quæ etiam volentes a munere tutelæ curatelæque arcent atque abigunt.

§. 5.

Ad has referuntur: 1.) ætas minorennis. vid. §. 13. J. h. (1.) 2.) militia. vid. §. 14. J. h. 3.) controversia cum pupillo l. adulto de omnibus bonis l. majore eorum parte. vid. §. 1. J. h. Nov. 72. c. 1. 4.) Clericatus. Nov. 123. c. 5. Decis. Elect. Sax. 34. 35.

§. 6.

Hanc ultimam autem causam quod attinet, apud Protestantes muneribus ecclesiasticis admoti volentes ad tutelas contingunt. vid. Richter ad Auth. Cod. de Episc. & Cler. num. 16. 17.

§. 7.

Propriæ. Propriæ vero causæ sunt, quæ renitentem a tutela curatelaque liberant.

§. 8.

Liberorum numerus. Prima est liberorum numerus, qui tamen tempore suscipiendæ tutelæ inter vivos agentes & legitime nati requiruntur. vid. Modestinus l. 2. §. 2. P. h.

§. 9.

Olim tres Romæ, quatuor in Italia, quinque in Provinciis sufficiebant. vid. pr. J. h.

§. 10. Ho-

(1.) In civile est eos, qui alieno consilio in rebus suis administrandis egere noscuntur & ab aliis reguntur, aliorum tutelam l. curam subire, §. 13. J. h.

§. 10.

Hodie vero plerisque in locis quinque filii l. filiæ excusare solent. vid. Fichtnerus in Diss. de Polypœdia §. 19. 23. Stryckius in U. M. P. h. §. 2.

§. 11.

Secunda est administratio fisci. vid. §. 1. J. h. inprimis hodie liberantur **Rent-Cammer-Meister.** **Administratio fisci.**

§. 12.

Tertia est officium Magistratus. vid. §. 3. J. h. Paulus l. 85. §. 1. de R. J. (2.) **Officium magistratus.**

§. 13.

Quarta est occupatio trium diversi patrimonii, tutelarum, curatelarumve. vid. §. 5. J. h. Pomponius l. 203. P. de R. J. (3.) **Occupatio trium tutelarum.**

§. 14.

Quinta est literarum professio. vid. §. 15. J. h. **Literarum professio.**

§. 15.

Olim huc pertinebant Grammatici, Sophistæ, Rhetores, Medici & LL. Doctores Romæ, non alibi docentes. vid. Modestinus. l. 6. P. h.

§. 16.

Hodie huc referri poterunt non tantum quatuor facultatum Professores s. ordinarii s.

[M] 2 extra-

(2.) Non est novum, ut, quæ semel utiliter constituta sunt, durent, licet ille casus extiterit, a quo initium capere non potuerunt. Paulus l. 85. §. 1. P. de R. J.

(3.) Quod quis ex culpa sua damnum sentit, non intelligitur damnum sentire. Pomponius l. 203. P. de R. J.

extraordinarii, ſed etiam ſcholarum inferiorum præceptores. vid. Stryckius in U.M.P. h. §. 4.

§. 17.

Ætas major 70. annis.

Sexta eſt ætas major 70. annis. vid. §. 13. J. h.

§. 18.

Adverſa valetudo.

Septima eſt adverſa valetudo, qua quis & ſuis negotiis ſupereſſe nequit. vid. §. 7. J. h. c. 5. X. de Cler. ægrot.

§. 19.

Paupertas.

Octava eſt paupertas imparem tutelæ curatelæve oneri reddens. vid. §. 6. J. h. de qua tamen judex arbitrari poteſt. vid. arg. l. 1. §. fin. P. de jur. delict. (4.)

§. 20.

Imperitia literarum.

Nona eſt imperitia literarum, quæ cum ignorantia rerum eſt conjuncta. vid. §. 8. J. h.

§. 21.

Denique a cura tantum excuſat adminiſtrata tutela. vid. §. 18. J. h. item arg. l. 20. C. de neg. geſt. (5.)

§. 22.

Ex hiſce cauſis ſingulis excuſantur omnis generis tutores & curatores. vid. Struvius in Exerc. 31. th. 58.

§. 23. Cauſæ

(4.) Quidquid lege determinatum non eſt, judicis arbitrio ad determinationem relictum eſſe cenſetur. l. 1. § fin. P. de jur. delict.

(5.) Abunde ſufficit, ſi cui l. in paucis amici labore conſulatur. l. 20. C. de neg. geſt.

§. 23.

Causæ vero allegandæ sunt ante susceptam administrationem & quidem 1.) ratione numeri etiam plures locum habere possunt. vid. §. 16. J. h. Ulpianus l. 43. P. de R. J. (6.) 2.) ratione modi coram judice competente per ejusdem officii implorationem. vid. arg. l. 13. §. 10. P. h. 3.) ratione temporis intra 30. dierum spatium l. tempus moribus receptum. vid. Schilterus in Exerc. 32. §. 162. ad P. h.

Quando & quomodo causæ allegari debent.

§. 24.

Si vero Judex inferior hisce non annuat, datur licentia appellandi. vid. Modestinus l. 13. pr. & l. 16. P. h.

Judex hisce annuere debet.

§. 25.

Quando tutor appellans sententia vincitur, periculum totius temporis, quo cessavit, sustinere adstringitur. vid. Ulpianus l. 1. P. si tutor l. curator appell. conf. Hilliger ad Donellum Lib. 3. c. 10. lit. Z.

(6.) Nemo ex his, qui negant, se debere, prohibetur etiam alia defensione uti, nisi lex impedit. Ulpianus l. 43. P. de R. J.

Inspectio II.

De suspectorum Tutorum aut Curatorum remotione.

Suspectorum tutorum, aut Curatorum remotio. Sedes materiae.

§. 1.

Vid. 1.) Lib. I. Tit. XXVI. J. de suspectis Tutoribus l. Curatoribus. 2.) Lib. XXVI. Tit. X. P. de suspectis Tutoribus & Curatoribus. 3.) Lib. V. Tit. XLIII. de suspectis Tutoribus l. Curatoribus.

§. 2.

Suspectus describitur.

Suspectus tutor l. curator est, qui non ex fide aut nimis negligenter tutelam curamve gerit, vel etiam gestionem omittit. vid. §. 5. J. h. item Ulpianus l. 1. §. penult. P. h.

§. 3.

Qui possunt accusari.

Possunt autem omnes tutores l. curatores, cujuslibet generis fuerint, ob suspecti crimen accusari, vid. §. 2. J. h. Ulpianus l. 3. §. 2. & 3. P. h.

§. 4.

Legitimorum tamen famae & honori est parcendum & illis multo magis Curator est adjungendus. vid. §. 2. J. h. Callistratus l. 6. P. h.

§. 5.

Qui ad accusationem admittuntur.

Ad hanc postulationem omnes admittuntur, inprimis propinqui, contutores, imo ipse Magistratus inquirere debet. vid. §. 3. J. h. Ulpianus l. 3. §. 4. P. h.

§. 6. Pu-

§. 6.

Pupillus autem Tutorem suspectum facere nequit. vid. §. 4. J. h.

§. 7.

Adolescentes seu minores admittuntur quidem Curatores accusare, sed ex consilio cognatorum, vid. Ulpianus l. 7. pr. P. h.

§. 8.

Hæc postulatio hodie fit apud quemlibet Magistratum ordinarium facultatem tutorem constituendi habentem, vid. Rec. Imp. de Anno 1577. tit. 72. §. 3. Quomodo fit.

§. 9.

Instituitur autem postulatio l. per actionem civilem l. per inquisitionem.

§. 10.

Per actionem civilem & quidem hodie per implorationem judicis officii suspecti tutoris aut curatoris remotio petitur. vid. d. Rec. Imp. §. 3.

§. 11.

Per inquisitionem fieri solet, quando Magistratus competens ex officio de causis suspicionis cognoscit, suspectumque tutorem removet atque coercet. vid. Ulpianus l. 3. §. 4. P. h.

§. 12.

Interim pendente cognitione postulatus, ut suspectus abstineat administratione, dato

curatore, donec postulatio finiatur. vid. Ulpianus l. 7. pr. P. h. §. 7. J. h. l. fin. C. in quibus causis in integrum restituatur. (1.)

§. 13.

Quid operatur.

Si perfidia l. negligentia magna est probata, sequitur sententia s. decretum Magistratus, quo tutor curatorve removetur & alius instituitur.

§. 14.

Remotio vero fit vel simpliciter l. cum aliqua pœna.

§. 15.

Remotio simpliciter talis contingit, quando quis non ex perfidia s. dolo, sed solum ex magna negligentia tutelam curamve non recte gessit. vid. Ulpianus l. 3. §. fin. l. 4. P. h.

§. 16.

Pœna est l. infamia l. castigatio. Illa locum habet, quando quis ob dolum removetur; hæc quando dolus gravior subest. vid. §. 6. & 10. J. h.

§. 17.

Si vero cognitione pendente tutor aut curator suspectus decedit, extinguitur quidem crimen, salva tamen manet læsis actio tutelæ. vid. §. 8. J. h. l. 6. P. de publ. jud. (2.) arg. l. 4. de contr. Tut. & util. act. Nov. 48. (3.)

Cap. IV.

(1.) Melius est intacta minorum jura servare quam post vulneratam causam remedium quærere. l. fin. C. in quibus causis in integrum restituatur.

(2.) Defuncto eo, qui reus fuit criminis & pœna extincta est. l. 6. P. de publ. jud.

(3.) Una est quodammodo persona heredis & ejus qui in eum transmittit hereditatem. Nov. 48.

Cap. IV.

De Actionibus ad Jus personarum pertinentibus.

Actiones ad jus personarum pertinentes.

§. 1.

Exposito jure personarum, subjungendæ quoque sunt actiones ad illud pertinentes.

§. 2.

Vid. 1.) Lib. IV. Tit. VI. J. de Actionibus. 2.) Lib. XLIV. Tit. VII. P. de Obligationibus & Actionibus. 3.) Lib. IV. Tit. X. C. de Obligationibus & Actionibus. Sedes materiæ.

§. 3.

Ad jus suum tuendi ac persequendi requiruntur actiones.

§. 4.

Est autem actio remedium jus suum tuendi ac persequendi in judicio. Actio describitur.

§. 5.

Distinguuntur in præjudiciales & principales. Distinguuntur actiones.

§. 6.

Præjudiciales. Præjudiciales ſunt, ex quarum deciſione aliæ actiones pendet. vid. Valerius Maximus Lib. IX. c. 16.

§. 7.

Hæ olim ante cauſæ principalis diſcuſſionem finiebantur, hodie ſimul cum cauſa principali definiuntur. Conſtituunt enim partem tam libelli quam probationis. Dicebantur præjudicia. vid. Rævardus de præjudiciis Lib. I. c. 3. Tom. I. Beier ad P. de exceptionibus.

§. 8.

Principales. Principales diſtinguuntut in reales, perſonales & mixtas. De quibus infra dicetur.

§. 9.

Præjudiciales Civiles. Huc pertinent præjudiciales, quæ ſunt vel civiles l. criminales.

§. 10.

Civiles ſunt l. poſſeſſoriæ l. petitoriæ.

§. 11.

Poſſeſſoriæ. Poſſeſſoriæ ſunt 1.) l. interdicta de libero homine exhibendo. vid. Lib. XLIII. Tit. XXIX. P. de libero homine exhibendo. conf. Schilterus in Exerc. 3. th. 22. 23. Stryckius in Notis ad Lauterbachium h.

§. 12. Porro

§. 12.

Porro sunt 2.) l. interdicta de possessione l. quasi civitatis utilia de civibus & subditis exhibendis. vid. Schilterus in Exerc. 3. th. 22.

§. 13.

Denique 3.) sunt l. interdicta de liberis exhibendis. vid. Lib. XLIII. Tit. XXX. P. de liberis exhibendis. conf. Lib. VIII. Tit. VIII. C. de liberis exhib.

§. 14.

De usu autem horum moderno videatur Thomasius in U. M. P. de hom. lib. exhib. Beier ad P. h.

§. 15.

Petitoria autem sunt, quibus ad juris personarum nobis competentis declarationem agitur. Tales recensentur tres. Petitoria.

§. 16.

In prima tuemur ac prosequimur jus personarum ex statu legali, libertatis & servitutis, vid. supra Cap. III. Sectio II. Membr. I, II. III.

§. 17.

Huc referuntur 1.) Actio de liberali causa. vid. Lib. XL. Tit. XII. P. de liberali causa. Lib. VII. Tit. XVI. C. de liberali causa. Hæc hodie aliqualem usum habebit in hominibus propriis, sese falso dimissos adserentibus l. nunquam tales existentes contendentibus. 2) Actio de libertate domino adversus servum se liberum contendentem competens.

§. 18. In

§. 18.

In ſecunda autem actione præjudiciali petitoria declaratio juris civitatis & peregrinitatis intenditur. vid. ſupra Cap. III. Sect. III. Hæc vocatur Actio ad L. Municipalem. conf. Lib. L. Tit. I. P. ad L. Municip. Lib. X. Tit. XXXVIII. C. eod. Schilterus in Exerc. 3. th. 22. ſeqq. Exerc. 50. th. 16. ſeqq.

§. 19.

Denique in tertia actione præjudiciali petitoria ſtatus legalis familiæ jus petitur. vid. ſupra Cap. III. Sect. IV. conf. Schilterus in Exerc. 3. th. 22.

§. 20.

Referunt huc 1.) actionem præjudicialem de filiatione inter parentes & liberos qui ſe invicem tales negant. vid. l. 3. §. 3. P. de lib. exhib. conſ. Schilterus l. c. 2.) Actionem ad partum agnoſcendum. vid. §. 13. J. h. Lib. XXV. Tit. III. P. de agnoſcendis & alendis liberis, inprimis. l. 3. §. 1. l. 1. §. 14. l. 8.

§. 21.

Criminales. Criminales actiones competunt ex L. Fabia de plagiariis. vid. Lib. IV. Tit. XVIII. §. 10. J. de jud. publ. Lib. XLVIII. Tit. XV. P. ad L. Fabiam de plagiariis. Hodie tamen vix apud nos talis caſus adparet. conf. autem Schilterus in Exerc. 3. th. 22.

Partis Principalis

Tractat. II.

De Jure Rerum. Jus Rerum.

Conspectus.

Cap. I.

De Rebus, earum divisione & jure generatim. Res generatim.

§. 1.

Hactenus de jure, quod ex diverso personarum statu descendit, sequitur jus, quod ex varietate rerum venit.

§. 2.

I. Res earumque divisio &
II. Jus generatim.

Capi-

Capitis Primi
Sect. I.
De Rebus earumque divisione generatim.

SUMMARIA.

I. Notatio vocis ejusdemque descriptio.
II. Ejusdem divisiones.

§. 1.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. II. Tit. I. J. de Rerum divisione & adquirendo ipsarum dominio. 2.) Lib. I. Tit. VIII. P. de divisione Rerum & qualitate.

§. 2.

Priusquam ad ipsum j[illegible]m ejusdemque species progrediamur, [illegible]versæ res, circa quas jus illud occupatur, dispiciendæ sunt.

§. 3.

Notatio vocis.

Vocabulum Rei l. metaphysice l. juridice accipitur.

§. 4.

Philosophice & quidem metaphysice res significat omne id, quidquid est, dicitur & cogitatur. vid. Delineat. nostr. Philos. Eclect. Modern. P. I. Tractat. III.

§. 5.

Juridice vero denotat omne, quod bono hominum inservire aptum existit, hincque bonis adnumeratur. vid. Ulpianus l. 49. P. de V. S.

§. 1. Vid.

§. 1.

Vid. Lib. II. Tit. II. J. de Rebus corporalibus & incorporalibus.

Omnes res dividuntur in corporales & incorporales. Divisio.

§. 2.

Corporales ſunt, quæ in ſenſus cadunt & manu tangi poſſunt. Ulpianus l. 49. P. h. Corporales.

§. 3.

Incorporales autem, quæ eſſentiam a jure habent & tangi non poſſunt, ſed conſiſtunt in petitionibus & actionibus. vid. Gajus l. 1. P. h. Incorporales.

§. 4.

In jure res corporalis nunquam quidem ſine incorporali conſideratur, bene tamen aliquando res incorporalis conſideranda venit ſine corporali, e. g. in proprietate ædium & proprietate juris ſervitutis ex ædibus competentis.

§. 5.

Utræque diſtinguuntur in mobiles & immobiles.

§. 6.

Mobiles ſunt, quæ ſalva ſua ſubſtantia, natura & jure de loco in locum transferri poſſunt. vid. Paulus. Mobiles.

§. 7. Im-

§. 7.

Immobiles. Immobiles ſunt, quæ ſalva ſua ſubſtantia de loco in locum moveri non poſſunt.

§. 8.

Si itaque res incorporales inhæreant rei immobili, ſequuntur ejus naturam, ſin mobili hanc quoque imitantur. e. gr. jurisdictio, jus Patronatus, mutuum &c.

§. 9.

Omnes vero res corporales & incorporales, mobiles & immobiles ſunt vel in commercio noſtro l. extra commercium.

§. 10.

In commercio. Intelliguntur autem in commercio eſſe, quæ ab hominibus adquiri poſſunt; extra commercium exiſtimantur, quæ talem adquiſitionem haut patiuntur.

§. 11.

Commercium deſcribitur. Nam commercium eſt facultas dominium alicujus rei exercendi, adquirendi atque transferendi. vid. Delineat. noſtr. Philoſ. Eclect. Modern. P. III. Tractat. I.

§. 12.

Quamvis hoc naturali jure ad omnes pari modo pertineat, ſtatutis tamen civilibus diverſimode reſtringitur.

§. 13. Exin-

§. 13.

Exinde quædam res extra commercium natura esse solent, quædam vero ratione civili tantum ita restringuntur.

§. 14.

Extra commercium natura.

Hac ratione natura sua commercii expertes sunt res inexhaustæ utilitatis, quatenus humanam custodiam respuunt, quorsum pertinent Oceanus magnus, lumen solis, aer fundo non adhærens &c.

§. 15.

Huc singulari sensu referuntur res communes. vid. Marcianus l. 2. P. h. Gajus l. 1. pr. P. h.

§. 16.

Hisce æquiparantur res derelictæ, quæ desinunt omittentis esse, quamvis non occupentur. vid. Ulpianus l. 2. §. 1. P. pro Derelict.

§. 17.

Extra commercium ratione civili.

Res autem extra commercium singulorum ratione civili sunt, quæ quidem non sunt in commercio alterius, possunt tamen esse in commercio alterius & recte subjiciuntur commercio Reipublicæ. vid. Beier in Them. select. Exerc. I. §. 9.

§. 18.

Juris divini.

A Romanis olim ob superstitiosas consecrationes divini juris vocabantur, dicebanturque ita nullius bonis esse. vid. Marcianus l. 6. §. 2. P. h. §. 7. J. h.

§. 19.

Unde apud illos summa illa rerum divisio descendebat, quod aliæ essent divini, aliæ humani juris. Gajus l. 1. pr. P. h.

§. 20.

Atque sic juris divini erant res sacræ, sanctæ & religiosæ.

§. 21.

Sacræ. Res sacræ censebantur, quæ Diis superis publice erant consecratæ, v. gr. templa.

§. 22.

Sanctæ. Sanctæ vero, quæ sanctione sine consecratione Diis medioximis adjudicabantur. vid. §. 10. J. h. Ulpianus l. 9. §. 3. P. h.

§. 23.

Religiosæ. Religiosæ vocabantur, quæ privato etiam consilio Diis inferis contigerant. vid. §. 9. J. h. Marcianus l. 6. §. 4. P. h.

§. 24.

Verum hoc jure non utitur Religio Christiana.

§. 25.

Juris humani. Res humani juris iterum erant vel singulorum l. universitatis l. publicæ. vid. §. 2. 4. J. h. Marcianus l. 2. P. h.

§. 26.

Res singulorum. Res singulorum sunt, quæ in ipsorum sunt commercio. vid. §. 11. J. h.

§. 27. Res

§. 27.

Res universitatis sunt, quarum proprietas ad universitatem spectat. vid. §. 6. J. h. Res universitatis.

§. 28.

Publicæ sunt, quarum proprietas ad Rempublicam pertinet, usus autem universis conceditur. vid. §. 2. J. h. Res publicæ.

§. 29.

Omnes res nostris moribus distinguuntur in publicas & privatas. Nostris moribus publicæ.

§. 30.

Publicæ sunt, quæ publice vel a supremo l. inferiore & subordinato Magistratu administrantur.

§. 31.

Ad illam classem referuntur viæ publicæ, flumina perennia &c. vid. Struvius in Exerc. 3. ad P. h.

§. 32.

Ad hanc autem pertinent partim pascua communia, sylvæ &c. partim prædia civitatum, æraria collegiorum. vid. Ludovici in Doctr. P. h.

§. 33.

Atque si usum spectes, quædam dici possunt seculares, quædam spirituales.

§. 34.

Spirituales. Spirituales enim sunt, quæ ultimo usum atque finem aliquem spiritualem concernunt, id quod l. mediate l. immediate fieri solet.

§. 35.

Unde aliæ res sunt sacræ, aliæ ecclesiasticæ.

§. 36.

Sacræ. Sacræ sunt, quæ sine superstitioso ritu cultui divino sunt consecratæ, quod doctrina & precibus conficitur. vid. Linckius de jur. templ. c. 6. num. 19.

§. 37.

Ecclesiasticæ. Ecclesiasticæ dicuntur, quæ cultui divino mediate saltem inserviunt.

§. 38.

Quando liceat easdem alienari. Res sacræ alienari possunt in casu pietatis, ecclesiasticæ autem in casu insignis utilitatis & incommoditatis, si modo accedat principis consensus & cultui publico nullum impedimentum adcrescat. vid. l. 21. C. de Sacros. Eccles. conf. Linckius de jur. Episcop. c. 10. num. 36.

§. 39.

Privatæ. Privatæ res sunt, quæ in dominio privatorum constitutæ & ab iis licite tenentur.

§. 40. Hæ

§. 40.

Hæ ratione dominii sunt l. allodiales vel feudales. Illæ dicuntur, quarum dominium est plenum, hæ vero, quæ beneficii loco quasi stipendium a superiore conceduntur. Allodiales & feudales.

Capitis Primi

Sect. II.

De Jure Rerum generatim.

Jus rerum generatim.

§. 1.

Circa has rerum species recensitas occupatur jus, quod dicitur rerum.

§. 2.

Quod est facultas moralis jure quæsita circa rem competens. Describitur.

§. 3.

Dividitur ex natura sua in jus in re & jus ad rem. Dividitur.

Cap. II.

De jure in Re.

Jus in Re.

§. 1.

Actum est huc usque de rebus, earum speciebus & jure in genere, dicendum jam est de jure in Re.

§. 2.

Contenta.

I. Jus in Re generatim.
II. Jus in Re quoad dominium.
III. Jus in Re quoad ſervitutem.
IV. Jus in Re quoad pignus.
V. Jus in Re quoad poſſeſſionem.
VI. Actiones ad Jus in Re pertinentes.

Capitis Secundi

Sect. I.

De Jure in Re generatim.

Generatim.

§. 1.

Deſcribitur.

Jus in Re eſt facultas jure alicui competens circa rem ipſam, ſine reſpectu certæ alicujus perſonæ.

§. 2.

Hoc jus oritur ex diverſis ſpeciebus.

§. 3.

Circa numerum ſpecierum Doctores variant.

Circa quarum numerum DD. variant. Alii unicam ſpeciem, dominium ſc., agnoſcunt: alii duas, dominium & poſſeſſionem accipiunt: alii tres dominium, pignus & poſſeſſionem volunt: alii quatuor, dominium, ſervitutem, pignus & hereditatem exiſtimant: alii quinque, dominium, ſervitutem, hereditatem, pignus & poſſeſſionem ſtatuunt: alii denique

nique hisce quinque sextam speciem, nimirum jus dotis addunt.

§. 4.

In nostro Jure recensentur quatuor species, dominium, servitus, pignus & jus possessionis, vid. Imp. Justinianus l. 13. §. 1. C. de judiciis.

Capitis Secundi
Sect. II.
De jure in Re quoad Dominium.

Dominium.

§. 1.

Est itaque prima species Juris in Re dominium.

§. 2.

SUMMARIA.

I. Dominium generatim.
II. Dominii adquisitio.
III. Personæ illud adquirentes.
IV. Ejusdem effectus.

Membrum I.
De Dominio generatim.

Generatim.

§. 1.

Dominium, a dominando dictum, est facultas rem aliquam habendi pro sua, eamque disponendi ac alios ab ejusdem usu arcendi. vid. Delineat. nostr. Philos. Eclect. Modern. P. III. Tract. I. Describitur.

§. 2.

Sunt autem omnes homines dominii capaces, etiam furiosi & infantes, licet ejusdem adquisitio atque administratio per alios fieri soleat.

§. 3.

Dividitur. Dividitur 1.) ratione objecti in universale & particulare, 2.) ratione effectus in plenum & minus plenum, 3.) ratione temporis in perpetuum & non perpetuum.

§. 4.

Universale. Universale dicitur, quod occupatur circa rem universalem, ex pluribus diversis speciebus compositam, v. gr. in hereditate. vid. Gajus l. 10. P. de hered. pet.

§. 5.

Particulare. Particulare est, quod unicam rem singularem adficit.

§. 6.

Plenum. Minus plenum. Dominium plenum est, ubi proprietas cum usufructu est conjuncta; minus plenum autem est l. directum, ubi proprietas sine usu fructu, l. utile, ubi ususfructus sine proprietate conceditur.

Mem-

Membrum II.
De Dominii Adquisitione.

§. 1.

Vid. 1.) Lib. II. Tit. I. §. 11. seqq. De R. D. 2.) Lib. XLI. Tit. I. P. De adquirendo Rerum dominio. Sedes materiæ.

§. 2.

Dominium certis quibusdam modis adquiritur. Modi dominium adquirendi.

§. 3.

Quidam illorum jure naturali l. gentium introducti sunt, quidam a jure civili sunt superadditi. Illi dicuntur naturales, hi civiles.

§. 4.

Ab his modis tamen secernendi sunt tituli adquirendi, qui sunt tanquam causæ proximæ ex quibus possidemus.

Articulus I.
De Modis rerum dominium adquirendi naturalibus.

Naturales.

§. 1.

Modi rerum dominium adquirendi naturales sunt rationes, quæ natura ad Dominium rerum adquirendi sunt introductæ. Describuntur.

§. 2.

Numerus horum modorum a DD. varius ponitur. Horum numerus.

§. 3.

Quidam statuunt unicum, occupationem: quidam duos, occupationem & accessionem: quidam tres, occupationem, traditionem & specificationem: quidam quatuor, quidam denique ad sex hunc numerum extendunt.

§. 4.

Nobis videntur tres, ad quos commode omnia referri poterunt, nimirum occupatio, accessio & traditio.

Inspectio I.

De Occupatione.

Occupatio.

§. 1.

Primus modus rerum dominium adquirendi naturalis est occupatio.

§. 2.

Describitur.

Quæ est adprehensio rei, quæ nullius est, animo sibi habendi facta. vid. §. 12. J.h. (1.)

§. 3.

Distinguitur.

Adprehenduntur autem l. res animatæ l. inanimatæ, unde est venatio late sic dicta & inventio.

§. 4.

Per Venationem l. fera animalia in terra, vel aves in aëre, l. pisces in aquis sectamur.

§. 5. Exin-

(1.) Quod nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur. §. 12. J. h.

§. 5.

Exinde Venatio ſtricte ſic dicta, aucupium & piſcatio ab invicem ſeparantur, vid. §. 12. pr. J. h. Venatio.

§. 6.

Hæ ſpecies venationis jure naturali omnibus æquali ratione competunt. vid. Gajus l. 1. §. 1. P. h. add. l. 3. §. 2. P. eod.

§. 7.

Moribus autem Germanorum jus venandi Regalibus adnumeratur. vid. Sächſiſch Land-Recht/ Lib. II. art. 61. Seckendorf im Fürſten-Staat/ P. III. c. 3. n. 5. §. 1. add. Lyncker in Analect. ad Inſt. h. §. 12. & ad P. eod. th. 8. Einſidel de Regalibus c. 3. §. 336.

§. 8.

Diſtinguitur ab his plerumque in majorem & minorem. vid. Seckendorff l. c. Struvius in Exerc. 41. th. 12.

§. 9.

Hæc pertinent quoque ad aucupium & piſcationem. vid. Schilterus ad P. Exerc. 45. §. 12. Sächſiſch Land-Recht/ Lib. II. art. 28. Aucupium Piſcatio.

§. 10.

Quod vero aves incluſas attinet, ſi clauſtris evolaverint, & priſtinam libertatem receperint, cedunt occupanti. vid. Weichbild art. 119.

§. 11. De

§. 11.

De apibus idem est dicendum. vid. Müllerus in Diss. de jur. Apum.

§. 12.

Inventio. Inventio est adprehensio rerum inanimatarum, quæ natura nullius sunt v. gr. lapilli & gemmæ in littore maris repertæ. vid. §. 17. J. h.

§. 13.

Hodie vero Domini territorii hanc ex jure Regalium existimant & plerumque restringunt. vid. Menckenii Tractat. synopt. P. h.

§. 14.

Ab occupatione differt inventio rerum fortuito casu amissarum.

§. 15.

Exinde erat, quod jure Romano contra eum, qui alienum quid jacens lucri faciendi ergo sustulit, actio furti daretur. vid. Ulpianus l. 43. §. 4. P. h.

§. 16.

Jure vero Saxonico inventor obstringitur ad denunciationem. vid. Sächsisch Land R. Lib. II. art. 37.

§. 17.

Ceterum res, quæ furibus, prædonibus l. hostibus ereptæ sunt etiam hac ratione adquiruntur. vid. tamen Strauchius in Diss. VI. th. 34.

Inspe-

Inſpectio II.

De Acceſſione.

Acceſſio.

§. 1.

Secundus modus naturalis eſt acceſſio.

§. 2.

Hæc eſt, quando illud adquirimus, quod nobis, mediante re noſtra principali, accedit. Deſcribitur.

§. 3.

Alia eſt naturalis, alia induſtrialis, alia fortuita. Diſtinguitur.

§. 4.

Naturalis eſt, quando ipſa natura ſine noſtra cooperatione nobis aliquid accedit. Naturalis.

§. 5.

Hæc contingit: 1.) Fœtura, 2.) alluvione, 3.) inſulæ productione, 4.) alvei mutatione.

§. 6.

Fœtura eſt, quando ex animalibus dominio noſtro eodem jure ſubjectis nobis adquiritur. vid. §. 19. J.h. Florentinus l.6. P.h. Pufendorfius de J.N. & G. Lib. IV. c.7. §.4. Fœtura.

§. 7.

Alluvio eſt, quando agro noſtro aliquid ita paulatim adjicitur, ut intelligere non poſſimus, quantum quoque temporis momento adjectum ſit. vid. §. 20. J. h. Gajus l. 7. §. 2. P. h. Alluvio.

§. 8. Hac

§. 8.

Hac ratione, si quid adjicitur agris arcifiniis, cedit eorum dominis. vid. Grotius de J. B. & P. l. 2. c. 3. §. 16. Callistratus l. 12. & Florentinus l. 16. P. h.

§. 9.

Vis fluminis. Ab hac distinguitur vis fluminis, qua pars agri alterius agro palam adjicitur.

§. 10.

Hæc pars manet prioris domini, nisi longiore tempore fundo alterius tam diu adhæserit, ut arbores allatæ radices egerint. vid. §. 21. J. h.

§. 11.

Nativitas insulæ. Insulæ nativitas fit l. in mari l. in flumine. Illa rebus nullius adnumeratur; hæc Jure Romano pro sede ejusdem variat. vid. Gajus l. 7. §. 2. 3. P. h. Proculus l. 56. P. h.

§. 12.

Hodie vero insulæ, quæ in mari nascuntur Regalibus principis accensentur, quæ autem in flumine producuntur aut non magni sunt momenti, aut æque Regalibus adnumerantur. Videtur itaque hæc cura inter privatos superflua.

§. 13.

Alvei mutatio. Mutatio alvei est, quando alveus vetus a flumine derelinquitur. vid. §. 23. J. h. Gajus l. 7.

l. 7. §. 5. P. h. de hoc idem dicendum, quod de Insulæ nativitate est dictum.

§. 14.

Accessio industrialis est, qua cooperante industria humana idem, quod nostræ rei principali accedit, nostrum fit. Accessio industrialis. Describitur.

§. 15.

Hæc accidit: 1.) Specificatione, 2.) Adjunctione, 3.) Confusione, 4.) Commixtione. 5.) Inædificatione, 6.) Implantatione, 7.) Pictura atque scriptura. Distinguitur.

§. 16.

Specificatio est, qua novum corpus diversam formam & denominationem habens a materia producitur. vid. §. 25. J. h. Gajus l. 7. §. 7. Paulus l. 26. §. 3. P. h. Specificatio.

§. 17.

Hæc productio autem contingit I. ex materia partim nostra, partim aliena, I. ex materia aliena ex toto.

§. 18.

Illo modo materia adquiritur specificanti, qui partis materiæ domino pretium partis ablatæ solvere obligatur. vid. §. 26. J. h.

§. 19.

Hoc pristina materia non reducibilis adquiritur specificanti, non autem reducibilis. Interim dominus materiæ operarum mercedem

dem specificanti solvere tenetur. vid. Gajus l. 7. §. 7. Pomponius l. 27. P. h.

§. 20.

Ceterum fit hoc l. bona l. mala fide, ubi locus est actioni ad exhibendum & vindicationi. vid. Paulus l. 12. §. 3. ad exhibendum. Celsus l. 49. P. de R. V.

§. 21.

Adjunctio. Adjunctio est, qua sine nova forma ac denominatione rei nostræ bona fide aliquid accedit. vid. §. 26. J. h.

§. 22.

Quidquid itaque hoc modo additur, cedit rei principali, si res sine detrimento separari nequeat, alias pars propria vindicatur. vid. Pufendorfius de J. N. & G. L. IV. c. 7. Cassius apud Paulum l. 23. §. 5. P. de R. V.

§. 23.

Confusio. Confusio est, qua res aliena liquida vel liquefacta s. ejusdem s. diversi generis cum nostra confusa corpus commune inducit tam voluntate dominorum, quam sine ea. vid. §. 27. J. h. Gajus l. 7. §. 8. P. h.

§. 24.

Commixtio. Commixtio est, qua res aliena arida cum nostra commiscetur & tunc demum communionem constituit, quando res commixtæ ab invicem separari nequeant. vid. §. 28. J. h.

§. 25. In-

§. 25.

Inædificatio est, qua structuræ ædificii id, quod inædificatur rei principali, accedit. vid. §. 29. J. h. Gajus l. 7. §. 10. P. h. domino autem materiæ competit actio de tigno juncto. vid. Ulpianus l. 1. pr. P. de tign. junct. Struvius Exerc. 48. th. 31. Inædificatio.

§. 26.

Quoties autem quis in solo alieno ex sua materia ædificium exstruit, solo cedit, nisi sit mobile. vid. §. 30. J. h. Gajus l. 60. P. h.

§. 27.

Hoc modo non tantum pretium rei inædificatæ, sed etiam mercedes fabrorum inædificanti a domino soli restitui debent, nisi fuerit in mala fide. vid. Gajus l. 7. §. 12. P. h.

§. 28.

Implantatio est, qua domino soli aliena planta, quæ in eo plantata est, quam primum radices egerit, adquiritur. vid. §. 31. J. h. Gajus l. 7. §. 13. Paulus l. 26. §. 2. P. h. conf. Sächsisch Land-Recht/ Lib. II. art. 52. Implantatio.

§. 29.

Ab hac differt satio, qua domino soli semen alienum, quod in ejusdem solo satum est, illico adquiritur & non expectat radices, sed statim tempore sationis domino soli accedit, quia citra damnum separari non potest. vid. §. 32. J. h. Gajus l. 9. pr. P. h. Satio.

§. 30.

Interim competit bonæ fidei possessori exceptio doli mali usque dum pretium seminis & impensarum labores consequatur. vid. l. 36. §. fin. P. de Hered. conf. Sächsisch Land-Recht Lib. III. art. 20. L. II. art. 46.

§. 31.

Pictura. Pictura est, quando tabulæ alienæ impingitur & tabula picturæ cedit, restituto ejusdem pretio. vid. §. 34. J. h.

§. 32.

Scriptura. Scriptura est, quando alienis chartis, membranisve est inscripta, iisdem quoque cedit. vid. §. 33. J. h.

§. 33.

Moribus tamen Germaniæ chartæ membranæve cedunt scribenti, quia chartæ æstimatio est facilis, scripturæ vero difficilis.

§. 34.

Accessio fortuita. Accessio fortuita est, qua fundo accedit thesauri inventio.

§. 35.

Thesaurus. Thesaurus autem dicitur vetus quædam pecuniæ depositio, cujus non extat memoria, ut jam dominum non habeat. vid. Paulus l. 31. §. 31. P. h.

§. 36. Hic

§. 36.

Hic adquiritur prout invenitur. Invenitur autem vel fortuito vel data opera.

§. 37.

Theſauri fortuito inventi dimidia pars domino fundi, altera inventori relinqui debet. vid. Tryphoninus l. 63. §. 3. P. h.

§. 38.

Theſaurus autem data opera inventus in alieno fundo integer ad dominum fundi pertinet. vid. l. un. C. de Theſ.

§. 39.

Si vero artibus magicis quæſitus eſt, ad fiſcum ſpectat. vid. Bitſchius in Tr. de Theſ. P. II. c. 8.

Inſpectio III.

De Traditione.

Traditio.

§. 1.

Tertius modus naturalis eſt traditio.

§. 2.

Quæ eſt actus, quo res poſſeſſa ab eo, qui jus & animum transferendi habet, in acceptantem legitime transfertur. vid. §. 4. J. h. Ulpianus l. 20. P. h.

Deſcribitur.

§. 3.

Non ſufficit itaque ad dominium transferendum nuda traditio, ſed juſta cauſa, quæ præcedere debet. vid. Paulus l. 31. P. h.

§. 4.

Diſtinguitur. Dinſtinguitur ratione objecti in propriam & impropriam.

§. 5.

Illa verſatur circa res corporales. vid. §. 40. J. h. hæc circa res incorporales. vid. Gajus l. 43. §. 1. P. h.

§. 6.

Propria eſt l. vera l. ficta.

§. 7.

Vera Ficta. Vera eſt, quæ actu naturali ſ. corporali perficitur; ficta autem, quæ ſaltem ut perfecta concipitur.

§. 8.

Hæc eſt l. non ſymbolica l. ſymbolica.

§. 9.

Non ſymbolica eſt l. brevis l. longæ manus.

§. 10.

Non ſymbolica brevis manus. Traditio non ſymbolica brevis manus eſt, qua ſine traditione nuda voluntas domini rem transfert. e. gr. ſi res alteri locata l. commodata jure emtionis apud illum eſſe permittitur. vid. §. 43. J. h. Gajus l. 9. §. 5. P. h.

§. 11.

Longæ manus. Traditio non ſymbolica longæ manus eſt, qua res tradenda oculis ſ. propius ſ. e longinquo

ginquo

ginquo demonstratur. vid. Celsus l. 18. §. 2. Javolenus l. 51. P. de adquir. l. omittend. Poss.

§. 12.

Traditio symbolica est, qua non res, sed rei signum traditur, ita ut eo res ipsa translata censeatur. e. gr. si claves domi tradendæ in conspectu domi tradantur. vid. Gajus l. 7. §. 6. P. h. Symbolica.

§. 13.

Ratione autem personæ adquirentis traditio est l. generalis l. specialis.

§. 14.

Generalis s. incerta est, qua res animo transferendi eam in quemvis occupantem traditur. vid. §. 45. J. h.

§. 15.

Hæc contingit l. per jactationem missilium l. per derelictionem. vid. §. 46. J. h.

§. 16.

Specialis s. certa est, qua res animo transferendi in certum adprehendentem traditur. vid. l. 18. §. 1. P. de adquir. l. omittenda Poss.

Articulus II.

De Modis Rerum dominium adquirendi civilibus.

Modi dominium adquirendi civiles.

§. 1.

Describuntur.

Modi rerum dominium adquirendi civiles sunt rationes, quas jus Civile speciatim ad dominium adquirendum introduxit.

§. 2.

Distinguuntur.

Distinguuntur in universales & particulares. vid. §. fin. J. per quas person.

§. 3.

Universales.

Universales sunt, quibus universum patrimonium l. pars juris universi quota adquiritur.

§. 4.

Huc referuntur: 1.) hereditas, 2.) bonorum possessio, 3.) adrogatio, 4.) addictio bonorum libertatum conservandarum causa. vid. §. ult. per quas pers. cuique adquir.

§. 5.

Particulares sunt, quibus res aliqua singulatim adquiritur.

§. 6.

Quales sunt: 1.) usucapio, 2.) donatio, 3.) legatum, 4.) fideicommissum particulare.

Inspe-

Inspectio I.

De Hereditate.

Hereditas.

§. 1.

Hereditas est primus modus civilis rerum dominium adquirendi universalis. vid. §. 40. J. de Rerum divisione.

§. 2.

Quæ est jus succedendi in universum jus, quod defunctus habuit. vid. Gajus l. 24. P. de V. S. — Describitur.

§. 3.

Hæc defertur regulariter l. ex testamento vel ab intestato. Unde hereditas dividitur in testamentariam & legitimam. — Dividitur. Testamentaria.

§. 4.

Circa utramque varia sunt notanda.

§. 5.

In illa considerantur: 1.) testamenta generatim, 2.) heredis institutio, 3.) modi, quibus testamenta infirmantur, 4.) testamentorum executio s. hereditatis adquisitio, 5.) eorundum accessoria.

§. 6.

In hac quoque attenditur: 1.) successio ab intestato s. legitima generatim, 2.) successio descendentium, 3.) ascendentium, 4.) collateralium, 5.) Conjugum & aliorum.

Discursus I.

De Testamentis generatim.

Testamentum.

§. 1.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. II. Tit. X. J. de Testamentis ordinandis. 2.) Lib. XXVIII. Tit. I. P. qui Testamenta facere possunt. 3.) Lib. VI. Tit. XXIII. C. de Testamentis.

§. 2.

Describitur.

Testamentum, a testatione mentis adpellatum, est voluntatis nostræ justa sententia de eo, quod quis post mortem circa res suas earumque translationem fieri vult. vid. Modestinus l. 1. P. h.

§. 3.

Quemadmodum autem per mortem dominium rerum naturaliter solvitur, ita omnium pene gentium legislatores aliquam succedendi rationem legibus præscripserunt, id quod inprimis etiam Romani fecerunt.

§. 4.

Hoc enim tam æquitatis, quam boni publici ratio injungit.

§. 5.

Hodie inprimis necesse est in Germania, ut circa testamenta non tantum juris Canonici & Civilis, sed & Imperialis communis & particularis, nec non statutarii sanctiones conferantur.

§. 6. Per-

§. 6.

Personæ vero testantes debent esse natura habiles & lege non prohibitæ. Personæ.

§. 7.

Habiles hodie censentur omnes, quibus est mentis & corporis integritas, nam hæc ad quamvis dominii alienationem requiritur. Habiles.

§. 8.

Unde ob mentis defectum testamentum facere natura prohibentur impuberes, furiosi & mente capti. vid. §. 1. J. h. Modestinus l. 19. Ulpianus l. 5. 20. §. 3. Pomponius l. 16. Paulus l. 17. P. h. Justinianus l. 10. C. h. Inhabiles.

§. 9.

Ob defectum autem corporis arcentur a testamenti factione surdi & muti simul & natura tales existentes. vid. l. 6. §. 1. P. h. cæci testamenta facere solent certis observatis solennitatibus. vid. Justinus l. 8. C. qui Testamenta facere possunt.

§. 10.

Lege vero secundum jus Romanum prohibentur servi & peregrini, itemque ab hostibus capti. vid. Gajus l. 8. pr. §. 1. 2. Julianus l. 12. Pomponius l. 16. Modestinus l. 19. P. h. Prohibitæ Jur. Rom.

§. 11.

Verum, hodie omnes peregrini valide testantur, ut & homines proprii, si modo do-

mino ipſorum damnum exinde non oriatur. vid. Schilterus in Diſſert. de peregrinorum jure. Mevius von dem Zuſtand der Bauren / quæſt. 1. num. 35. Porgieſer de ſtatu ſervorum L. II. c. 9.

§. 12.

Excluduntur quoque a facultate teſtandi, qui rerum ſuarum dominium plenum non habent, ut filii in poteſtate patria conſtituti, prodigi & certo reſpectu etiam monachi. vid. §. 2. J. h. Gajus l. 6. Ulpianus l. 18. nec non I. feud. 8. Nov. 133. c. 38.

§. 13.

Ob ſtatum damnatum in Republica teſtamentum condere prohibentur carminis famoſi damnati, apoſtatæ, heretici, banniti, proſcripti Imperii, inceſtis nuptiis ſe polluentes & malefici. vid. Gratianus & Theodoſius l. 1. 2. 3. C. de apoſtatis. Fridericus authent. credent. C. de hereticis. Gailius de pace publica L. II. c. 6. num. 9. 10. l. 6. & auth. C. de inceſt. nupt. conf. Strauchius in Diſſ. IX. th. 2.

§. 14.

Damnati ad mortem olim bona ſua fiſco relinquebant, hodierno vero uſu teſtamenta condunt, niſi bona ſint confiſcata ob crimen læſæ Majeſtatis aut declarationem in bannum ſuperius. vid. Gajus l. 8. §. 4. P. h. Schilterus in Exerc. 39. §. 28. 29.

§. 15. Re-

§. 15.

Requiritur autem in omni testamento: 1.) heredis institutio, 2.) voluntatis suæ legitima declaratio. vid. Modestinus l. 1. P. de vulg. & pupill. substit. Strauchius in Diss. IX. th. 22. Pomponius l. 7. P. de Reg. jur. Requisita.

§. 16.

Quemadmodum vero testamentorum variæ sunt species, ita quoque variant eorundem solennitates. Dividitur Jur. antiq.

§. 17.

Jure antiquo Romano testamentum aliud erat civile, aliud prætorium. Civile.

§. 18.

Illud triplex erat: 1.) calatis comitiis coram populo conditum, 2.) in procinctu ante prælium confectum, 3.) per æs & libram. vid. Wesenbecius ad h.

§. 19.

Hoc autem valebat per subscriptionem septem testium. Prætorium.

§. 20.

Ast jure novo aliud est testamentum publicum, aliud privatum, id quod vel solenne l. minus solenne esse solet. Jure novo.

§. 21.

Testamentum publicum est, quod publica autoritate & fide principis vel Magistratus Publicum.

absque

absque testibus privatis sustinetur. vid. Honorius l. 19. C. h.

§. 22.

Est l. oblatum l. judiciale s. actibus judicialibus insinuatum.

§. 23.

Oblatum. Oblatum dicitur, quod principi l. ejus Cancellariæ offertur & unde schedula oblationis accipitur. vid. Eckolt ad P. h.

§. 24.

Hoc comprehendit omnes solennitates. vid. Honorius & Theodosius l. 19. C. h. Lyncker in Analectis P. h. Stryckius in Diss. de Testam. principi per procuratorem oblato.

§. 25.

Judiciale. Judiciale est, quod apud judicem jurisdictionem ordinariam habentem actis insinuatur, quamvis illam non habeat in testatorem. vid. Stryckius in U. M. P. h. item in Cautelis testam. c. 7. conf. Carpzovius P. III. c. 3. def. 2. seqq.

§. 26.

Privatum. Privatum est, quod privatorum testium fide & testimonio sustinetur. vid. Honorius l. 19. C. h.

§. 27.

Hoc est l. solenne l. minus solenne.

§. 28. So-

§. 28.

Solenne dicitur, quod obſervatis & adhibitis omnibus ſolennitatibus legibus præſcriptis conſtat. vid. §. 3. J. h. **Solenne.**

§. 29.

Privatum ſolenne eſt l. ſcriptum vel non ſcriptum.

§. 30.

Scriptum eſt, quod l. per teſtatorem l. per alium ejus voluntate ab initio in ſcripturam eſt redactum & a ſeptem teſtibus huc rogatis habilibus ſubſcriptum. vid. §. 3. 4. J. h. **Scriptum**

§. 31.

Circa hoc requiritur: 1.) ut ſcriptura clara coram ſeptem teſtibus exhibeatur, 2.) ut uno atque continuo actu pro teſtamento declaretur, 3.) ut debite ſubſcribatur. **Ejusdem requiſita.**

§. 32.

Teſtes debent eſſe numero ſeptem, qui numerus Romanis uſitatus a teſtamentis per æs & libram ac Servi Tullii diviſione populi in quinque Claſſes veriſimile derivari poteſt. **Teſtes ſeptem.**

§. 33.

Præterea autem exigitur, ut teſtes adpareant rogati, libera voluntate præſentes toti actui teſtandi, ut teſtatorem audiant atque videant, & hac ratione ſubſcriptione atque ſigillo rem totam conficiant. vid. Theodoſius **Rogati.**

l. 21.

l. 21. C. h. add. l. 9. C. eod. conf. Imp. Maximilianus in Const. de An. 1512.

§. 34.

Habiles. Denique testes requiruntur habiles, nam inhabiles non admittuntur, quales in hoc negotio æstimantur impuberes, surdi, muti, cæci, prodigi, feminæ, in testatoris potestate aut familia existentes, nec non heredes instituti. vid. §. 6. 7. 8. 9. 10. J. h. conf. Strauchius in Diss. IX. th. 18.

§. 35.

Non-scriptum. Non scriptum s. nuncupativum est, quo testator oretenus & viva voce coram septem testibus idoneis specialiter rogatis simulque præsentibus, testatorem videntibus atque intelligentibus unico actu & contextu voluntatem suam palam declarat, quæ ut plurimum probationis gratia in scriptura & desuper instrumentum a Notario conficitur. vid. §. 12. J. h. l. 21. §. 2. C. h. conf. Imp. Maximilianus in der Ordnung von Notarien de Anno 1512. §. von Testamenten. add. Böhmer in Introd. ad P. h. num. 33.

§. 36.

Minus solenne. Parum itaque hoc differt a scripto.

§. 37.

Sedes materiæ. Vid. 1.) Lib. II. Tit. XI. J. de militari Testamento. 2.) Lib. XXIX. Tit. I. de Testamento militis. 3.) Lib. VI. Tit. XXI. de Testamento militis.

Testa-

Testamentum privatum minus solenne s. privilegiatum est, quod omnes solennitates alias ad testamentum necessarias non requirit. vid. pr. J. h. Describitur.

§. 38.

Huc pertinent: 1.) testamentum militare 2.) parentum, 3.) tempore pestis vel alius morbi contagiosi grassantis confectum, 4.) ad pias causas ordinatum, 5.) Rusticorum, 6.) Testamentum in via a moribundo factum. Distinguitur.

§. 39.

Testamentum militare est, quod miles in expeditione constitutus nuda voluntate ordinavit & divisionem bonorum suorum inivit. vid. pr. J. h. Trajanus apud Ulpianum l. 1. P. h. item l. 1. pr. P. de bon. poss. ex testam. milit. Militare.

§. 40.

Requiritur itaque: 1.) ut milites ad bellum rite sint lecti, in numerum scripti & sacramento firmati, 2.) ut sint in expeditione constituti, 3.) ut habeant testamenti factionem. vid. Ulpianus l. 42. P. h. §. 3. J. h. l. 29. P. de poenis.

§. 41.

Datur hoc militibus partim propter imperitiam, partim propter imminens periculum, cui milites sunt expositi. vid. pr. J. h. Trajanus apud Ulpianum l. 1. P. h. Florentinus l. 24. P. eod.

§. 42. Est

§. 42.

Eſt l. ſcriptum l. nuncupativum. In illo præter declarationem voluntatis ſeriam nihi requiritur; in hoc autem duo teſtes etian non rogati ſufficiunt. vid. Paulus l. 40. in fin pr. P. h. a. l. 12. P. de Teſt.

§. 43.

Hodie vero in utroque extra conflictun duo teſtes exiguntur. vid. Ordin. Imp. Maxi mil. de Anno 1512. Tit. von Teſtamenten.

§. 44.

Parentum. Teſtamentum parentum inter liberos eſt quod parentes inter liberos condunt, eosqu heredes inſtituunt l. exheredant, id quod licit caret ſolennibus, ſi modo conſtet de volun tate teſtantis. vid. Nov. 107. in pr.

§. 45.

Unde neceſſaria eſt tantum clara ſcriptur & legitima ſubſcriptio, ſi vero ſcriptura defi ciat, duorum teſtium adhibitio. vid. Auth quod ſine C. de Teſtam.

§. 46.

Diviſio parentum. Separanda eſt ab hoc diviſio parentum in ter liberos, quando illi ab inteſtato hos inte bona ſua dividere ſolent. vid. Imp. Conſtan tinus l. 26. C. Familiæ erciſcundæ, add. Wild vogelius in Diſſ. pecul.

§. 47. Te-

§. 47.

Teſtamentum tempore peſtis l. alius morbi contagioſi graſſantis conditum eſt, quo tres l. duo teſtes etiam ſexus feminini adhibiti ſufficiunt. vid. Imp. Dioclet. l. 5. C. de Teſtam. conf. Struvius Exerc. 32. th. 21. Carpzovius P. III. c. 4. def. 4. Tempore peſtis conditum.

§. 48.

Juxta ſententiam plurium hoc perpetuo, juxta aliorum autem per anni tantum ſpatium tempore peſtis ceſſantis valet. vid. Struvius loc. c. Lyncker in Analect. ad eund. Carpzovius loc. cit. Def. 5. Schilterus in Exerc. 38. §. 141.

§. 49.

Teſtamentum ad pias cauſas ordinatum eſt, quo teſtator ex ſingularis pietatis ratione in favorem Eccleſiarum, pauperum, dotium, alimentorum &c. adhibitis tribus l. duobus teſtibus hereditatem reliquit. vid. Pont. Alexander III. c. 11. X. de Teſtam. Rechenberg in Diſſ. Sectio II. th. 8. add. Lynckerus in Analectis ad Struv. Ad pias cauſas ordinatum.

§. 50.

Teſtamentum Ruſticorum ſ. multo magis omnium ruri degentium ibique teſtantium eſt, quo teſtator ultimam ſuam voluntatem coram quinque teſtibus ordinat & ſubſcriptio unius nomine omnium, ſi ceteri ignari ſint, ſufficienter interponitur. vid. Juſtinianus l. 24. C. Ruſticorum l. omnium ruri degentium.

de Teſtam. Imp. Maximilianus in Ord. de Anno 1512. von Notarien. Choppinus de privileg. Ruſt. l. 1. c. 2. Richter Dec. 28. Kreſſius in Diſſ. de privileg. agricult. c. 1. Sect. 2. §. 2.

§. 51.

In via a moribundo confectum.

Teſtamentum in via a moribundo confectum eſt, quo teſtator in itinere voluntatem ſuam coram duobus teſtibus declarat. vid. Stryckius de Teſtam. c. 14. item de Teſtam. in itinere confect. add. Caut. Teſtam. c. 14. itemque U. M. P. h. §. 9.

Diſcurſus II.

De Heredis Inſtitutione.

Heredis inſtitutio.

§. 1.

Hæc erant de teſtamentis eorumque ſpeciebus, ſequitur heredis inſtitutio, quæ caput & fundamentum totius teſtamenti eſt. vid. Modeſtinus l. 1. P. de vulg. & pupillar. ſubſt. conf. §. 34. J. de Legat.

§. 2.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. II. Tit. XIV. de Heredibus inſtituendis. 2.) Lib. XXVIII. Tit. V. P. de Heredibus inſtituendis. 3.) Lib. VI. Tit. XXIV. C. de Heredibus inſtituendis.

Deſcriptio.

Heredis inſtitutio eſt declaratio legitima certi ſucceſſoris in omne teſtatoris jus. vid. Julianus l. 62. P. de R. J.

§. 3.

Diviſio.

Eſt autem l. neceſſaria l. voluntaria, & quidem ratione heredum. Unde heredes quoque

alii

alii neceſſarii, alii voluntarii appellarii ſolent. Alioquin eſt l. prima l. ſecunda, quæ ſubſtitutio vocatur.

§. 4.

Neceſſaria eſt, quæ fit ex legis neceſſitate, eſtque eorum, qui l. neceſſario inſtituendi l. exheredandi ſunt. e. gr. liberi, his deficientibus parentes, quadam ratione fratres & ſorores. vid. Gajus l. 30. P. de liberis & poſthumis heredibus inſtituendis. (1.) pr. J. h. (2.) confer. Nov. 115. c. 4. Nov. 22. c. 47. Neceſſaria.

§. 5.

Vid. 1.) Lib. II. Tit. XIII. J. de Exheredatione liberorum. 2.) Lib. XXVIII. Tit. II. P. de liberis & poſthumis heredibus inſtituendis l. exheredandis. 3.) Lib. VI. Tit. XXVIII. C. de liberis præteritis, Tit. XXIX. de poſthumis heredibus inſtituendis. Exheredatio. Sedes materiæ.

Exheredatio eſt excluſio ejus, qui futurus erat heres, in teſtamento verbis expreſſis facta. vid. §. 2. J. de Codicill. Deſcribitur.

§. 6.

Hæc eſt: 1.) ratione cauſæ l. legitima l. illegitima, 2.) ratione finis l. bona l. mala mente facta. Diſtinguitur.

§. 7.

Legitima dicitur, quæ fit ex cauſa legibus adprobata & ab herede probata. vid. Nov. 115. c. 3. 4. Nov. 22. c. 47. Legitima.

(1.) Filio, qui in poteſtate eſt, præterito, inutile eſt teſtamentum. Gajus l. 30. P. h.

(2.) Qui filium in poteſtate habet, curare debet, ut eum heredem inſtituat l. exheredem eum nominatim faciat, alioqui ſi eum ſilentio præterierit, inutiliter teſtabitur. pr. J. h.

§. 8.

Illegitima. Illegitima nuncupatur, quæ contingit non ex causa legibus adprobata & locum dat querelæ inofficiosi testamenti. vid. d. Nov. 115.

§. 9.

Bona & Exheredatio bona mente facta est, quando quis nepotes ex filiis prodigis heredes instituit, filium exheredat l. præterit, relictis alimentis. vid. Tryphoninus l. 16. §. 2. P. de Curat. furios. Ulpianus l. 18. P. h.

§. 10.

Mala mente facta. Exheredatio vero mala mente facta est, quando ob ingratitudinem adversus testatorem commissam instituendus excluditur. vid. Nov. 115. c. 3.

§. 11.

Requisita. Jure novissimo ad exheredationem inprimis tria requiruntur: 1.) ut exheredes nominatim scribantur, 2.) ut causa exheredationis legibus determinata adjiciatur, 3.) ut hæc causa ab herede probetur. vid. Justinianus d. Nov. c. 3. conf. Struvius in Exerc. 10. th. 15.

§. 12.

Causæ exheredationis liberorum. Causæ exheredationis liberorum quatuordecim. Nov. alleg. recensentur, quæ hisce versiculis comprehenduntur:

Filius exhæres esto (1.) si verbere patrem læserit, N. 115. c. 3. §. 1. (2.) aut verbis si violentus erit. §. 2.

(3.) Cri-

(3.) Criminis accuſet ſi coram plebe parentem. §. 3.

(4.) miſceat aut turpi dira venena manu. §. 5.

(5.) divitiis dederit ſi damnum grande parentis. §. 8.

(6.) nec curam haut ſana mente parentis agat. §. 12.

(7.) Inter colluviem ſi gaudeat ire malorum. §. 4.

(8.) aut patrium vetito ſcandat amore thorum. §. 6.

(9.) Incluſo pro patre fidem ſi non det. §. 8. (10.) Eundem

à truce nec variis liberet hoſte modis. §. 13.

(11.) Si vetet autorem teſtari ſanguinis. §. 9. (12.) Adſit

ſi levibus mimis, quos l. arena juvat. §. 10.

(13.) A ſanctis veterum ſi degeneraverit aris. §. 14.

(14.) filia ſi quæſtum corpore ſponte facit. §. 11.

§. 13.

Quemadmodum vero parentes liberos nominatim heredes inſtituere, aut exheredare ſolent, ita quoque liberi parentes deficientibus liberis nominatim heredes inſtituere, aut exheredare ex cauſa jure determinata poſſunt. vid. Nov. 115. c. 4. Exheredationis parentum.

§. 14.

Causæ vero hujus exheredationis ibidem notantur octo, quæ in his versiculis sequentibus includuntur:

(1.) Si capitis natum pater accusaverit. §. 1. (2.) Ejus
aut vitæ insidias clamve palamve struat. §. 2.
(3.) Si vetuit cupidum secreta novissima mentis
prodere, §. 4. (4.) nec veritus sit temerare Nurum. §. 3.
(5.) Si pater & genitrix sibi fata scelesta minentur, §. 5.
(6.) fulcra nec ad nati clausa furentis eant. §. 6.
(7.) filius auxilio si non patris hostica linquit
limina §. 7. (8.) si genitor Numen inane colat. §. 8.

§. 15.

Exheredationis fratrum & sororum.

Si vero liberi & parentes deficiant, fratres & sorores superstites heredes quoque scribi, aut exheredari debent, quando ipsis persona turpis aut levis notæ macula laborans præfertur. Causæ hujus exheredationis sunt tres, quæ in Nov. 22. c. 47. exprimuntuur & hisce versibus heic leguntur:

(1.) In-

(1.) Insidias vitæ fratris, qui struxerit. (2.) Ejus crimen apud populum detexerit accusator. (3.) Si passa est culpa fratris substantia damnum.

§. 16.

Hæc erat heredis institutio necessaria; sequitur voluntaria.

§. 17.

Quæ est libera testatoris arbitrio relicta & tantum quoad certas personas restricta. Libera.

§. 18.

Hac ratione apud Romanos institui prohibentur 1.) servi pœnæ. vid. Marcianus l. 3. de his, quæ pro non scriptis, 2.) peregrini. TitusÆliusAnton. l. 1. C. h. 3.) deportati. vid. l. c. 4.) Apostatæ & heretici. vid. Theodos. Valent. & Arcad. l. 3. C. de Apostat. Arcad. & Honor. l. 4. C. de heret. 5.) mulier nubens intra annum luctus. vid. Valent. Theodos. & Arcad. l. 1. C. de secund. nupt. 6.) filii criminis perduellionis damnati, non filiæ aut nepotes. Personæ quædam prohibentur.

§. 19.

Verum hodie 1.) servi pœnæ vix dantur, 2.) peregrini communi jure fruuntur, 3.) banniti deportatis æquiparantur, 4.) heretici non æstimantur, qui toleratæ religionis professioni sunt addicti, 5.) mulierum institutio quoque amplius non est prohibita. vid. Ludovici ad P. h. §. 11.

§. 20.

Præterea excluduntur collegia reprobata & personæ incertæ. vid. Dioclet. l. 8. C. h. l. 5. C. ad L. Jul. Majest. confer. Strauchius de pers. incert. c. 2. 3. 4.

§. 21.

Si denique liberi legitimi extent, naturales ad certum modum tantum institui possunt; incestuosi autem & ex nefario concubitu nati a parentibus plane nequeunt. vid. Nov. 89. c. 12. §. 2.

§. 22.

Habiles. Quicunque itaque non prohibentur heredes instituti, existimantur habiles.

§. 23.

Requiritur autem, ut sint habiles 1.) tempore conditi testamenti, 2.) mortis testatoris, & 3.) aditæ hereditatis. vid. §. 4. J. de hered. qual. & diff. conf. Strauchius in Diss. de Reg. Caton. th. 7.

§. 24.

Instituitur autem l. unus l. plures. vid. Ulpianus l. 1. §. 4. P. h. Pomponius l. 7. P. de R. J.

§. 25.

Si plures simpliciter instituti, æquales partes accipiunt. Excipitur tamen, si partes singulis adscriptæ fuerint.

§. 26. Hoc

§. 26.

Hoc casu, si partes adscriptæ hereditatem non exhauriant, quod superest, pro rata inter omnes distribuitur. vid. §. 7. J. h.

§. 27.

Heredis institutio fit l. pure l. sub conditione.

§. 28.

Vid. 1.) Lib. XXVIII. Tit. VII. P. de conditionibus institutionum. 2.) Lib. VI. Tit. XXV. C. de institutionibus & substitutionibus & restitutionibus sub conditione factis.

§. 29.

Conditio est adjectio, quæ actum in futurum ac incertum casum differt. vid. §. 4. J. de verb. obl. Papinianus l. 39. P. de R. C. Conditio describitur.

§. 30.

Quæ in genere est l. possibilis l. impossibilis. Dividitur.

§. 31.

Possibilis est, quæ licite impleri potest. Possibilis

§. 32.

Hæc est l. potestativa l. casualis l. mixta.

§. 33.

Potestativa est, quæ sine impedimento est in potestate ejus, in quem confertur. vid. Ulpianus l. 4. §. 1. P. de hered. instit. Potestativa.

§. 34.

Casualis. Casualis est, quæ ex alieno arbitrio l. solo fortunæ eventu pendet. vid. Just. l. un. §. 7. C. de caduc. tollend.

§. 35.

Mixta. Mixta est, quæ partim ex arbitrio ejus, in quem confertur, partim ex casu dependet. vid. a. l. un. §. 7. de cad. tollend.

§. 36.

Quando adimplendæ. Potestativa, si affirmativa est scripta, post mortem testatoris impletur, casualis quandocunque & mixta vivo quoque testatore; si vero negative est adscripta, præstita cautione Mutiana, aditio hereditatis non impeditur. vid. Ulpianus l. 2. 7. 10. P. de condit. & demonstr.

§. 37.

Quibus adscribuntur. Prior omnibus heredibus adscribi potest, casualis & mixta tantum extraneis. vid. Ulpianus l. 4. P. de hered. instit. Papinianus l. 28. P. h.

§. 38.

Plures conditiones l. conjunctim l. disjunctim adscribuntur. In illo casu omnibus est parendum; in hoc cuilibet satisfieri debet. vid. §. 13. J. de hered. instit.

§. 39.

Ceterum possibilis est implenda aut institutio deficit. vid. Ulpianus l. 8. P. h. l. 213. de verb. signif.

§. 40. Im-

§. 40.

Impossibilis conditio est, quæ impleri non potest. Impossibilis.

§. 41.

Hæc conditio sive lege sive natura talis, pro non adscripta habetur. vid. Ulpianus l. 15. P. h.

§. 24.

Huc pertinent quoque illæ, quæ contra bonos mores scriptæ aut alias derisoriæ sunt. vid. Modestinus l. 27. P. h.

§. 23.

Conditiones autem perplexæ: Si Titius heres erit, Sejus heres esto; si Sejus heres erit, Titius heres esto, institutionem reddunt inutilem. vid. Marcianus l. 16. P. h.

§. 44.

Heredis institutio composita s. secunda est substitutio. Substitutio.

§. 45.

Vid. 1.) Lib. II. Tit. XV. J. de vulgari substitutione. 2.) Lib. XXVIII. Tit. VI. P. de vulg. & pupill. substit. 3.) Lib. VI. Tit. XXV. C. de institutionibus & substitutionibus. Sedes materiæ.

Hæc est, quæ heredes secundi l. tertii gradus in eventum constituit. vid. pr. J. h. Modestinus l. 1. P. h. Describitur.

§. 46.

Dividitur in fideicommissariam & civilem. Dividitur.

§. 47. Fi-

§. 47.

Fidei-commissaria. Civilis.

Fideicommissaria est, quando verbis precariis persona interponitur; civilis autem, quando secundus vel ulterior heres in locum deficientis primi surrogatur.

§. 48.

Distinguitur.

Hæc distinguitur in vulgarem & pupillarem, quasi pupillarem & militarem s. privilegiatam.

§. 49.

Vulgaris.

Vulgaris est substitutio subsidiaria, quæ a quocunque testatore fit in casum deficientis heredis primi l. quod non potuerit l. quod noluerit. vid. Valerius & Gallienus l. 9. C. h.

§. 50.

Pupillaris. Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. II. Tit. XVI. J. de pupillari substitutione.
2.) Lib. XXVIII. Tit. VI. de vulg. & pupillari substit.
3.) Lib. VI. Tit. XXVI. C. de Impuberum & aliis substitutionibus.

§. 51.

Describitur.

Pupillaris est substitutio subsidiaria, quæ fit a patre liberis impuberibus in potestate existentibus in casum, ut, si heredes facti fuerint, sed intra pubertatem decesserint, alius heres sit. vid. pr. J. h. Ulpianus l. 2. pr. P. h.

§. 52.

Pater substituit.

Substituit itaque jure Romano pater non mater; jure autem nostro etiam huic nulla ratione hæc facultas denegari potest. vid. Schilterus ad P. Exerc. 38. §. 88.

§. 53. Hæc

§. 53.

Hæc ſubſtitutio efficit: 1.) ut, caſu dato, ſubſtitutus admittatur, 2.) ut hic heredes legitimos excludat. vid. l. 8. C. de impub. & aliis ſubſtitut. Effectus.

§. 54.

Expirat hæc ſubſtitutio: 1.) pubertate filii, 2.) morte impuberis, vivo patre, 3.) morte ſubſtituti. vid. §. 8. J. h. Papinianus l. 41. §. 2. P. h. Quando expirat.

§. 55.

Quaſi pupillaris ſ. exemplaris eſt ſubſtitutio, quæ fit a parentibus liberis mente captis aut furioſis aut alio vitio, ob quod ipſi teſtari nequeunt, laborantibus, in caſum, ſi in tali conditione deceſſerint. vid. Juſtin. l. 9. C. h. confer. Beier ad J. h. Quaſi pupillaris.

§. 56.

Si vero talis defectus ceſſat, expirat quoque hæc ſubſtitutio. vid. Juſtinianus l. 9. C. h. Paulus l. 43. P. h.

§. 57.

Militaris ſ. privilegiata ſubſtitutio eſt, quæ fit a milite liberis etiam puberibus & omnibus heredibus, in caſum, ut quandocunque deceſſerint, alius heres ſit. vid. Diocletianus l. 8. C. h. Papinianus l. 15. P. h. Militaris.

§. 58.

Hæc omnes ſubſtitutiones comprehendit & excedit. vid. Struvius in Exerc. 33. th. 39.

Diſcur-

Discursus III.

De Modis, quibus Testamenta infirmantur.

Modi, quibus testamenta infirmantur.

§. 1.

Vid. 1.) Lib. II. Tit. XVII. J. quibus modis testamenta infirmantur. 2.) Lib. XXVII. Tit. III. P. de injusto, rupto, irrito facto testamento.

§. 2.

Testamentum semel conditum aut ab initio nullum est, aut rumpitur, aut irritum fit, vel ut inofficiosum rescinditur. vid. Papinianus l. 1. P. h.

§. 3.

Nullum est.

Nullum est, quod secundum jus non est conditum. vid. Licinius Rufinus l. 210. P. de R. J. confer. tamen Papinianus l. 77. §. 23. P. de Legat. 2.

§. 4.

Firmum rumpitur

Testamentum ab initio firmum rumpitur 1.) per nativitatem posthumi, 2.) per testamentum posterius rite confectum. vid. Ulpianus l. 2. 3. P. h. Hermogenianus l. 22. P. de Legat.

§. 5.

Præter hæc rumpitur quoque testamentum per inductionem, cancellationem, lacerationem & sigillorum turbationem. vid. Lib. 28. tit. 4. P. de his, quæ in testamento delentur. confer. Ulpianus l. 35. P. de R. J. Justinianus l. 27. C. de testam.

§. 6. Re-

§. 6.

Requiritur autem 1.) ut fiat ab ipso testatore l. alio ejusdem nomine, 2.) ut non ex errore, sed consulto factum sit. vid. Ulpianus l. 1. P. h. confer. Lauterbachius in Gomp. Juris h.

§. 7.

Per nudam vero revocationem jure Romano testamentum non rumpitur, nisi accedat lapsus decennii; jure autem Germanico coram septem testibus facta omnino sufficit. vid. Finckelthaus. in Obs. pract. Obs. 93.

§. 8.

Irritum fit testamentum 1.) per testatoris status mutationem post illud & capitis deminutionis admissionem. vid. §. 4. J. quibus modis testamenta infirmantur. Irritum fit.

§. 9.

Fit quoque irritum 2.) per heredis scripti defectum, ubi destitutum vocari solet. vid. Papinianus l. 1. P. h. conf. Lauterbachius in Diss. de testam. destit.

§. 10.

Testamentum denique ut inofficiosum rescinditur ex officio judicis per querelam inofficiosi testamenti. Rescinditur per querel. inoff.

§. 11. Vid.

§. 11.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. II. Tit. XVIII. J. de inoff. Testam. 2.) Lib. V. Tit. II. P. de inoffic. Testam. 3.) Lib. III. Tit. XXVIII. C. de inoffic. Testam.

§. 12.

Hæc locum habet, quando exheredatio quidem rite, sed inique est facta. vid. Nov. 115. c. 3.

§. 13.

Describitur.

Estque imploratio officii judicis, qua contra officium pietatis & sine causa exheredatus petit testamenti rescissionem & heredis ab intestato declarationem. vid. Justin. l. 24. C. h.

§. 14.

Quando locum habet.

Inprimis autem duo sunt casus, ubi huic querelæ datur locus: 1.) quando causa exheredationis probari nequit, vid. Thomas. ad Strauchium Diss. 9. th. 39. 2.) quando frater in præteritione fratris turpem personam l. levis notæ macula laborantem instituit. vid. a. l. 11. C. h.

§. 15.

Quibus datur.

Datur itaque hæc liberis & parentibus omnibus, nec non fratribus, prædicto in casu, quibus debetur legitima. vid. Ulpianus l. 15. Marcellus l. 4. P. h. Papinianus l. 7. pr. P. unde liberi l. 15. P. h. Constantinus l. 27. Justinianus l. 30. C. h.

§. 16. Hæc

§. 16.

Hæc est certa hereditatis portio liberis, parentibus, quandoque fratribus, jubente legis præscripto, necessario relinquenda. Legitima describitur.

§. 17.

Necessitas & quantitas hujus a legibus civilibus determinatur. Necessitas.

§. 18.

Olim portionis hujus quantitas, erat quarta pars totius hereditatis. vid. Ulpianus l. 8. §. 6. P. h. Justinianus l. 31. C. h. Quantitas.

§. 19.

Verum, hæc a Justiniano est aucta, hunc in modum, ut, si quatuor l. pauciores sint liberi, triens; sin plures extent, dimidia hereditatis pars sit dividenda inter eos, quibus legitima debetur. vid. Nov. 18. c. 1. Aucta est.

§. 20.

Hanc auctionem ad parentum & fratrum concurrentium legitimam communi sententia Doctores extendere volunt. vid. Franskius, P. h.

§. 21.

In hac computatione etiam liberi exheredati connumerentur. vid. Ulpianus & Papipianus l. 8. §. 8. P. h. conf. autem Paulus l. 17. P. h.

§. 22.

Ceterum etiam ii partem constituere & in computationem venire solent, qui hereditatem repudiarunt. vid. Struvius in Jpr. Rom. Germ. h. §. 7.

§. 23.

Quod vero quantitatem attinet, spectatur in ea ad statum bonorum tempore mortis existentium. vid. a. l. 6. C. h.

Discursus IV.

De Testamentorum Executione.

Testamentorum executio.

§. 1.

Circa hanc notari possunt: 1.) testamenti apertura, 2.) heredes, 3.) hereditatis aditio, 4.) ejusdem repudiatio, 5.) transmissio.

§. 2.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. II. Tit. XIX. J. de heredum qualitate & differentia. 2.) Lib. XXIX. Tit III. P. quemadmodum testamenta aperiantur. 3.) Lib. VI. Tit. XXXII. C. quemadmodum testamenta aperiantur.

§. 3.

Apertura testamenti. Describitur.

Apertura l. publicatio testamenti est actus, quo tabulæ, in quibus ultima voluntas continetur, ad inspiciendum & cognitionis gratia, resignantur. vid. Prætor apud Gajum l. 1. P. h. Ulpianus l. 2. P. h.

§. 4. Est-

§. 4.

Estque duplex l. simplex l. solennis. Illa fit sine omni solennitate; hæc autem fit coram judice competente, convocatis omnibus, quorum interest, nec non testibus, ut subscriptiones & sigilla agnoscant. vid. Ulpianus l. 4. Gajus l. 7. P. h. Distinguitur Simplex solennis.

§. 5.

Hodie quidem testamenti solennis apertura non est opus, aliquando tamen non erit inutile testes ad recognoscendum citari. vid. Brucknerus in Diss. de apertura testamentorum. §. 10. Thomasius in U. M. P. h.

§. 6.

Simplex autem testamenti apertura est necessaria, fitque a judice, citatis iis, quorum interest, ut testatoris voluntas innotescat. vid. Beier ad P. h.

§. 7.

Publica testamenta quod attinet, solenniter illa præleguntur, citatis iis, quorum interest, ad testamentum inspiciendum & transsumtum accipiendum. vid. Schilterus ad P. Exerc. 38. §. 166. Publica testamenta præleguntur.

§. 8.

Exinde constabit, quinam sint heredes. Horum alii sunt necessarii, alii voluntarii. Illi sunt l. absolute necessarii l. sui. vid. pr. J. h. conf. Heredes.

1.) Lib. 29. tit. 2. P. 2.) Lib. 6. tit. 30. 31. C.

§. 9.

Necessarii. Heredes necessarii absolute tales olim erant servi instituti, qui post mortem testatoris liberi fiebant & heredes esse cogebantur. vid. Justinianus §. 1. J. h.

§. 10.

Hodie vero tales heredes non dantur. vid. Stryckius in U. M. P. h. §. 2.

§. 11.

Sui. Heredes sui sunt, qui in potestate morientis testatoris existunt & ex hac ratione olim quoque necessario heredes fiebant. vid. §. 2. J. h.

§. 12.

Ast hæc necessitas hodie pariter cessat. vid. Gajus l. 57. P. h. Thomas. in U. H. J. h.

§. 13.

Extranei. Extranei s. voluntarii sunt, qui tempore mortis testatoris nec in ejusdem dominica, nec patria potestate constituti fuerunt. vid. §. 3. J. h.

§. 14.

Hereditatis adiesio. Heredes autem regulariter hereditatem adeant, id quod hodie qualicunque declaratione voluntatis fieri potest. vid. Stryckius in U. M. P. h. §. 5 — 8.

§. 15. Qui

§. 15.

Qui vero hereditatem adquirit, omne defuncti jus consequitur. vid. Pomponius l. 37. P. h. Ulpianus l. 178. §. 1. P. de V. S.

§. 16.

Hæc aditio fieri potest non tantum verbis & expressa declaratione, sed etiam factis & pro herede gestione. vid. Ulpianus l. 20. P. h.

§. 17.

Repudiatio, quæ huic opponi solet, est declaratio, qua quis l. verbis l. factis animum non habendi hereditatem demonstrat. vid. Paulus l. 95. P. h. Repudiatio.

§. 18.

Hoc omnes facere possunt, qui rebus suis præesse valent & facultate alienandi non destituuntur. vid. Paulus l. 18. P. h. Diocletianus l. 5. C. h.

§. 19.

Ceterum, si nemo aditionem hereditatis urget, potest ea l. suscipi l. omitti, si modo præscriptio juri huic non obstet. vid. Struvius Exerc. 33. th. 52. item Exerc. 34. th. 29.

§. 20.

Hæc autem procedit triginta annorum lapsu, jure communi. vid. Diocletianus l. 7. C. de petitione hereditatis. Stryckius de actionibus forensibus Sect. III. Membr. 2.

§. 21.

Beneficium deliberandi.

Ne vero quis l. adeundo l. repudiando damno se immiscat, antea deliberare & inventarium conficere potest. Illud dicitur beneficium deliberandi; hoc beneficium inventarii.

§. 22.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. XXVIII. Tit. VIII. P. de Jure deliberandi.
2.) Lib. VI. Tit. XXX. C. de Jure deliberandi.

Beneficium deliberandi est, quod heredi conceditur, ut intra certum tempus in vires hæreditatis inquirat, & deliberet, utrum eam adquirere, an aliis relinquere velit. vid. Ulpianus l. 1. §. 1. P. h. conf. l. 2. & 5. eod.

§. 23.

Beneficium inventarii.

Beneficium autem inventarii est, quod heredi conceditur, ut omnium rerum hereditariarum legitima consignatio conficiatur. vid. §. 5. J. h. l. 22. §. 4. C. h. (1.)

§. 24.

In praxi hodierna beneficium deliberandi peti vix solet. vid. Stryckius in U. M. P. h. §. 2. Schilterus in Exerc. 38. §. 150.

§. 25.

Transmissio hereditatis.

Ceterum hereditas quoque transmittitur. Vid.

(1.) Conficientes Inventarium hereditatem sine periculo habent, & in tantum hereditariis creditoribus tenentur, in quantum substantia ad eos devoluta valet. l. 22. §. 4. C. h.

Vid. Lib. VI. Tit. LII. C. de His, qui ante apertas tabulas hereditatem transmittunt.

§. 26.

Transmissio autem est hereditatis ad demortui heredis heredem prorogatio.

§. 27.

Hæc triplex est, alia enim est ex jure suitatis, alia ex potentia sanguinis, alia ex jure deliberandi.

§. 28.

Interdum vero hereditas adita aufertur. Ablatio hereditatis. Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. XXIX. Tit. V. P. de Senatusconsulto Silaniano & Claudiano, quorum testamenta ne aperiantur. Tit. VI. Si quis aliquem testari prohibuerit l. coegerit. 2.) Lib. VI. Tit. XXXIV. C. Si quis aliquem testari prohibuerit l. coegerit. Tit. XXXV. de his quibus ut indignis hereditates auferuntur ad SCtum Silanianum.

§. 29.

In SCto Silaniano & Claudiano cautio dabatur de publica quæstione in familia necatorum habenda, quæ hodie locum non invenit. conf. autem Stryckius in U. M. P. h. Beier ad P. h.

§. 30.

Multo magis hereditate privantur illi, 1.) qui prohibent vel facere aliquem testamentum l. illud mutare, 2.) qui dolo malo impediunt, ne testes veniant. conf. Thomasius in U. H. P. h.

§. 31.

Hereditatis petitio.

Quod reliquum, contra recusantem hereditatem instituitur petitio hereditatis.

§. 32.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. V. Tit. III. P. de hereditatis petitione. 2.) Lib. III. Tit. XXXI. C. de petitione hereditatis.

§. 33.

Describitur.

Hæc est actio universalis & particularis, realis & personalis, competens heredi cuicunque adversus eum, qui rem hereditariam pro herede l. possessore possidet, ut illi res hereditariæ restituantur & præstationes personales præstentur. vid. Paulus l. 9. Gajus l. 10. Ulpianus l. 25. §. 18. P. h.

§. 34.

Datur hæc actio non tantum, si tota hereditas petatur, sed etiam si quis partem ejusdem petat. vid. tamen lib. V. tit. IV. P. si pars hereditatis petatur.

§. 35.

Dividitur. Civilis. Prætoria.

Petitio hereditatis est l. civilis l. prætoria. Illa competit ex jure hereditario civili; hæc autem ex eo, quando alicui a Prætore bonorum possessio data est. vid. Lib. V. tit. V. P. de possessoria hereditatis petitione.

§. 36.

Hereditatis petitio civilis est l. ex jure hereditario directo l. ex obliquo, quæ fideicommissa-

missaria dicitur. vid. Lib. V. tit. VI. P. de fidei-commissaria hereditatis petitione.

§. 37.

Ex successione conventionali hic addi potest hereditatis petitio pactitia, vid. Kressius in specimine jurisprudentiæ Lib. II. tit. 24. 25. conf. Stryckius in U. M. P. h. Conventionalis.

Discursus V.

De Legatis.

Legatum

§. 1.

Hactenus de testamentis ipsis, sequuntur eorundem accessoria, hæc autem sunt: 1.) Legatum, 2.) Fideicommissum & 3.) Codicilli.

§. 2.

Est itaque primum accessorium Legatum. Vid. 1.) Lib. II Tit. XX. J. de Legatis. 2.) Lib. XXX. XXXI. XXXII. Tit. I. P. de Legatis & fideicommissis. 3.) Lib. VI. Tit. XXXVII. C. de Legatis. Tit. XLII. de Fideicommissis. Tit. XLIII. Communia de Legatis & fideicommissis. Sedes materiæ.

§. 3.

Legatum est donatio quædam a defuncto relicta, ab herede præstanda. vid. §. 1. J. h. Florentinus l. 116. pr. P. h. Legati descriptio.

§. 4.

Hoc autem fideicommisso particulari per omnia quoad effectus est exæquatum. vid. §. 3. J. h. Justinianus l. 2. C. com. de Legat. Ulpianus l. 1. P. h. 1.

§. 5.

Modi legandi antiqui.

Jure veteri quatuor erant genera legandi: 1.) per vindicationem, 2.) per damnationem. 3.) sinendi modo & 4.) per præceptionem. vid. §. 2. J. h.

§. 6.

Verum, Jure novo hæc verborum solennitas est sublata. vid. Justinianus §. 2. J. h. Idem l. 1. C. com. de Legat. Constantinus l. 21. C. de Legat.

§. 7.

Hodie omnis res redit: 1.) ad facultatem legandi, illudque capiendi, 2.) Legati præstationem non impossibilem.

§. 8.

Personæ.

Illi autem legatum relinquere possunt, qui jus habent testandi. vid. Ulpianus l. 2. P. h. conf. supra Sect. II. Membr. II. Art. II. Inspect. I. Discurs. I.

§. 9.

Qui heredes institui possunt, iis quoque legatum relinqui potest. vid. §. 24. J. h. conf. supra l. c. Discurs. II.

§. 10.

Res generatim.

Omnes res legari possunt s. corporales s. incorporales, eæque l. mobiles l. immobiles fuerint, si modo sint in commercio. vid. §. 21. J. h. Celsus l. 79. §. 1. P. h. 3. §. 4. J. h.

§. 11. Le-

§. 11.

Legantur res futuræ l. alienæ, si testator eas alienas esse sciverit. Exinde heres obstringitur aut easdem redimere, aut justam earum præstare æstimationem. vid. §. 4. J. h. Pomponius l. 24. p. P. h. 1. Gajus l. 14. §. 2. P. h. 3.

§. 12.

Possunt quoque legari res litigiosæ. vid. Justinianus Nov. 112. c. 1.

§. 13.

Minime autem legantur res ad Legatarium jam spectantes. vid. §. 10. J. h.

§. 14.

Quoad res autem incorporales in specie variæ legari solent, ex quibus species quædam ad ductum Pandectarum veniunt recensendæ. Incorporalium species.

§. 15.

Potest nimirum legari: 1.) Liberatio. vid. Lib. XXXIV. Tit. III. P. de liberatione legata. Liberatio

§. 16.

Debiti liberatio debitoribus recte legatur. vid. Ulpianus l. 1. P. h.

§. 17.

Legatur autem hæc l. simpliciter l. ad certum tempus l. ad dies vitæ & quidem l. tacite l. expresse.

§. 18.

§. 18.

Optio. 2.) Optio l. electio. vid. Lib. XXXIII. Tit. V. P. de optione & electione legata.

§. 19.

Si optio l. electio est legata, optimum rei, quæ generatim nominata fuit, legatarius eligere potest. vid. Ulpianus l. 9. §. 1. P. h.

§. 20.

Si vero res tantum in genere est relicta, nec optimum, nec pessimum, sed mediocre ejus generis debetur. vid. Ulpianus l. 37. pr. P. h.

§. 21.

3.) Usus, ususfructus, reditus, habitatio & operæ hominis. vid. Lib. XXXIII. Tit. II. de usu & usufructu & reditu & habitatione & operis per legatum l. fideicommissum datis.

§. 22.

Usus. Legatum usus & ususfructus est earum rerum, quæ tale quid patiuntur. vid. Sabinus apud Paulum l. 1. P. h.

§. 23.

Reditus. Reditus legatum est, cujus possessio legatario non debetur, sed manet apud testatorem. vid. Scævola l. 38. P. h.

§. 24.

Habitatio. Habitationis legatum in singulos annos ab initio debetur. vid. Julianus l. 11. P. h.

§. 25. Si

§. 25.

Si vero operæ hominis f. fervi f. liberi legentur, legatarius has locare poteft. vid. Papinianus l. 2. Paulus l. 3. P. h.

§. 26.

4.). Servitus prædiales. vid. Lib. XXXIII. Tit. III. P. de fervitute legata. Servitutes prædiales.

§. 27.

Servitutibus prædialibus legatis ftatim a morte teftatoris actio confefforia competit. vid. Papinianus l. 6. P. h.

§. 28.

Quod res corporales attinet, poffunt quoquæ variæ relinqui & quidem ex ordine Pandectarum 1.) triticum, vinum & oleum. vid. Lib. XXXIII. Tit. 6. P. de tritico, vino & oleo legato. Species corporalium.

§. 29.

Per triticum legatum omne frumentum intelligitur, & fi quis vinum omne legaverit, continetur quoque quod ex vinea natum vinum permanfit. vid. Marcellus l. 94. P. de V. O. Ulpianus l. 9. P. h. Triticum

§. 30.

Vinum vetus legatum æftimatur ex ufu teftatoris. vid. Hermogenianus l. 10. Ulpianus l. 11. P. h. Vinum.

§. 31. In

§. 31.

In his singulis mos ac idioma regionis maxime inspiciuntur. vid. Schilterus Exerc. 39. §. 85. Thomasius in U.H.P.h.

§. 32.

Fundus. 2.) Fundus. vid. Lib. XXXIII. Tit. VII. P. de instructo l. instrumento legato.

§. 33.

Fundus legatur l. solus l. instructus l. cum instrumento.

§. 34.

Ad fundum solum ea tantum pertinent, quæ inædificatione infixa sunt. vid. Pomponius l. 21. P. h.

§. 35.

Instructus omnia secum trahit, quæ in fundo l. prædio paterfamilias habuit, ut esset instructior. vid. Ulpianus l. 12. §. 27. seqq. P. h.

§. 36.

Instrumentum est apparatus rerum diutius mansurarum, sine quibus exerceri nequit possessio. vid. d. l. 12. P. h.

§. 37.

Hodie germanice dicimus: Ich vermache ihm das Gut l. cum inventario s. mit der Hofwähre l. mit völliger Einrichtung l. mit aller Zugehör/ wie es gehet und stehet. vid. omnino Schilterus Exerc. 39. §. 86.

§. 38.

§. 38.

3.) Peculium. vid. Lib. XXXIII. Tit. VIII. P. de peculio legato. Hoc legatum hodie extra usum est. vid. Struvius Exerc. 35. th. 62. Peculium.

§. 39.

4.) Penus. vid. Lib. XXXIII. Tit. IX. P. de penu legata. Penus.

§. 40.

Penus legata comprehendit omnia, quæ esui & potui inserviunt. vid. Ulpianus l. 3. conf. 5. 6. P. h.

§. 41.

5.) Supellex. vid. Lib. XXXIII. Tit. X. P. de Supellectile legata. Supellex.

§. 42.

Suppellectile legata continentur res, quæ ad usum patrisfamilias communem sunt paratæ. Germanice dicitur der Haußrath. vid. Alfenus l. 6. P. h. conf. Schilterus Exerc. 29. §. 94.

§. 43.

6.) Annuum & menstruum. vid. Lib. XXXIII. Tit. I. P. de annuis & menstruis Legatis. Legatum annuum.

§. 44.

Legatum annuum est, quod singulis annis ab herede præstandum; menstruum autem, quod singulis mensibus præstari debet. v. gr. pensio annua l. menstrua. vid. Modestinus l. 5. P. h.

§. 45. Fi-

§. 45.

Finitur hoc 1.) morte legatarii. vid. Modestinus l. 5. Gajus l. 8. P. h. 2.) præscriptione 30. annorum. vid. Justinianus l. 7. §. 6. C. de præscript. 30. annor.

§. 46.

Dos. 7.) Dos. vid. Lib. XXXIII. Tit. IV. P. de dote prælegata.

§. 47.

Dos l. legatur l. præ- s. relegatur.

§. 48.

Dos præ- s. relegata dicitur, quando a marito uxori dos per legatum relinquitur. vid. Ulpianus l. 1. P. h.

§. 49.

Legatum vero dotis est, quod personæ innuptæ in casum futurarum nuptiarum relinquitur. vid. Papinianus l. 71. §. 3. P. h.

§. 50.

Alimenta. 8.) Alimenta. vid. Lib. XXXIV. Tit. I. P. de alimentis l. cibariis legatis.

§. 51.

Alimenta omnia comprehendunt, quæ ad vitam sustentandam necessaria æstimantur. vid. Javolenus l. 6. P. h.

§. 52.

Aurum & argentum. 9.) Aurum, argentum, mundus &c. vid. Lib. XXXIV. Tit. II. P. de auro, argento, mundo, ornamentis, unguentis, veste l. vestimentis & statuis legatis.

§. 53. Per

§. 53.

Per aurum & argentum legatum intelligitur omne aurum & argentum, quod in hereditate relinquitur, excepta pecunia ſignata. vid. Ulpianus l. 19. P. h.

§. 54.

Mundus continet omne, quo mulier mundior fit. Germanice: Was zur Sauberung und Reinlichkeit des Leibs gehörig iſt. vid. Ulpianus l. 25. §. 10. P. h. **Mundus.**

§. 55.

Ornamenta comprehendunt, quæ corporis ornandi cauſa comparantur. Germanice: Schmuck/ Kleinodien/ Jubelen. **Ornamenta.**

§. 56.

Unguenta ſunt, quæ ad unguendum corpus ſpectant. vid. d. l. **Unguenta.**

§. 57.

Veſtimenta dicuntur omnia, quæ corpus tegunt. vid. Paulus l. 26. P. h.

§. 58.

Statuæ & imagines quoque legabantur l. civitatibus l. ſingularibus perſonis. vid. Marcellus l. 6. Pomponius l. 1. pr. P. h. **Statuæ.**

§. 59.

Circa has terminationes romanas hodie reſpici debet non tantum ad genium linguæ germanicæ, ſed etiam ad mores ſingulorum locorum. vid. Schilterus Exerc. 39. §. 98.

§. 60.

Legatum pœnæ.

10.) Notandum est quoque Legatum pœnæ. vid. 1.) Lib. XXXIV. Tit. VI. P. de his, quæ pœnæ causa relinquuntur. 2.) Lib. VI. Tit. XLI. C. de his, quæ pænæ nomine.

§. 61.

Hoc est, quod coercendi heredis causa relinquitur, quo ille obstringitur ad aliquid faciendum l. non faciendum. vid. Justinianus l. un. C. h.

§. 62.

Modus legandi.

Legatum relinqui potest l. in testamento l. codicillis l. in modum fideicommissorum.

§. 63.

Fiunt autem omnia Legata l. pure l. non pure.

§. 64.

Legata pura.

Legata pura sunt, quæ statim a morte testatoris legatario cedunt. vid. Papinianus l. 80. P. de Legatis 2.

§. 65.

Non pura.

Non pura autem sunt, quibus aut conditio aut dies, aut demonstratio aut causa & modus adjicitur.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. XXXV. Tit. I. P. de conditionibus & demonstrationibus & causis & modis eorum, quæ in testamento scribuntur. 2.) Lib. VI. Tit. XLVI. C. de conditionibus insertis. Tit. XLIV. de falsa causa adjecta. Tit. XLV. de his, quæ sub modo relinquuntur. Tit. XL. de indicta viduitate & L. Julia miscella tollenda.

§. 66. De

§. 66.

De conditione supra est dictum. vid. Disc. II. §. 29. seqq. Conditio

§. 67.

Demonstratio dicitur descriptio personæ & rei a certis circumstantiis desumta. vid. Florentinus l. 34. P. h. Demonstratio.

§. 68.

Causa est ratio impulsiva, propter quam legatum l. fideicommissum est relictum. Causa.

§. 69.

Si falsa adjiciatur legatum non vitiat. vid. Papinianus l. 72. §. 6. P. h.

§. 70.

Modus est, quo causa futura indicatur, propter quam legatum ita relinquitur, ut legatarius l. aliquid faciat l. aliquid omittat. vid. Gajus l. 17. §. 4. P. h. Modus.

§. 71.

Relinquitur legatum l. uni l. pluribus & quidem l. separatim l. conjunctim. vid. Papinianus l. 11. P. de usufructu adcresc. Paulus l. 142. P. de V. S. conf. Struvius in Jpr. forens. Lib. II. tit. 23. §. 17. Quibus.

§. 72.

Legatum autem valide factum ab herede est præstandum. Actiones.

§. 73.

Ad quod persequendum legatario tres dantur actiones: 1.) actio ex testamento, 2.) rei vindicatio, 3.) actio hypothecaria.

§. 74.

Legatorum ademtio. Nonnunquam legata l. adimuntur l. transferuntur.

§. 75.

A testatore. Ademtio fit l. a testatore l. a lege.

§. 76.

A testatore fit l. ipso jure l. ope exceptionis.

Sedes materiæ. Vid. 1.) Lib. II. Tit. XXI. J. de ademtione Legatorum. 2.) Lib. XXXIV. Tit. IV. P. de adimendis l. transferendis Legatis l. fideicommissis.

§. 77.

Ipso Jure. Ipso jure Legata a testatore adimuntur l. verbis l. factis.

§. 78.

Quæ fit verbis. Verbis, quibus nuda revocatio declaratur. vid. Ulpianus l. 3. §. 11. P. h. (1.)

§. 79.

Factis. Factis legata adimuntur: 1.) quando legans rem legatam alienat & quidem extra necessitatis casum. vid. §. 12. J. de Legat. Ulpianus l. 11. §. 12. P. de Legat. 3. Paulus l. 15. P. h. Pomponius l. 8. de Legat. 1.

§. 80. Adi-

(1.) Non solum legata, sed & fideicommissa adimi possunt & quidem nuda voluntate, l. 3. §. 11. P. h.

§. 80.

Adimuntur etiam legata, 2.) quando alteri donatio eſt facta. vid. Modeſtinus l. 18. P. h. & 3.) quando legatum reſcinditur. vid. Paulus l. 16. P. h.

§. 81.

Ope exceptionis legata adimuntur: 1.) quando inimicitiæ graviſſimæ & capitales, non reconciliatæ, intervenerunt. vid. Ulpianus l. 3. §. 11. l. 4. P. h. 2.) quando forma rei legatæ eſt mutata. vid. Gajus l. 65. §. 2. P. de Legat. 1. Exceptionis ope.

§. 82.

De ſupervenientia autem liberorum quidam tantum hoc adfirmant. vid. a. l. 8. C. de revocand. donat.

§. 83.

A lege legata quoque adimuntur vel tota l. ex parte. A lege.

§. 84.

Legata tota adimuntur, quando pro non ſcriptis habentur. Tota. Pro non ſcriptis habita.

Vid. 1.) Lib. XXXIV. Tit. VIII. P. de his, quæ pro non ſcriptis habentur. 2.) Lib. VI. Tit. LI. C. de caducis tollendis. Lib. IX. Tit. XXIII. de his, qui ſibi adſcribunt in teſtamento.

§. 85.

Legata, quæ pro non ſcriptis habentur, ſunt ea, quæ apud heredem aliumve onera-

tum manent, ita ac si relicta non essent. vid. Alfenus Varus l. 2. P. h.

§. 86.

Sicque Legatum ei relictum, qui in rebus humanis non existit, pro non scripto habetur. vid. Ulpianus l. 4. P. h.

§. 87.

Præter hoc etiam pro non scripto habetur, quod Legatarius sibi ipsi adscripsit in testamento. vid. Julianus l. 1. Paulus l. 5. P. h.

§. 88.

Excipitur tamen, si testator in subscriptione testatus sit, se volente legatarium hoc fecisse.

§. 89.

Quæ ut indignis auferuntur. Sedes materiæ.

Præterea adimuntur etiam legata tota, quando ut indignis auferuntur.

Vid. 1. Lib. XXXIV. Tit. IX. P. de his, quibus ut indignis auferuntur. 2.) Lib. VI Tit. XXXV. C. de his, quibus ut indignis hereditates auferuntur ad SCtum Silanianum.

§. 90.

Legata, quæ ut indignis auferuntur, pertinent ad fiscum, vid. Callistratus l. 1. pr. P. de jur. Fisc.

§. 91.

Qui indigni.

Indigni autem sunt, qui ab initio quidem habiles, postea tamen ob maleficium legato privantur.

§. 92. Po-

§. 92.

Poteſt autem tale maleficium committi 1. erga teſtatorem. vid. Marcianus l. 2. & 3. Ulpianus l. 9. §. 1. P. h. l. contra Rempublicam. vid. Juſtinianus Nov. 134. c. 13. Papinianus l. 13. P. h. l. adverſus teſtamentum. vid. Paulus l. 5. 19. P. h.

§. 93.

Adimuntur etiam legata ex parte per L. Falcidiam. Ex parte per L. Falcidiam.

Vid. 1.) Lib. II. Tit. XXII. J. de L. Falcidia. 2.) Lib. XXXV. Tit. II P. ad L. Falcidiam. 3.) Lib. VI. Tit. L. C. ad L. Falcidiam. Sedes materiæ.

§. 94.

Ante hanc Legem erat lex Furia & lex Voconia.

§. 95.

Lex Falcidia determinat legatorum quantitatem. vid. pr. J. h. Paulus l. 1. pr. P. h. Deſcribitur.

§. 96.

Eſt autem portio, quam heres ultra dotrantem oneratus tam retentionis quam vindicationis jure detrahit, ut quartam partem habeat integram. vid. l. c.

§. 97.

Detrahuntur autem antea detrahenda. vid. Marcianus l. 91. P. h. conf. Struvius Exerc. 36. th. 4.

§. 98.

Debet itaque respici ad quantitatem patrimonii, quæ tempore mortis testantis fuit. vid. Gajus l. 73. pr. Paulus l. 63. P. h.

§. 99.

Quando cessat.

Cessat autem 1.) ratione testatoris in testamento militis. vid. Hermogenianus l. 40. P. h. Alexander l. 7. C. h. nec non si quartæ detractionem prohibuerit. vid. Justinianus Authent. sed cum testator. C. h. 2.) ratione heredis, quando non est confectum inventarium. vid. Nov. 1. c. 2. §. 2. 3.) ratione rei legatæ in legatis ad pias causas factis. vid. Nov. 131. c. 12. conf. tamen Struvius in Jpr. forens. Lib. II. Tit. 25. §. 4.

§. 100.

Usus.

Ceterum quoad usum non quidem ubivis, regulariter tamen in foris Germaniæ hæc adhibetur. vid. Schilterus in Exerc. 39. §. 38.

§. 101.

Cautio circa hanc.

Ubi itaque hoc beneficium locum habet, heres a legatario cautionem de eo, quod quartæ deesse adparebit, restituendo, exigere potest. vid. Lib. XXXV. Tit. III. P. si cui plus quam per L. Falcidiam licuerit legatum esse dicatur. inprimis vid. Ulpianus l. 1. §. 11. P. h.

§. 102.

Hæc cautio tamen aliquando remittitur. vid. Ulpianus l. 3. §. 5. §. 4. Callistratus l. 6. Paulus l. 7. P. h.

§. 103. Le-

§. 103.

Legata non tantum adimuntur, sed etiam transferuntur. Legatorum translatio.

§. 104.

Translatio fit, quando legatum ab uno legatario ad alium, facta mentione prioris, transfertur. vid. §. 1. J. h. Valens l. 89. P. de condit. & demonst.

§. 105.

Hoc quatuor diversis modis contingere potest: 1.) a persona in personam, 2.) ab eo, qui dari jussus est, ad alium. 3.) si res pro re datur. 4.) si legatum pure datum, sub conditione transfertur. vid. Paulus l. 6. P. h. Quando fit.

§. 106.

Requiruntur autem hic quinque testes. vid. Beier ad J. h. Testes.

§. 107.

Præter hæc, legata quoque perimuntur: 1.) morte legatarii ante mortem testantis, 2.) interitu rei legatæ. vid. Julianus l. 8. P. h. Gajus l. 65. §. 2. P. de Legat. 1.

Discursus VI.

Fidei-commissa.

De Fideicommissis.

§. 1.

Alterum testamenti accessorium est fideicommissum.

§. 2.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. II. Tit. XXIII. J. de fideicommissariis hereditatibus & ad SCtum Trebellianum. 2.) Lib. XXXVI. Tit. I. P. ad SCtum Trebellianum. 3.) Lib. VI. Tit. XLIX. C. ad SCtum Trebellianum.

§. 3.

Fidei-commissio descriptio.

Fideicommissum est species ultimæ voluntatis, qua per personam interpositam alteri aliquid restituendum relinquitur.

§. 4.

Divisio.

Est l. universale l. particulare.

§. 5.

Universale & Particulare.

Universale est, quando tota hereditas l. ejus pars restituenda relinquitur; particulare autem est, quando res singularis alteri restituenda rogatur. vid. §. 2. J. h.

§. 6.

Particulare, quia legatis est exequatum, amplius huc non pertinet.

§. 7.

Personæ.

Circa utrumque tres concurrunt personæ: 1.) fideicommittens, qui relinquit, 2.) fidei-

deicommissarius, cui restituitur, 3.) fiduciarius, qui restituere rogatur seu in quo fiducia ponitur.

§. 8.

Fideicommissum autem relinquere possunt, qui jus habent testandi. vid. Ulpianus l. 2. de Legat. 1.

§. 9.

Relinquitur l. certis personis l. cognatis proximioribus l. in genere familiæ. vid. Papinianus l. 77. §. 28. Idem l. 78. §. 3. de Legat. 2. Germanice dicuntur: Stamm-Gütter.

§. 10.

Fideicommissio fit l. in testamentis l. in codicillis. vid. §. 2. 10. J. h. Modus.

§. 11.

Fideicommissum delatum l. agnosci l. repudiari potest.

§. 12.

Si agnoscatur a fiduciario est præstandum.

§. 13.

Si vero heres fiduciarius ultra dotrantem gravatus, tantum detrahere potest, ut ipsi quarta pars hereditatis sit integra, quæ vocatur Trebellianica l. Pegasiana. Trebelliana.

§. 14.

Hæc detrahitur l. retentione l. condictione. vid. §. 7. J. h. Detrahitur.

§. 15. In

§. 15.

In hanc omnia computantur, quæ fiduciarius gravatus l. in substantia l. ex fructibus hereditatis percepit. vid. Ulpianus l. 18. §. 1. l. 22. §. 2. P. h.

§. 16.

Cessat. Cessat autem hæc iisdem casibus, quibus Falcidia. vid. itaque supra Discursus V. §. 96.

§. 17.

Ceterum fideicommissum familiæ relictum regulariter alienari non potest. vid. Papinianus l. 69. §. 3. P. de Legat. 2.

Discursus VII.

Codicilli.

De Codicillis.

§. 1.

Tertium & ultimum testamenti accessorium sunt Codicilli.

§. 2.

Sedes materiæ. Vid. 1.) Lib. II. Tit. XXV. J. de Codicillis. 2.) Lib. XXIX. Tit. VII. P. de Codicillis. 3.) Lib. VI. Tit. XXXVI. C. de Codicillis.

§. 3.

Describuntur. Codicilli sunt ultima voluntas minus solennis ad heredem, qua quis coram quinque testibus declarat, quod post mortem suam fieri velit.

§. 4. Con-

§. 4.

Conveniunt itaque cum teſtamentis: 1.) ratione finis generalis, 2.) ratione autoris. vid. Marcianus l. 6. §. 3. P. h. Convenientia cum teſtam.

§. 5.

Diſcrepant autem ab iisdem: 1.) ratione ſolennium, 2.) ratione finis ſpecialis. vid. §. 2. ult. J. h. Papinianus l. 10. P. h. Diſcrepantia.

§. 6.

Hi fiunt l. teſtato l. ab inteſtato. vid. Paulus l. 16. Juſtinianus l. 3. §. 2. P. h. Modus.

§. 7.

Poſſunt eſſe l. ſcripti l. non ſcripti ſ. nuncupativi. vid. Marcianus l. 6. §. 1. P. h. Diſtinctio.

§. 8.

Codicillis affinis eſt clauſula codicillaris, qua quis deſiderat, ut, ſi teſtamentum ſuum non poſſit valere, ut teſtamentum, valeat tamen jure codicillorum l. quacunque alia ratione poterit. vid. Paulus l. 29. §. 1. qui teſtam. fac. poſſunt. conf. Scævola l. penult. §. ult. P. de Legat. 2. Clauſula codicillaris.

Diſcur-

Discursus VIII.

De Hereditate legitima.

Hereditas legitima.

§. 1.

Hereditas defertur l. ex testamento l. ab intestato a lege. Unde erat hereditas l. testamentaria l. legitima.

§. 2.

De illa hactenus est dictum, sequitur legitima.

§. 3.

Describitur.

Hæc est successio, quæ a lege, deficiente dispositione defuncti, certis personis defertur. vid. Lauterb. in Colleg. Theoretico-practico & quidem Tit. ad SCtum Orphitianum.

§. 4.

Dividitur.

Alia est juris veteris, alia juris novi.

§. 5.

Juris veteris.

Illa est successio, quæ de jure antiquo ab intestato defertur & continetur in Lib. juris sequentibus.

§. 6.

Sedes hujus materiæ.

Vid. 1.) Lib. III Tit. I. J. de Hereditatibus, quæ ab intestato deferuntur. Tit. II de legitima agnatorum successione. 2.) Lib. XXXVIII. Tit XVI. P. de suis & legitimis heredibus. 3.) Lib. VI. Tit. LV. de suis & legitimis liberis & ex filia nepotibus ab intestato venientibus. Tit. LVIII. de legitimis heredibus.

§. 7. Vid.

§. 7.

Vid. porro 1.) Lib. III. Tit. III. J. de SCto Tertulliano. Tit. IV. de SCto Orphitiano. 2.) Lib. XXXVIII. Tit. XVII. P. ad SCtum Tertullianum & Orphitianum. 3.) Lib. VI. Tit. LVI. C. ad SCtum Tertullianum. Tit. LVII. ad SCtum Orphitianum. Tit. LIX. Communia de successionibus.

§. 8.

Vid. denique Lib. III. Tit. V. J. de successione Cognatorum Tit. VI. de gradibus cognationum. Tit. VII. de servili cognatione. Tit. VIII. de successione Libertorum. Tit. IV. de adsignatione Libertorum.

§. 9.

Verum, quia hisce juribus fora nostra nunquam sunt usa, neque iisdem indigemus, ideo tanquam obsoleta relinquemus.

§. 10.

Successio autem juris novi est, quæ jure hodierno ab intestato deferri solet, & præcipue fundatur in Nov. 118. c. 1. 2. 3. Juris novi.

§. 11.

Si itaque rem inspicicias, est jus in dominio & possessione succedendi ei, qui sine testamento defunctus est.

§. 12.

Hoc jure naturæ stricto nemini quidem competit, non tamen eidem repugnat. vid. Deli-

Delineatio nostr. Philosoph. Eclect. Modern. Part. III. Tract. I.

§. 13.

Unde innotuerunt quoque certi succedentium gradus. vid. Gajus l. 1. P. h. Paulus l. 10. P. de grad. & affin.

§. 14.

Hanc succedendi rationem secuti sunt quoque veterum Germanorum mores. vid. Tacitus de M. G. c. 20.

§. 15.

Fit itaque l. ex jure sanguinis l. ex ratione civili.

§. 16.

Ex jure sanguinis successio defertur descendentibus, ascendentibus & collateralibus; ex ratione autem civili defertur quoque conjugibus & aliis.

§. 17.

Successio descendentium.

Ex jure sanguinis sine sexus differentiis antiquis itaque succedunt descendentes s. liberi. vid. Justinianus Nov. 118. pr. c. 1. Sächsisch Land-Recht/ Lib. III. art. 72. Lib. I. art. 17. conf. tamen Sächsisch Land-Recht/ Lib. I. art. 23. 24. 25.

§. 18. Li-

§. 18.

Liberi ſunt l. nati l. naſcituri. vid. ſupra Tract. I. c. II. Sect. II. §. 1. ſeqq. Liberi.

§. 19.

Nati ſunt l. primi l. ulterioris gradus ſ. nepotes. Primi gradus.

§. 20.

Illi ſuccedunt in capita, id eſt, tot fiunt partes hereditatis, quot ſunt perſonæ. So viel Mund / ſo viel Pfund. vid. Beier ad J. h. Hi vero ſuccedunt in ſtirpes, id eſt, tot partes hereditatis conſtituuntur, quot ſunt ſtirpes, unde perſonæ ſuccedentes deſcendunt. vid. Nov. 118. c. 1. Ulterioris gradus.

§. 21.

In concurſu autem illi iterum in capita, hi in ſtirpes jure repræſentationis admittuntur. vid. Struvius in Exerc. 38. th. 19. conf. Sächſiſch Land-R. Lib. I. art. 1. Quomodo concurrentes.

§. 22.

Liberi etiam ſunt l. ejusdem l. diverſi matrimonii, qui l. parentem communem l. diverſum habent.

§. 23.

In illo caſu ſuccedunt parenti communi indiſtincte; in hoc autem quilibet ſui parentis hereditatem nanciſcitur. Diverſi matrimonii.

§. 24.

Excipitur tamen, si de his unio prolium accesserit. vid. supra Tract. I. c. III. Sect. IV. Inspect. III. §. 11. seqq.

§. 25.

Quod autem liberos adoptivos attinet, quoad successionem liberis ex justo matrimonin natis æquiparantur. vid. Justinianus l. 10. §. 1. de Adopt. §. 2. J. eod. conf. supra l. c.

§. 26.

Illegitimi

Illegitimi sunt l. naturales l. spurii l. plane ex damnato & nefario concubitu s. adulterino s. incestuoso nati.

§. 27.

Naturales.

Naturales succedunt matri & maternis ascendentibus, e substantia autem patris accipiunt alimenta. vid. Nov. 89. c. 12. conf. Richter ad Authent. in success. C. de suis & legitimis.

§. 28.

Spurii.

Spurii s. vulgo concepti sequuntur matrem non patrem. vid. Modestinus l. 23. P. de St. H.

§. 29.

Adulterini est incestuosi.

Adulterini & incestuosi vero omni successione privantur, adeo ut ne quidem alimenta ipsis debeantur, sed tantum jure canonum concedantur. vid. Nov. 74. c. fin. Nov. 89. c. 15. Clemens III. c. 5. X. de eo, qui duxit in uxorem. conf. Stryck. de success. Dissert. I. th. 58.

§. 30. Li-

§. 30.

Liberi legitimati & quidem per ſubſequens matrimonium legitime natis per omnia æquiparantur. vid. Juſtinianus l. 15. C. de nat. lib. Legitimati per ſubſ. matr.

§. 31.

Legitimati per reſcriptum principis indiſtincte tunc ſuccedunt, quando princeps, precibus patris motus, ſpeciatim jus ſuccedendi conceſſit. vid. Nov. 89. c. 9. Gailius II. obſ. 142. num. 8. Per reſcript. Principis.

§. 32.

Si vero deſcendentes deficiant, ſuccedunt aſcendentes tam pater, quam mater ſuperſtites. vid. Nov. 118. c. 2. Sächſiſch Land. R. Lib. I. art. 17. Succeſſio aſcendentium.

§. 33.

In genere omnes parentes iis liberis ſuccedunt, qui ipſis parentibus ſuccedere ſolent. vid. Stryckius de ſucceſſ. Diſſ. II. c. 1. Thomaſius ad J. h.

§. 34.

Si aſcendentes concurrant ſunt l. ejusdem l. diverſi gradus.

§. 35.

Illi ſunt l. ejusdem l. diverſæ lineæ.

§. 36.

Priori in caſu ſuccedunt in capita, poſteriori hereditas ita dividitur, ut aſcendentes

[S] 2 paterni

paterni partem & materni quoque partem capiant. vid. Nov. 118. c. 2.

§. 37.

In his proximior excludit remotiorem, proximis æqualiter succedentibus. His autem deficientibus sequitur linea avita, ubi successio in lineas fieri solet.

§. 38.

Concurrunt autem ascendentes non tantum inter se invicem, sed etiam cum collateralibus, quo in casu ascendentes sine linearum discrimine cum fratribus germanis in capita, germanorum autem liberi in stirpes sequuntur. vid. Nov. 118. c. 2. 117. c. 1.

§. 39.

Quod jus Saxonicum attinet, ascendentes omnes excludunt collaterales. vid. Sächsisch Land-Recht. Lib. I. art. 17. conf. Carpz. P. III. c. 14. def. 4. 5.

§. 40.

Successio collateralium.

Deficientibus omnibus ascendentibus, veniunt collaterales. vid. Nov. 118. c. 3.

§. 41.

Inter quos primo sunt fratres & eorum liberi.

§. 42.

Si soli adsint, succedunt in capita; si vero cum fratrum liberis concurrant, jure repræsen-

ſentationis hereditas dividitur in ſtirpes. vid. Ferdinandus I. im Reichs-Abſchied de Anno 1529. §. Item als bißher ꝛc.

§. 43.

Hoc jus repræſentationis non tantum jure Saxonico communi, ſed etiam Electorali ceſſare ſolet. vid. Sächſiſch Land-Recht. Lib. I. art. 13. 17. conf. Mencke in Differ. juris commun. & Saxon. ad J. h. n. 70.

§. 44.

Poſt germanos ſequuntur fratres unilaterales, conſanguinei & uterini eorumque liberi, qui omnes reliquos excludunt, obſervato ſecundum quosdam bonorum diſcrimine. vid. Nov. 118. c. 3.

§. 45.

Si tales quoque non adſint, omnes reliqui collaterales, citra diſcrimen bonorum, proximiores excludunt remotiores in infinitum. vid. a. d. Nov. c. 3. in fine, ibi omnes &c. conf. Ludovici ad P. h. §. 11. addatur tamen Jus Saxonicum Lib. I. art. 3. Lib. III. art. 20.

§. 46.

Naturales & ſpurii ſuccedunt tantum uterinis, niſi legitimentur. vid. Beier ad J. h.

§. 47.

Adulterini & inceſtuoſi ab omni plane ſucceſſione arcentur.

§. 48.

Successio Conjugum.

Deficientibus descendentibus, ascendentibus l. cognatis admittuntur conjuges.

Sedes materiæ.

Vid. Lib XXXVIII. Tit. XI. P. unde vir & uxor. præsertim conferatur Ulpianus l. 1. P. h.

§. 49.

Circa hanc autem successionem hodie respicitur: 1.) ad pacta dotalia, 2.) ad testamenta inter conjuges confecta, 3.) ad singulares constitutiones, statuta & mores cujuscunque loci, vid. Stryckius in Diss. IV. c. 3.

§. 50.

Unde est, quod maritus jure Saxonico accipiat res mobiles, non vero bona utensilia. vid. Sächsisch Land-Recht/ Lib. I. art. 31. 45. Lib. III. §. 45. 76.

§. 51.

Uxor vero succedit marito cum liberis quoad portionem virilem. vid. Struvius in Jpr. forensi Lib. III. Tit. 30. th. 28.

§. 52.

Successio collegii.

Si etiam conjuges non existant, sequitur collegium licitum, cujus membrum defunctus fuit.

§. 53.

Fiscus.

Denique his omnibus deficientibus, fiscus s. ærarium publicum ejusmodi bona sibi adserit. vid. Marcianus l. 114. §. 2. de Legat. 1. l. 11. & 17. P. de jure fisc. conf. Sächsisch Land-R. Lib. I. art. 28. Weichbild/ art. 59.

Inspe-

Inſpectio II.

De Bonorum poſſeſſionibus.

Bonorum poſſeſſio.

§. 1.

Vid. 1.) Lib. III. Tit. IX. J. de bonorum poſſeſſionibus, 2.) Lib. XXXVII Tit. I. P. de bonorum poſſeſſionibus. 3.) Lib. IV. Tit. IX. C. qui admitti ad bonorum poſſeſſionem poſſunt & intra quod tempus.

Sedes materiæ.

§. 2.

Secundus modus rerum dominium adquirendi civilis univerſalis eſt bonorum poſſeſſio, quæ a Prætore introducta eſt. vid. pr. J. h.

§. 3.

Eſt autem jus a Prætore obtentum perſequendi retinendique patrimonii. vid. Ulpianus l. 3. §. 2. P. h.

Deſcribitur.

§. 4.

Hæc dividitur in edictalem & decretalem.

Dividitur.

§. 5.

Edictalis dicitur bonorum poſſeſſio, quæ ex Edicto Prætoris regulariter ſine cauſæ cognitione de plano datur. vid. Ulpianus l. 2. §. 1. P. quis ordo in poſſeſſ. ſerv.

Edictalis.

§. 6.

Diſtinguitur in ordinariam & extraordinariam.

§. 7.

Illa eſt, quæ certa Edicti parte nititur; hæc, quæ ex nova lege l. SCto & conſtitutione datur.

datur. vid. §. 1. 2. 3. J. h. Ulplianus l. 3. §. 15. P. de Carb. Edict. l. un. P. ut ex legibus.

§. 8.

Decretalis. Decretalis est, quæ regulariter cum causæ cognitione per decretum pro tribunali conceditur. vid. Ulpianus l. 2. §. 1. P. quis ordo in possess. serv. Ulpianus l. 3. §. 3. P. h.

§. 9.

Collatio bonorum. Quia vero Prætor per bonorum possessionem contra tabulas emancipatos una cum iis, qui in potestate existebant, ad hereditatem patris admittebat, ideo æquum æstimavit, ut paterna adpetentes sua bona conferrent.

Sedes materiæ. Vid. 1.) Lib. XXXVII. Tit. VI. P. de collatione bonorum, 2.) Lib. VI. Tit. XX. C. de Collationibus, conf. Ulpianus l. 1. pr. P. h.

§. 10.

Conferebantur itaque ab emancipatis bona non tantum profectitia, sed etiam adventitia, si modo non essent castrensia l. quasi castrensia. vid. Ulpianus l. 1. §. 15. 19. P. h. conf. autem Justinianus l. 21. C. h. §. 1. J. h.

§. 11.

Sicque remanebat tantum collatio eorum, quæ ex substantia paterna actu erant profecta. vid. Leo l. 17. C. h.

§. 12.

Hæc collatio etiam hodie obtinere solet. vid. Titius in jur. privat. Lib. VII. c. 15. §. 16.

§. 13. Est

§. 13.

Est itaque hodierna collatio nihil aliud, quam commixtio bonorum a parentibus extra causam mortis acceptorum cum iis, quæ tempore mortis relinquuntur, ut liberorum æqualitas servetur. Describitur.

§. 14.

Atque hac ratione liberi hereditati restituunt, quæ ante mortem ex aliis causis acceperunt, & quidem quatenus extant l. eorundem dolo & culpa sunt ammissa, nisi accesserit animus parentis donandi, qui tamen est probandus. vid. Leo l. 17. C. h. Ulpianus l. 1. §. 23. P. h. Paulus l. 2. §. 2. eod. Justinianus Nov. 17. c. 6. Quæ huc pertinent

§. 15.

Non possunt autem huc recenseri: 1.) sumtus educationis, studiorum, peregrinationis, l. aliarum honestarum artium. vid. Beier ad J. h. Ludovici in Doctr. P. h. §. 3.

§. 16.

2.) Eadem ratione huc non spectant, quæ ob bene merita & titulis onerosis l. ex mera liberalitate acceperunt. vid. Diocletianus l. 15. C. Famil. Erciscund. Alexander l. 1. C. h.

§. 17.

3.) Non veniunt heic restituenda, quæ mortis causa adquiruntur, v. g. prælegata. vid. Scævola l. 30. §. 1. P. Famil. Erciscund.

§. 18.

4.) Plane restitui non possunt, quæ sine culpa eorum perierunt l. ex quibus non sunt facti locupletiores. vid. Paulus l. 2. §. 2. P. h. Ulpianus l. 1. §. 23. P. eod.

§. 19.

Hæc collatio fieri potest l. reipsa & pignoribus datis, l. satisdatione & fidejussoribus. vid. Ulp. l. 1. §. 9. seq. P. h.

§. 20.

Collatio dotis.

Dos etiam ad profectitia refertur, & ideo conferenda æstimatur. vid. Lib. XXXVII. Tit. VII. P. de dotis collatione.

§. 21.

Quia vero ejusdem collatio a reliquorum bonorum restitutione non differt, propterea jam dicta ad eam adplicari possunt. conf. tamen Papinianus l. 5. §. 1. P. h. add. Schilterus Exerc. 41. §. 26.

Inspectio III.

Adquisitio per adrogationem.

De adquisitione per adrogationem.

§. 1.

Tertius modus rerum dominium adquirendi civilis universalis est adquisitio per adrogationem.

§. 2. Vid.

§. 2.

Vid. Lib. III, Tit. XI, J. De adquisitione per adrogationem. Sedes materiæ.

§. 3.

Hæc erat, qua olim adrogator bona adrogati pleno Jure adquirebat. vid. §. 2. J: h. Describitur.

§. 4.

Quæ adquisitio hodie fit tantum quoad usumfructum, nisi adrogatus in familia adoptiva defunctus fuerit. vid. d. §.

Discursus IV.

De addictione bonorum libertum conservandarum causa.

Addictio bonorum libertatum conservandarum causa.

§. 1.

Quartus & ultimus modus rerum dominium adquirendi civilis universalis est addictio bonorum libertatum conservandarum causa.

§. 2.

Vid. Lib. III, Tit. XII, J. De eo, cui libertatis causa bona addicuntur. Sedes materiæ.

§. 3.

Hæc erat, qua defuncti obærati bona in eum transferebantur, qui cavebat, se debita ejusdem in solidum esse exsoluturum, ut libertates rite datæ conservarentur. Describitur.

§. 4.

Qui modus hodie recessit ab usu.

Inspe-

Inspectio V.

De Usucapione & Præscriptione.

§. 1.

Hi erant modi rerum dominium adquirendi civiles universales, occurrunt jam particulares.

§. 2.

Horum sunt quatuor, usucapio, donatio, legatum & fideicommissum particulare.

§. 3.

Usucapio

Est itaque primus modus usucapio.

§. 4.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. II. Tit. VI. J. De usucapionibus & longi temporis præscriptionibus. 2.) Lib. XLI. Tit. III. P. De usurpationibus & usucapionibus. 3.) Lib. VII. Tit. XXX. C. Communia de usucapionibus. Tit. XXXI. De Usucapione transformanda. Tit. XXXIII. De præscriptione longi temporis 10 l. 20. annorum. Tit. XXXIV. In quibus causis cessat longi temporis præscriptio. Tit. XXXV. Quibus non objicitur longi temporis præscriptio. Tit. XXXVI. Si adversus creditorem præscriptio opponatur. Tit. XXXVII. De quadriennii præscriptione. Tit. XXXVIII. Ne rei dominicæ l. templorum vindicatio temporis præscriptione submoveatur. Tit. XXXIX. De Præscriptione 30. l. 40. annorum.

§. 5.

Describitur.

Usucapio est adjectio dominii per usum facta. vid. Modestinus l. 3. P. h.

§. 6. Hæc

§. 6.

Hæc boni publici causa introducta est. vid. Gajus l. 1. P. h. conf. Paulus l. 28. P. de V. S.

§. 7.

Nuncupatur quoque præscriptio. vid. Beier ad P. h. Strauchius in Diss. VIII. th. 77.

§. 8.

Olim autem varie differebant. vid. l. 8. C. de præscript. 30. annor.

§. 9.

Si rem inspicias est modus adquirendi, quo per continuationem possessionis temporis lege definiti dominium alicujus rei possidenti adjicitur. vid. Grotius de J. B. & P. Lib. II. c. 5.

§. 10.

Requiritur in genere 1.) persona habilis, 2.) justus atque legitimus titulus. Requisita

§. 11.

Qui itaque usucapit, debet esse adquisitionis capax. vid. Paulus l. 4. §. 4. P. h.

§. 12.

Primum adesse debet bona fides. vid. §. 7. J. h. Modestinus l. 109. P. de V. S. Paulus l. 48. P. h. conf. autem Innocentius III. c. 20. X. de Præscript. add. Schilterus Exerc. 45. §. 57. Bona fides.

§. 13. Dein-

§. 13.

Res non vitiosa.

Deinde necessarium est, ut res usucapiendæ sint in commercio & non vitiosæ vid. Ulpianus l. 1. §. 9. P. uti possidet. Gajus l. 9. P. h.

§. 14.

Unde est, quod res furtivæ, & vi occupatæ s. possessæ usucapi non possint, nisi vitio purgentur. vid. Paulus l. 4. §. 6. P. h.

§. 15.

Tempus legitimum.

Præterea respici debet ad tempus legitimum, quod variat. vid. Ulpianus l. 6. 7. P. h.

§. 16.

Quoad Jus Justinianeum res mobiles triennio, immobiles inter præsentes decennio, inter absentes vicennio adquiri solent. vid. pr. J. h.

§. 17.

Quoad Jus autem Saxonicum res mobiles anno & die, immobiles 30. annis, anno & die usucapiuntur. vid. Sächsisch Lehn-Recht/ Lib. I. art. 28. 29.

§. 18.

Est itaque præscriptio, quando hoc spatio cum titulo & bona fide adquiritur.

§. 19.

Præscriptio vero longissimi temporis, quæ ab hoc differt, est quando ob defectum alicujus

cujus requisiti necessarii longius tempus desideratur.

§. 20.

Deficiente itaque titulo l. obstante antecessoris mala fide l. re furtiva alienata & bona fide accepta, tempus 30. annorum requiritur. vid. Struvius Exerc. 42. th. 19.

§. 21.

Spatium autem 40. annorum requiritur in præscriptione rerum ecclesiasticarum, civitatum, piorum locorum, fiscalium & patrimonialium principis. vid. Gajus l. 9. P. h. Nov. 131. c. 6.

§. 22.

Præscriptione temporis immemorialis præscribuntur regalia. vid. c. 26. X. de V. S. 6. conf. tamen Zieglerus de Jur. Majest. Lib. II. c. 6.

§. 23.

Denique circa usucapionem & præscriptionem continua & non interrupta possessio requiritur. vid. §. 7. J. h. Modestinus l. 3. P. h. Non interrupta possessio.

§. 24.

Quæ, si interrupta est, existit usurpatio, quæ usucapionis interruptio dici potest. vid. Paulus l. 2. P. h. Usurpatio.

§. 25.

Dividitur autem in naturalem & civilem. Divisio.

§. 26. Na-

§. 26.

Naturalis est, quando possessio revera amissa est. vid. Gajus l. 5. P. h.

§. 27.

Civilis est, quando verbis possessori juris quæstio movetur. vid. Severus l. 1. C. de præscript. long. temp.

§. 28.

Distinguitur. Distinguitur in judicialem & extrajudicialem.

§. 29.

Judicialis dicitur, quæ hodie nuda citatione peragitur. vid. Just. l. 1. C. de Annal. except.

§. 30.

Ertrajudicialis est, quæ fit denunciatione. vid. l. 17. C. de R. V. conf. Struvius Exerc. 43. th. 29.

§. 31.

Omnis autem vis ac potestas usucapionis cessat: 1.) quando non est locus accusationi negligentiæ: nam agere non valenti non currit præscriptio. vid. Just. l. 1. C. de annal. except. conf. Strauchius in Diss. VIII. th. 6.

§. 32.

2.) Impedit quoque præscriptionum cursum tempus belli, quod ad tempus pestis extendi solet. vid. R. J. de anno 1654. §. 172.

§. 33. Quod

§. 33.

Quod reliquum, varii sunt tituli usucapiendi, quos ex ordine Pandectarum hic recensebimus. Tituli quidam.

§. 34.

1.) Pro soluto. Secundum hunc titulum usucapere dicitur, qui rem alienam debiti causa recipit. vid. Hermogenianus l. 46. P. h. Pro soluto.

§. 35.

2.) Pro emtore. vid. 1.) Lib. XLI. Tit. IV. P. Pro emtore. 2.) Lib. VII. Tit. XXVI. C. De usucapione pro emtore. Pro emtore.

§. 36.

Sicque usucapit, qui l. revera a non domino pure rem emit, l. qui litis æstimationem solvit, quæ emtioni æquiparatur. vid. Paulus l. 2. Julianus l. 8. Ulpianus l. 3. P. h.

§. 37.

3.) Pro herede & pro possessore. vid. 1.) Lib. XLI. Tit. V. P. Pro herede. 2.) Lib. VII. Tit. XXIX. C. de usucapione pro herede. Pro herede.

§. 38.

Ita usucapit, qui rem alienam in hereditate repertam bona fide, possidendo suam facit. vid. Pomponius l. 3. P. h.

§. 39.

Verum, hic non est titulus, sed tantum continuatio prioris, qui penes defunctum

fuit. vid. Thomasius ad Huberum in Prælect. P. h.

§. 40.

Pro possessore. Pro possessore autem possidet, cui bonorum possessio data est.

§. 41.

Pro donato. 4.) Pro donato. vid. 1.) Lib. XLI. Tit. VI. P. Pro donato. 2.) Lib. VII. Tit. XXVII. C. De usucapione pro donato.

§. 42.

Hoc usucapit, cui donationis causa res, quæ donari potest, tradita est. vid. Paulus l. 1. §. 2. Pomponius l. 3. P. h.

§. 43.

Pro derelicto. 5.) Pro derelicto. vid. Lib. XLI. Tit. VII. P. Pro derelicto.

§. 44.

Quoad hunc usucapit, qui rem pro derelicto habitam possidet, quamvis dominus ignoretur. vid. Paulus l. 4. P. h.

§. 45.

Nam res a vero domino derelicta cedit occupanti. vid. Ulpianus l. 1. Paulus l. 2. P. h.

§. 46.

Pro legato. 6.) Pro legato. vid. Lib. XLI. Tit. VIII. P. De legato.

§. 47.

Hoc nomine usucapit, cui res aliena legata atque tradita est. vid. Ulp. l. 1. Paulus l. 2. P. h.

§. 48.

§. 48.

7.) Pro dote. vid. 1.) Lib. XLI. Tit. IX. P. Pro dote. 2.) Lib. VII. Tit. XXVIII. C. Pro dote. Pro dote.

§. 49.

Secundum hunc usucapit, qui verum matrimonium contraxit & rem alienam in dotem accepit. vid. Ulpianus l. 1. pr. P. h.

§. 50.

8.) Pro suo. vid. Lib. XLI. Tit. X. P. Pro suo. Pro suo.

§. 51.

Generatim ita possidemus omnia, quæ alio justo modo a nobis adquiruntur. vid. Paulus l. 2. P. h.

§. 52.

Speciatim etiam allegari solet, ubi falsa causa concurrit. vid Pomponius l. 3. P. h.

Inspectio VI.

De Donatione.

Donatio.

§. 1.

Secundus modus rerum dominium adquirendi civilis particularis est donatio.

§. 2.

Vid. 1.) Lib. II. Tit. VII. J. De donationibus. 2.) Lib. XXXIX. Tit. V. P. De donationibus. 3.) Lib. VIII. Tit. LIV. C. De donationibus. Tit. LV. De donationibus Sedes materiæ.

nibus, quæ sub modo l. conditione, l. certo tempore conficiuntur. Tit. LVI. De revocandis donationibus. Lib. III. Tit. XXVIII. De inofficioso testamento.

§. 3.

Descriptio. Donatio est, quando nullo jure cogente aliquid conceditur. vid. Papinianus l. 29. pr. P. h.

§. 4.

Divisio. Dividitur donatio in donationem inter vivos & mortis causa.

§. 5.

Donatio inter vivos. Donatio inter vivos est, quæ perficitur sine ulla mortis mentione. vid. §. 1. J. h.

§. 6.

Estque l. absoluta l. conditionata.

§. 7.

Absoluta est, quæ fit ex meræ liberalitatis causa. vid. Julianus l. 1. P. h. conf. Struvius Exerc. 40. th. 3.

§. 8.

Requisita. Requiritur autem 1.) animus donandi, 2.) facultas donandi, 3.) donatarii acceptatio.

§. 9.

Animus donandi. Animus donandi l. verbis l. factis declaratur & in dubio non præsumitur. vid. Ulpianus.

§. 10.

Potestas donandi. Potestas donandi facile quidem cuique competit, qui liberam rerum suarum administratio-

ſtrationem habet, eſt tamen non tantum legibus, ſed etiam moribus reſtricta.

§. 11.

Prohibentur itaque 1.) donationes inter patrem & filium. vid. Dioclet. & Maximianus l. 11. C. h.

§. 12.

2.) Inter virum & uxorem. vid. Antoninus apud Paul. l. 3. Paulus l. 2. P. h.

§. 13.

3.) Vetatur donare reus criminis capitalis poſt ſententiam. vid. Marcianus l. 15. P. h. Ulpianus l. 7. P. de donat. mortis cauſa. conf. Nov. 134. c. 13.

§. 14.

4.) Interdicuntur donare debitores obærati in fraudem creditorum. vid. Ulpianus l. 6. §. 11. P. quæ in fraud. credit.

§. 15.

5.) Si donationes excedant 500. ſolidos ſ. 1000. thaleros neceſſaria eſt inſinuatio judicialis cognitioque judicis. vid. Juſt. l. 36. C. h.

§. 16.

Hæc autem omittitur: 1.) quando nulla profuſio ſubeſt, 2.) quando donationes ſunt reciprocæ & remuneratoriæ.

§. 17.

Cujus neceſſitatem tamen non tollunt renunciatio aut juramentum. vid. Carpzovius

P. II. C. XI. def. 14. conf. de reliquo, Sächsisch Land-Recht / Lib. I. art. 52. Weichbild / art. 20. 60.

§. 18.

Donatarii acceptatio.

Denique in donationibus requiritur donatarii acceptatio. vid. Paulus l. 10. Ulpianus l. 19. §. 2. P. h.

§. 19.

Possunt autem acceptare, qui conditionem suam meliorem reddere possunt & speciatim non prohibentur. vid. Böhmer. P. h. n. 8.

§. 20.

Si itaque donatio est perfecta, donans l. ejusdem heres ad traditionem rei donatæ obstringitur & datur hodie condictio ex pacto. vid. Justinianus l. 35. C. h.

§. 21.

Donanti tamen competit beneficium competentiæ. vid. Ulp. l. 12. Hermogenianus l. 33. pr. P. h.

§. 22.

Revocatio.

Donatio vero ex justa causa revocatur.

§. 23.

Hæc revocatio fieri potest l. ex parte l. tota.

§. 24.

Ex parte.

Ex parte revocatio procedit, si donatio inofficiose sit facta. vid. Lib. III. Tit. XXIX. C. De inofficiosis donationibus.

§. 25. Ta-

§. 25.

Talis inofficiosa donatio est, quando legitima liberorum, parentum & in casu turpium personarum, fratrum, deminuitur. Hæc querela inofficiosæ donationis impugnatur. vid. Paulus l. 56. §. 2. 3. de Legat. 2.

§. 26.

Tota autem revocatur ob ingratitudinem donatarii erga donantem. vid. Lib. VIII. Tit. LVI. C. de revocandis donationibus. Tota.

§. 27.

Ad hanc quatuor requirunt causas 1.) atroces injurias, 2.) manus impias, 3.) vitæ insidias, 4.) jacturam bonorum exinde ortam. vid. Justinianus l. 10. C. h. Schilterus in Exerc. 43. §. 22. Requisita.

§. 28.

Quod autem supervenientiam liberorum attinet, donatio revocari potest a donante, non a liberis ejusdem. vid. Constant. l. 8. C. h.

§. 29.

Huic quidem renunciari potest non vero revocationi ipsi & querelæ inofficiosæ donationis. vid. Ludovici P. h. §. 13. Beier P. h.

§. 30.

Donatio conditionata est, quando sub conditione aliquid confertur. vid. Lib. VIII. Conditionata.

Tit. LV. C. De donationibus, quæ ſub modo, l. conditione, l. certo tempore conficiuntur.

§. 31.

Donatio mortis cauſa.

Donatio mortis cauſa eſt, quando in eventum mortis aliquid in alterum conſentientem & acceptantem gratis confertur.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. XXXIX. Tit. VI. P. De mortis cauſa donationibus & capionibus. 2.) Lib. VIII. Tit. LVII. C. De donationibus cauſa mortis.

§. 32.

Hæc diverſis modis fieri poteſt. vid. Julianus l. 2. Paulus l. 35. §. 4. P. h.

§. 33.

Requiſita.

Quomodocunque autem fiat, requiritur in illa: 1.) expreſſio mortis. vid. Ulpianus l. 32. P. h. 2.) donatarii acceptatio. vid. Marcellus l. 38. P. h. 3.) adeſſe debent regulariter quinque teſtes. vid. Juſt. l. 4. C. h.

§. 34.

Differentia.

Hæc donatio tam a reliquis, quam a legatis differt.

§. 35.

A reliquis donationibus differt 1.) quoad revocationem & pœnitentiam. vid. Ulpianus l. 32. Julianus l. 16. P. h. 2.) quoad diſſolutionem. vid. §. 1. J. h.

§. 36.

A legatis autem differt: 1.) quoad acceptationem, 2.) quoad perſonam conſtituentem. vid. Marcianus l. 25. P. h.

§. 37. Con-

§. 37.

Convenit tamen cum his quoad detractionem quartæ Falcidiæ. vid. Gordianus l. 2. C. h.

§. 38.

Ceterum ab hac discrepat mortis causa capio, quando quis ab alio aliquid propter mortem tertii percipit. vid. Ulpianus l. 8. P. h.

Inspectio VII.

De Legato.

Legatum.

§. 1.

Inter modos rerum dominium adquirendi civiles singulares refertur quoque legatum.

§. 2.

Quia vero hoc in testamento plerumque relinquitur, propterea, tanquam ejusdem accessorium, ibidem pertractatum est. vid. supra Disc. V. §. 1. seqq.

Inspectio VIII.

De Fideicommisso particulari.

Fideicommissum particulare.

§. 1.

Quartus & ultimus modus rerum dominium adquirendi civilis singularis est fideicommissum particulare.

§. 2.

Hoc est, quando res singularis alteri restituenda relinquitur.

§. 3.

Quia vero per omnia legatis est exæquatum, specialis hujus meditatio non est necessaria. vid. supra Discurs. VI. §. 6.

Membrum III.

Personæ dominium adquirentes.

De Personis dominium adquirentibus.

§. 1.

Exposuimus dominium generatim consideratum & modos illud adquirendi, memorandæ jam sunt personæ id adquirentes.

§. 2.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. II. Tit. IX. J. Per quas personas nobis adquiritur. 2.) Lib. XV. Tit. I. P. De Peculio.

§. 3.

Dominium adquiritur I. per nosmetipsos I. per alios. vid. pr. J. h.

§. 4.

Hi sunt I. potestati nostræ subjecti I. extranei.

§. 5.

Liberi.

Ad illos pertinent liberi & servi nostri.

§. 6. Per

§. 6.

Per liberos nostros dominium nobis adquiritur sub distinctione peculiorum.

§. 7.

Peculium est quasi pusilla pecunia s. patrimonium pusillum. vid. Ulp. l. 5. §. 3. 4. P. h. Peculium. Descritio.

§. 8.

Distinguitur in peculium servorum & filiorumfamilias. Divisio.

§. 9.

Illius consideratio hodie est superflua. vid. Stryckius in U. M. P. h. §. 11.

§. 10.

Hujus autem variæ sunt species. Est enim l. militare l. paganum.

§. 11.

Militare est, quod ratione militiæ adquiritur. Militare.

§. 12.

Est autem l. castrense l. quasi-castrense. vid. Lib. XLIX. Tit. XVII. P. De Castrensi peculio. 2.) Lib. XII. Tit. XXXVII. C. De Castrensi peculio militum.

§. 13.

Castrense est, quod occasione militiæ sagatæ filius adquisivit. vid. Macer. l. 11. P. h. Castrense.

§. 14. Quasi-

§. 14.

Quasi-castrense.

Quasi-castrense vero dicitur, quod filius-familias occasione militiæ togatæ, artibus scil. liberalibus & officiis publicis adquisivit. vid. Justinianus l. 37. C. de inoffic. testam. l. 7. C. de bonis, quæ lib.

§. 15.

Utrumque tam quoad dominium & usumfructum, quam administrationem pleno jure ad filiam pertinent. vid. Justinianus l. 6. pr. de bon. quæ lib. Alexander l. 2. & 3. C. h. conf. Ulpianus l. 7. §. 6. de donat.

§. 16.

Paganum.

Paganum est, quod alio quovis modo extra militiam adquiritur.

§. 17.

Dispescitur in profectitium & adventitium.

§. 18.

Profectitium.

Profectitium dicitur, quod ex re patris l. ejusdem respectu ad filium pervenit. vid. §. 1. J. h.

§. 19.

Hoc tam ratione proprietatis, quam ususfructus patris est.

§. 20.

Adventitium.

Adventitium vocatur, quod non ex re patris l. eiusdem respectu, sed aliunde, v. g. ex opera

opera & induſtria filiifamilias quæſitum eſt. vid. §. 1. J. h.

§. 21.

Quod iterum l. regulare l. irregulare eſt.

§. 22.

Regulare eſt, in quo proprietas ſpectat ad filium, uſusfructus vero ad patrem. vid. §. 1. J. h. conf. l. 6. C. de bonis, quæ lib. Regulare.

§. 23.

Irregulare ſ. extraordinarium eſt, in quo dominium pariter ac uſusfructus ad filium pertinet. vid. l. fin. pr. C. d. t. Irregulare.

§. 24.

Adquiritur etiam dominium per procuratorem, negotiorum geſtorem, inſtitorem, exercitorem. vid. §. 5. J. h.

Membrum IV.

De dominii Translatione.

Dominii translatio.

§. 1.

Vid. Lib. II. Tit. VIII. J. Quibus alienare licet l. non. Sedes materiæ.

§. 2.

Dominii translatio eſt, quando in alium transfertur ſ. res alienatur.

§. 3.

Hæc fieri poteſt ab iis, qui natura ſunt habiles & lege non prohibentur.

§. 4. Quo-

§. 4.

Inhabiles. Quoad prius excluduntur itaque pupilli & minores. vid. supra Cap. III. Sect. IV. Insp. VII. §. 3. seqq. conf. Insp. VI. §. 22. seqq.

§. 5.

Prohibiti. Quod autem posterius attinet, prohibentur maritus res dotales & prodigus. vid. supra Cap. III. Sect. IV. Disc. III. §. 13. seqq. vid. quoque l. c. Insp. III.

§. 6.

Ceterum huc referuntur in fraudem creditorum alienantes. vid. Lib. XLII. Tit. VIII. P. Quæ in fraudem creditorum facta sunt, ut restituantur. Nec non alii.

Capitis Secundi

Sect. III.

De Jure in Re quoad servitutem.

§. 1.

Secunda Juris in Re species est servitus.

§. 2.

Contenta.

I. Servitus generatim.
II. Servitutes Reales.
III. Servitutes Personales.

Mem-

Membrum I.

De Servitutibus generatim. Servitutes.

§. 1.

Vid. 1.) Lib. II. Tit. III. J. De Servitutibus prædiorum. 2.) Lib. VIII. Tit. I. P. De Servitutibus, 3.) Lib. III. Tit. XXXIV. C. De Servitutibus & aqua. Sedes materiæ.

§. 2.

Servitus est jus, quo res aliena l. rei nostræ l. personæ nostræ servit. vid. Wissenbachius in Disp. XX. §. 1. Germanice dici potest, eine Dienst-Gerechtigkeit. Definitio.

§. 3.

Præstatur itaque servitus l. ratione rei inanimatæ s. prædii l. ratione personæ. Divisio.

§. 4.

Unde servitus est l. realis s. prædialis l. personalis.

Membrum II.

De Servitutibus Realibus. Reales.

§. 1.

Servitus realis est, quando res rei l. prædium alteri prædio servit. Descriptio.

§. 2.

Prædium est l. rusticum l. urbanum. Prædium.

§. 3. Ru-

§. 3.

Rusticum. Rusticum est, quod agrorum culturæ & rei pecuariæ, urbanum, quod habitationi & negotiationi inservit.

§. 4.

Divisio. Hinc servitus est l. rustica l. urbana, prout scil. prædio l. rustico l. urbano debetur.

§. 5.

Quod autem rationem & usum hujus distinctionis attinet, vid. Thomasius in Diss. de Servitute Stillicidii §. 10. seqq.

§. 6.

Distinguitur multo magis inter servitutes Juris Romani & Germanici. vid. Gerhardi Diss. de Servit. in faciend. consist. c. 1.

§. 7.

Rusticorum prædiorum exempla. Exempla servitutum prædiorum rusticorum recensentur: 1.) Servitus itineris, 2.) actus, 3.) viæ, 4.) aquæductus, 5.) aquæ haustus, 6.) pecoris ad aquam appulsus, 7.) pecoris pascendi. vid. Lib. VIII. Tit. III. P. De servitutibus prædiorum rusticorum.

§. 8.

Servitus itineris. 1.) Servitus itineris est jus eundi, ambulandi hominis per vicini prædium. vid. pr. J. h. Ulp. l. 1. P. h. German. Die Fußsteig-Gerechtigkeit.

§. 9. Hujus

§. 9.

Hujus latitudo ex plurium computatione Jure Romano est duorum pedum. vid. Alexand. ab Alexandro Lib. II. c.20. conf. autem Weichbild art. 129. Beier in Posit. ad J. h. pos. 34.

§. 10.

2.) Servitus actus est jus agendi pecus, jumentum l. vehiculum ducendi per fundum alienum. vid. pr. J. h. German. Die Durchtrift-oder Fahr-Gerechtigkeit. Actus.

§. 11.

3.) Servitus viæ est jus eundi, agendi & ambulandi. vid. pr. J. h. Ulpianus l. 1. P. h. German. Die Fuhrwegs-Gerechtigkeit. Via.

§. 12.

Hujus latitudo ex lege XII. Tabb. in porrectum est octo, in anfractum sedecim pedum. vid. Gajus l. 8. P. h. Javolenus l. 13. P. h. conf. Weichbild art. 129. Land-Recht Lib. II. art. 59.

§. 13.

4.) Servitus aquæductus est jus aquam ducendi per fundum alienum. vid. pr. J. h. Ulpianus l. 1. pr. P. h. German. Die Wasserleitungs-Gerechtigkeit. Aquæductus.

§. 14.

5.) Servitus aquæ haustus est jus hauriendi aquam ex alieno fundo. vid. Paulus l. 9. P. h. German. Die Wasser-Schöpffungs-Gerechtigkeit. Aquæ haustus.

§. 15.

Pecoris ad aquam appulsus. 6.) Pecoris ad aquam appulsus est jus appellendi pecus ad fontem l. aquam prædii alterius. vid. §. 2. J. h. Ulpianus l. 5. P. h. German. Die Vieh-Tränck-Gerechtigkeit.

§. 16.

Jus pascendi. 7.) Jus pascendi est jus pascendi pecora nostri prædii in alieno prædio. vid. §. 2. J. h. Papinianus l. 4. P. h. German. Die Weid-Gerechtigkeit.

§. 17.

Jus compascui. Jus autem compascui est, quod in communione Juris pascendi consistit. German. Die Koppel-Weide.

§. 18.

Præter has servitutes huc recensentur: 1.) Servitus stercorandi, German. Die Pfürch-Gerechtigkeit. 2.) Servitus arenæ fodiendæ, das Sand-Gruben-Recht/ 3.) Servitus calcis, coquendæ, das Kalch-Ofen Recht/ 4.) lapidis eximendi l. cædendi, die Steinbruchs-Gerechtigkeit/ 5.) Servitus temonis immittendi, die Teixel-Gerechtigkeit/ 6.) Servitus figulinæ habendæ, Leimen Gruben-Gerechtigkeit ꝛc. ꝛc. vid. Manzius de Servitutibus, Waitzeneggerus, imprimis Sveserus in Theatro Servitut.

§. 19.

Exempla prædiorum urbanorum. Servitus urbana est, quæ prædio urbano debetur. vid. Lib. VIII. Tit. II. P. De Servitutibus prædiorum urbanorum.

§. 20. Huc

§. 20.

Huc maxime referuntur: 1.) Servitus oneris ferendi, quæ est jus, quo vicinus vicino tenetur, ut ipsius paries l. columna onus vicini ædificii sustineat. vid. §. 1. J. h. German. Die Gebäud-Lasttragungs Gerechtigkeit. Servitus oneris ferendi.

§. 21.

In hac dominus prædii servientis obstringitur ad refectionem parietis l. columnæ. vid. Servius apud Ulpianum l. 6. §. 2. si servit. vind. Paulus l. 33. P. h.

§. 22.

2.) Servitus tigni immittendi est jus, quo vicinus tenetur, ut alterius tignum suo parieti imponatur. vid. §. 1. J. h. Ulpianus l. 8. §. 2. P. h. German. Die Tram-Gerechtigkeit. Tigni immittendi.

§. 23.

3.) Servitus projiciendi protegendique est jus, quo alter tenetur, ut mœniana mea & suggrundia exstruam. vid. Paulus l. 20. pr. P. h. Hodie huc referri possunt, Aercker oder Ausgebäude / Für-Dächer oder Wetter-Dächer. Projiciendi.

§. 24.

4.) Servitus altius tollendi est jus, quo vicinus tenetur, ut ædificium nostrum altius tollamus. vid. Ulpianus l. 11. §. 1. P. h. German. Die Bau-Gerechtigkeit. Altius tollendi.

§. 25.

Altius non tollendi. 5.) Servitus altius non tollendi est jus, quo vicinus prohibetur ædificium altius tollere. vid. §. 2. J. h. Ulpianus l. 9. Marcellus l. 10. P. h.

§. 26.

Luminum. 6.) Servitus luminum est jus, quo vicinus lumina nostra s. fenestras nostras excipere obstringitur. vid. Paulus l. 4. P. h. German. Die Liecht oder Fenster Gerechtigkeit.

§. 27.

Ne luminibus officiatur. 7.) Servitus ne luminibus officiatur est jus, quo vicinus lumina nostra ædificando non minuere tenetur. vid. Ulpianus l. 9. P. h.

§. 28.

Prospectus. 8.) Servitus prospiciendi s. prospectus est jus, quo vicinus obstringitur, ut in prædium s. hortum ejus prospiciamus. vid. Javolenus l. 12. Paulus l. 16. P. h.

§. 29.

Ne prospectui officiatur. 9.) Servitus, ne prospectui officiatur est jus, quo vicinus nihil facere potest, quod gratiorem & liberum prospectum impediat. vid. Ulp. l. 15. P. h.

§. 30.

Stillicidii. 10.) Servitus stillicidii avertendi s. recipiendi est jus, quo vicinus aquam e tecto nostro cadentem, recipere tenetur. vid. Gajus l. 2. Paulus

Paulus l. 20. §. 3. P. h. German. Die Trauf-Gerechtigkeit.

§. 31.

11.) Servitus stillicidii non recipiendi est jus, quo vicinus prohibetur stillicidium suum recipere. vid. d. l. 20. §. 5.

§. 32.

12.) Servitus fluminis avertendi s. recipiendi est jus, quo vicinus flumen h. e. aquam collectam ex pluvia ex ædibus nostris invitus suscipere tenetur. vid. Paulus l. 1. P. h.

§. 33.

13.) Servitus fluminis non avertendi s. non recipiendi est jus, quo vicinus flumen ex suis ædificiis veniens a nostro avertere & commodis suis applicare prohibetur. vid. a. d. l. Fluminis

§. 34.

14.) Servitus cloacæ est jus, quo vicinus colluviem nostram recipere obstringitur. vid. Ulp. l. 7. P. de Servitut. Cloacæ

§. 35.

Circa reliquas servitutes, quæ moribus innotuerunt, vid. Sueserus in Theatro Servitut.

§. 36.

Omnibus autem servitutibus quædam sunt communia. vid. Lib. VIII. Tit. IV. P. Communia prædiorum tam urbanorum, quam rusticorum. Servitutum constitutio. Sedes materiæ

§. 37.

Maxime huc referri possunt earundem constitutio & amissio.

§. 38.

In constitutione duo sunt notanda: 1.) personæ constituentes & adquirentes, 2.) modi constituendi & adquirendi.

§. 39.

Personæ. Servitutem constituunt, qui possunt alienare & qui plenum rerum suarum dominium atque arbitrium habent. vid. Pomponius in l. 8. P. h.

§. 40.

Excluditur itaque 1.) proprietatis dominus respectu usufructuarii. conf. tamen Thomasius in U. M. P. h. 2.) dominus utilis. vid. II. feud. 8. pr.

§. 41.

Omnes autem servitutem adquirunt, qui conditionem suam meliorem reddere possunt. vid. Ulp. l. 15. P. de Usufr.

§. 42.

Modi adquirendi variant secundum constitutionem, prout illa l. tacite l. expresse est facta.

§. 43.

Hodie ex nudo pacto servitus constitui potest. vid. Schilterus in Exerc. 8. P. h.

§. 44. Ser-

§. 44.

Servitus autem l. de futuro promittitur l. de præsenti constituitur.

§. 45.

Servitus de præsenti constituitur regulariter quasi-traditione, vid. Ulp. l. 11. §. 1. de Publ. in rem act.

§. 46.

Constituitur quoque servitus testamento. vid. Pomp. l. 19. P. quemadmodum servitut. amitt.

§. 47.

Omnes servitutes etiam adquiruntur præscriptione. vid. l. 13. C. de Servit.

§. 48.

Quod autem jus Saxonicum attinet, servitutes 30. annis, anno & die præscribuntur. vid. Sächsisch Land-Recht / Lib. I. art. 29.

§. 49.

Servitus sic constituta & adquisita certis modis iterum amitti potest. vid. Lib. VIII. Tit. VI. P. Quemadmodum servitutes amittantur. Servitutum amissio. Modi.

§. 50.

Servitutes amittuntur 1.) confusione, cum idem utriusque prædii dominus fiat. vid. §. 3. & 4. J. de usufr. Gajus l. 1. P. h. Confusio.

§. 51.

Interitus. 2.) Interitu prædii ſervientis totali, cum illud intereat & non reſtituatur, vid. Paulus l. 20. §. 2. P. de S. P. U. Javolenus l. 14. P. h.

§. 52.

Remiſſio. 3.) Remiſſione, ſi dominus ſervitutem l. expreſſe l. tacite remittat. Id quod fieri poteſt, cum aliquid permittat, quod ſervituti eſt contrarium. vid. Celſus l. 6. P. h.

§. 53.

Non-uſus. 4.) Non-uſu, uſu contrario aut abuſu. vid. Paulus l. 10. P. h.

§. 54.

Reſolutio Juris concedentis. 5.) Reſoluto jure concedentis l. exiſtente tempore l. conditione debita. vid. Marcellus l. 11. P. h. II. feud. 8.

§. 55.

Quod uſum horum modernum ſpectat, vid. Thomaſius in U. M. P. h.

Membrum III.

De Servitutibus Perſonalibus.

Servitutes Perſonales.

§. 1.

Deſcriptio. Servitus perſonalis eſt, quæ immediate perſonæ præſtatur.

§. 2.

Uſusfructus. Tales ſunt: 1.) uſusfructus, 2.) uſus, & 3.) habitatio.

§. 3. Vid.

§. 3.

Vid. 1.) Lib. II. Tit. IV. J. De Usufructu. 2.) Lib. VII. Tit. I. P. De Usufructu & quemadmodum quis utatur fruatur. 3.) Lib. III. Tit. XXXIII. C. De Usufructu. Sedes materiæ.

§. 4.

Ususfructus est jus alienis rebus utendi fruendi, salva rerum substantia. vid. pr. J. h. Paulus l. 1. P. h. Descriptio.

§. 5.

Hic constituitur l. a lege l. ab homine eoque l. a Judice l. a privato. A privato constitui potest l. inter vivos l. ultima voluntate. Constitutio.

§. 6.

Unde usufructus distingui potest in legalem, judicialem, testamentarium & conventionalem. Divisio.

§. 7.

Legalis est, quæ 1.) competit patri. vid. Thomasius in U. M. P. h. 2.) matri. vid. Sächsisch Land-Recht. Lib. 1. art. 11. Struvius Exerc. 12. §. 5. conf. autem Jus Sax. Elect. decis. 62. Carpzovius P. II. c. X. def. 13. Legalis.

§. 8.

Judicialis est, quæ constituitur in judicio familiæ erciscundæ & communi dividundo. vid. Gajus l. 6. §. 1. P. h. Ulpianus l. 6. §. 10. P. de communi dividund. §. 4. 5. J. de offic. Jud. Judicialis.

§. 9.

Testamentarius. Testamentarius est, qui venit legato, si cui legetur usus fructus, retenta proprietate, l. si legetur proprietas, deducto usufructo. vid. §. 1. J. h. Gajus l. 3. pr. & l. 6. §. 3. P. h.

§. 10.

Pactitius autem usus fructus est varius. vid. Ulpianus l. 11. §. 1. P. de Publ. in rem act. Gajus l. 3. P. h.

§. 11.

Constituitur etiam tacita voluntatis declaratione, vid. Paulus l. 28. de V. S.

§. 12.

Requiritur tamen bona fides & titulus. vid. Justinianus l. 12. C. de præscript. long. temp. l. 8. C. de præscript. 30. annor.

§. 13.

Id quod l. pure l. sub conditione fieri potest. vid. Julianus l. 4. si usus fr. pet.

§. 14.

Personæ. Usus fructus constituitur ab eo, qui plenum dominium in substantiam, liberamque bonorum administrationem habet. vid. Paulus l. 4. P. h.

§. 15.

Unde a domino utili regulariter constitui non potest, nisi 1.) ad tempus, 2.) Salvo Jure tertii.

tertii. vid. II. feud. 8. pr. Ulpianus l. 1. P. quibus modis ususfr.

§. 16.

Jus usufructuarii consistit in percipiendis fructibus quibuscunque, qui salva substantia percipi possunt. vid. Ulpianus l. 7. & 15. P. h.

§. 17.

Sunt autem fructus l. naturales l. civiles, quorum priores dispescuntur in mere naturales & industriales. Fructus.

§. 18.

Tenetur usufructuarius ad onera ferenda. vid. Pomponius l. 65. P. h. Ulpianus l. 7. 27. §. 3. Modestinus l. 52. P. h.

§. 19.

Multa vero Romanis usitata hodie circa hanc materiam otiosa esse solent. vid. Beier ad P. h. Gerhardus in Diss. de Servitut. in faciend. consistent. Thomasius in U. M. J. h.

§. 20.

Si vero ususfructus ultima voluntate pluribus conjunctim relictus sit, & alter horum conjunctorum defecerit; portio ejus reliquis adcrescit. vid. Lib. VII. De Usufructu adcrescendo. Jus adcrescendi.

§. 21.

Conjunctim hæc fit l. re, l. verbis, l. re & verbis simul.

§. 22. Ad-

§. 22.

Adcrescit ususfructus post concursum realem, nec non semel diviso usufructu. vid. Ulpianus l. 1. §. 3. P. h.

§. 23.

Dies hujus quando cedat aut veniat. Dies hujus legati non cedit a morte testatoris, ut in aliis legatis. vid. Lib. VII. Tit. III. Quando dies ususfructus legati cedat.

§. 24.

Respicitur autem, an ususfructus relictus sit l. pure l. ex die l. sub conditione.

§. 25.

Ususfructus pure legati dies cedit ab adita hereditate. vid. Gajus l. 3. P. de usufr.

§. 26.

Si vero ex die sub conditione legetur, cedit dies, cum dies veniat l. conditio existat.

§. 27.

Modi amittendi. Existit ususfructus tantum temporarius & certis modis amittitur. vid. Lib. VII. Tit. IV. P. Quibus modis ususfructus l. usus amittatur.

§. 28.

Mors naturalis & civilis. 1.) Amittitur itaque 1.) morte naturali usufructuarii & Romanorum moribus capitis deminutione quacunque. vid. §. 3. J. h. Antoninus l. 3. C. de usufruct. Justinianus l. 12. C. eod. Ulpianus l. 1. P. h. Inst. l. 17. C. de usufruct. vid. Schikerus ad J. h.

§. 29.

§. 29.

2.) Rei usufructuariæ vero & totoli interitu. vid. Ulpianus l. 10. §. 7. l. 8. & 9. P. h. Interitus rei.

§. 30.

3.) Non-usu 10. annis inter præsentes, aut 20. inter absentes, l. abusu insigni. vid. Justinianus l. 16. C. de usufr. Pomponius l. 25. P. h. Non-usus.

§. 31.

4.) Lapsu temporis pacto l. lege definito l. conditione existente. vid. Alexander l. 5. Just. l. 12. C. de usufr. l. 15. P. h. Lapsus temporis.

§. 32.

5.) Consolidatione, si nimirum jus fructuarii in proprietarium conferatur. vid. Paulus l. 27. P. h. Consolidatio.

§. 33.

6.) Denique ususfructus patri matrive competens definit quasi emancipatione. vid. Sächsisch Land-Recht. Lib. I. art. 11. conf. Lib. III. art. 74. add. Lib. I. art. 21. Quasi-emancipatio.

§. 34.

Quemadmodum legari etiam possunt res, quæ usu tolluntur l. minuuntur, ita Doctores hunc quasi-ususfructus nomine intelligunt. vid. Lib. VII. Tit. V. P. De Usufructu earum rerum, quæ usu consumuntur l. minuuntur. Quasi-ususfructus.

§. 35.

Est itaque quasi-ususfructus earum rerum, quæ Descriptio.

quæ usu consumuntur l. minuuntur. vid. Ulpianus l. 1. P. Gajus l. 2. & 7. Ulp. l. 10. 11. P. h.

§. 36.

Hic quoque tam pacto, quam testamento moribus nostris constitui potest.

§. 37.

Est tamen quasi-usufructus testamentarius rarior, pactitius autem rarissimus & multo magis loco ejusdem contractus mutui adhibetur. vid. Thomasius in U. M. P. h.

§. 38.

Legalis cautionem, quæ alias necessaria est, non requirit, judicialis autem plane non datur. vid. Thomasius l. c. Lauterbachius h.

§. 39.

Usus. Sedes materiæ. Jam occurrunt usus & habitatio. vid. 1.) Lib. II. Tit. V. J. De usu & habitatione. 2.) Lib. VII. Tit. VIII. De usu & habitatione. 3.) Lib. III. Tit. XXXIII. De usufructu & habitatione.

§. 40.

Descriptio. Usus est jus aliena re ad necessariam vitæ subsidium utendi, salva rei substantia. vid. §. 1. J. h. German. Der blose Gebrauch.

§. 41.

Constitutio. Constituitur iisdem modis, quibus ususfructus. vid. pr. J. h. Gajus l. 1. P. h.

§. 42. Ne-

§. 42.

Necessarium vitæ subsidium æstimatur ex dignitate & familia utentis. vid. Ulpianus l. 12. §. 1. 2.

§. 43.

Si itaque familia augeatur, augeri quoque debet usus. vid. Pomponius l. 22. P. h.

§. 44.

Non autem necesse est, ut studeamus subtilitati veterum JCtorum. vid. §. 4. J. h. Ulpianus l. 12. §. 2. P. & l. 7. C. de curs. publ. conf. Schilterus in Exerc. 17. ad P.

§. 45.

Habitatio est jus alienas ædes inhabitandi. vid. §. 5. J. h. German. Die Wohnungs-Gerechtigkeit. Habitatio.

§. 46.

Differt hæc ab usu & usufructu, dum nec capitis deminutionem, nec non-usu finitur. vid. Ulpianus l. 10. P. h. Modest. l. 10. P. de cap. deminut.

§. 47.

Valde inconvenienter agunt, qui ab hac servitute ad ædes parochiales l. dotalitium argumentantur. vid. Henelius de Jur. dotalit.

§. 48.

Quod usumfructum servorum concernit, illius consideratio hodie est otiosa. vid. tamen Lib.

Lib. VII. Tit. VII. P. De operis servorum, conf. autem. Beier ad P. de usufr.

§. 49.

Cautio. In servitutibus personalibus adquirens cautionem præstare debet. vid. Lib. VII. Tit. IX. P. Usufructuarius quemadmodum caveat.

§. 50.

Descriptio. Hæc est, qua proprietarius l. fidejussoribus l. pignoribus l. juramento, si aliter fieri non possit, de re securus redditur. vid. Ulpianus l. 1. pr. §. 3. P. h. conf. Lauterbachius h.

§. 51.

Remissio. Remittitur tamen hæc cautio 1.) ipso jure usufructuario, cui proprietas rei ex die est relicta. vid. Ulpianus l. 9. §. 2. P. h. 2.) patri in bonis adventitiis liberorum, nisi dissipationis periculum immineat, & nulla bona immobilia possideat. vid. Justinianus l. 8. §. 4. C. de bonis, quæ liberis. conf. Schilterus in Exerc. XVII. §. 65.

§. 52.

Actiones. Sedes materiæ. Ceterum duæ sunt actiones, quibus servitutes personales & reales vindicamus l. negamus. Illa dicitur confessoria, hæc negatoria. vid. Lib. VII. Tit. VI. P. Si ususfructus petatur l. ad alium pertinere negetur. Lib. VIII. Tit. V. P. Si servitus vindicetur.

§. 53.

Confessoria. Actio confessoria est, quæ datur adversus quemvis impedientem, ut servitus l. realis l. per-

l. personalis vindicetur. vid. §. 2. J. de act. Ulpianus l. 5. pr. 6. 1. P. h.

§. 54.

Negatoria vero est, qua dominus negat, alteri in re sua servitutem competere. vid. Ulpianus l. 2. pr. l. 4. §. 7. P. h. Negatoria.

§. 55.

Confessoria & negatoria est l. directa l. utilis. vid. Struvius in Exerc. XII. th. 43. 47.

Capitis Secundi

Sect. IV.

De Jure in Re quoad pignus.

Pignus.

§. 1.

Tertia Juris in Re species est Jus pignoris.

§. 2.

Vid. 1.) Lib. II Tit. VIII. §. 1. J. Quibus alienare licet l. non. 2.) Lib. XX. Tit. I. P. De Pignoribus & hypothecis & qualiter ea contrahantur & de pactis pignorum. 3.) Lib. VIII Tit XIV. C. De pignoribus & hypothecis. Tit. XXII. De Prætorio pignore & ut in actionibus debitorum missio Prætorii pignoris procedat. Tit XXIII. Si in causa judicati pignus captum sit. Tit. XXV. De partu pignoris & omni causa. Tit. XXXV. De Pactis pignorum & de lege commissoria in pignoribus rescindenda. Sedes materiæ.

§. 3.

Pignoris vocabulum denotat: 1.) contractum, 2.) Jus in re, 3.) rem pignori datam. vid. Ulpianus l. 1. §. 4. P. de pact. l. 1. P. de pign. act. l. 6. P. eodem. Notatio vocis.

§. 4.

Nobis h. l. eſt tanquam Jus in re, creditori ſuam in ſecuritatem legitimo modo conſtitutum. vid. Marcianus l. 5. P. h.

§. 5.

Eſt itaque pignus jus in Re. vid. Paulus l. 18. §. 2. P. de pign. act.

§. 6.

Conſtituitur creditori & omni, qui mutuum dare poteſt. vid. Marcianus l. 5. P. h.

§. 7.

Supponitur autem debitum verum. vid. Ulpianus l. 11. §. 1. 3. P. de pign. act.

§. 8.

Poteſt etiam conſtitui a tertio. vid. Marcianus l. 5. §. 2. P. h.

§. 9.

Si modo conſtituatur legitime ſ. autoritate publica ſ. privata.

§. 10.

Diviſio. Unde pignus eſt l. publicum l. privatum.

§. 11.

Publicum. Publcum eſt, quod in judicii l. coram tribus teſtibus eſt conſtitutum. vid. Leo l. 11. C. qui potiores in pignore habeantur.

§. 12. Pri-

§. 12.

Privatum eſt, quod l. conventione l. traditione l. ultima voluntate conſtitutum. vid. Gajus l. 4. P. h. Ulpianus l. 26. P. de pign. act. Privatum.

§. 13.

Publicum Jure Romano diſtinguitur in judiciale & Prætorium. vid. autem Beier ad P. h. Schilterus Exerc. 32. §. 15.

§. 14.

Diſtinguitur etiam in neceſſarium & voluntarium, ad illud refertur etiam pignus legale.

§. 15.

Porro pignus dividitur in generale & ſpeciale. Generale.

§. 16.

Illud eſt, quod in omnibus debitoris bonis conſtitutum. vid. Ulpianus l. 16. Paulus l. 29. P. h. conf. Franzckius ad P. h. n. 15.

§. 17.

Hoc eſt, quod ſaltem in quibusdam a debitore datum. vid. Papinianus l. 1. §. 1. P. de pign. Speciale.

§. 18.

Legale dicitur, quod ipſa lege l. conſuetudine conſtituitur. Dicitur etiam tacitum. Legale.

§. 19.

Sedes materiæ. Vid. 1.) Lib. XX. Tit. II. P. In quibus causis pignus l. hypotheca tacite contrahitur. 2.) Lib. VIII. Tit. XV. P. In quibus causis pignus l. hypotheca tacite contrahitur.

§. 20.

Divisio. Distinguitur in universale & particulare. Illud omnia debitoris bona, hoc quædam in specie adficit.

§. 21.

Universale quibus concedatur. Pignus tacitum universale conceditur: 1.) Fisco in bonis administratorum suorum, & in causa contractuum, ut & in tributorum ac debitorum, nec non J. S. in causa pœnarum. vid. Hermogenianus l. 46. P. de Jur. Fisc. Antoninus l. 2. C. in quibus caus. pignus. Antoninus l. 1. C. h. conf. Chur-Sächsische Process-Ordnung. Tit. 43. Carpzovius P. I. c. 28. def. 115. 116.

§. 22.

2.) Conjugi pro dote, alimentis & bonis paraphernalibus, nec non dotis augmento. vid. Lauterbachius in Comp. J. h.

§. 23.

3.) Pupillis & minoribus in bonis tutorum & curatorum. vid. Ulpianus l. 7. P. Qui potiores in pign.

§. 24.

4.) Liberis in bonis patris bona materna administrantis l. in bonis vitrici, cui mater legi-

legitima tutrix nupſit. vid. Juſtinianus l. 6. C. de bonis, quæ liberis. Theodoſius l. 6. C. h.

§. 25.

5.) Legatariis in rebus teſtatoris, vid. l. 1. C. de leg.

§. 26.

Particulare vero tribuitur: 1.) ei, qui in refectionem domus credidit neceſſariam. vid. Papinianus l. 1. P. h. Ulpianus l. 5. P. Qui potiores in pign. Particulare quibus tribuatur.

§. 27.

2.) Locatori prædii urbani ratione mercedis in illatis & invectis, nec non ratione damni dolo, culpa lata l. levi dati. vid. Marcianus l. 2. Neratius l. 4. P. h.

§. 28.

3.) Locatori prædii ruſtici in fructibus, non vero in illatis & invectis. vid. Pomponius l. 7. P. h.

§. 29.

Quod uſum hujus juris attinet, vid. Stryckius in U. M. P. h. §. 5. Schilterus in Exerc. 33. §. 28.

§. 30.

Dantur autem res, quæ pignori dari non poſſunt. vid. 1.) Lib. XX. Tit. III. P. Quæ res pignori obligari non poſſunt. 2.) Lib. VIII. Tit. XVII. C. Quæ res pignori obligari poſſunt l. non. Tit. XVI. Si aliena res pignori data Quæ res pignori dari non poſſunt. Sedes materiæ.

ſit. Tit. XXI. Si communis res pignori data ſit. Tit. XXIV. Si pignus pignori datum ſit.

§. 31.

Excluduntur itaque: 1.) res, quæ ſunt extra commercium privatorum, ut olim Sacræ, Sanctæ, religioſæ. vid. Antoninus l. 3. C. h. conf. Dioclet. l. 6. C. h.

§. 32.

2.) Res, quarum uſus ad cultum Numinis exercendum pertinet. vid. Juſtinianus l. 21. C. de SS. Eccleſ.

§. 33.

3.) Res feudales. II. feud. 55. niſi adſit ſpeciale privilegium l. conſenſus domini directi.

§. 34.

4.) Res fideicommiſſariæ, dotales, litigioſæ, pupillares &c. vid. Marcianus l. 1. P. h. Severus l. 1. C. Si aliena res. Antoninus l. 1. C. Si res commun. pign.

§. 35.

5.) Servitutes reales. vid. Marcianus l. 11. Paulus l. 12. P. de pign.

§. 36.

6.) Inſtrumenta ad culturam agri pertinentia. vid. Conſtant. & Honor. l. 7. 8. C. h. conf. Struvius in Exerc. 26. th. 18. add. itaque Beier ad P. h. Thomaſius in U. M. P. h. Ludovici in Comp. P. h. §. 3.

§. 37. Effe-

§. 37.

Effectus pignoris est, 1.) pignoris persecutio, quæ parit actionem in rem & dicitur hypothecaria. vid. Ulpianus l. 17. P. de pign. Dioclet. & Maximian. l. 18. C. de pign. Effectus persecutio pignoris.

§. 38.

Quæ datur creditori adversus debitorem & possessorem quemcunque ad rei oppignoratæ restitutionem & possessionem consequendam. vid. §. 7. J. de act.

§. 39.

Distinctione inter Servianam & quasi-servianam hodie non opus est. vid. Beier P. h. Thomasius in U. M. P. h.

§. 40.

Instituitur hodie l. processu summario l. ordinario. vid. Schilterus in Exerc. 32. §. 17. 20.

§. 41.

Debent autem adesse 1.) legitimæ probationes, 2.) tempus legibus definitum. vid. Paulus l. 41. P. de pign. l. 2. C. Si adversus credit. præsc.

§. 42.

2.) Secundus effectus est jus pignus retinendi. vid. Gordianus l. un. C. etiam ob chirograph. pec. pign. teneri, Retentio.

§. 43.

3) Tertius effectus est jus pignus distrahendi, Distractio.

hendi, mora debitoris interveniente. vid. Papinianus l. 4. P. de pign. Paulus l. 13. P. eod.

§. 44.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. XX. Tit. V. P. De distractione pignorum. 2.) Lib. VIII. Tit. XXVIII. C. de distractione pignorum. Tit. XXIX. Debitorem venditionem pignoris impedire non posse. Tit XX Si antiquior creditor pignus vendiderit. Tit. XXXIV. De Jure dominii impetrando.

§. 45.

Hæc distractio fieri potest l. jure conventionis l. lege permittente. vid. Papinianus l. 3. Paulus l. 13. P. h.

§. 46.

Si convenerit, ut pignus distrahere liceat, non impeditur distractio. vid. §. 1. J. Quibus alienare licet.

§. 47.

Si convenerit, ne alienetur, opus est denunciatione trina per intervalla, alias furti obstringeretur creditor. vid. Ulpianus l. 4. de pign. act. l. 4. C. h.

§. 48.

Ubi vero nihil convenerit, licet distrahere, si modo una denunciatio l. sententia judicialis præcedat. vid. Justinianus l. 3. §. 1. C. de Jur. domin. impetr.

§. 49.

Venditio fieri debet bona fide & sine collusione. vid. Gordianus l. 4. C. Si vendit. pign. agat.

§. 50. Ju-

§. 50.

Judicialiter vendi ſolent res immobiles, vid. Struvius Exerc. 26. th. 47. conf. Grœnewegen ad Tit. C. de Jure domin. impetrand. Philippi in Tract. de Subhaſtationibus.

§. 51.

Si vero circa hoc diverſorum jura quæſita concurrant, dum una res pluribus eſt oppignarata, publicum ſemper præfertur privato. vid. 1.) Lib. XX. Tit. V. P. Qui potiores in pignore l. hypotheca habeantur & de his, qui in priorum creditorum locum ſuccedunt. 2.) Lib. VIII. C. Qui potiores in pignore habeantur. Tit. XIX. De his, qui in priorum creditorum locum ſuccedunt, imprimis, vid. Leo l. 11. C. h.

§. 52.

Ceterum ſunt modi, quibus vinculum pignoris ſolvitur. vid. 1.) Lib. XX. Tit. VI. P. Quibus modis pignus l. hypotheca ſolvitur. 2.) Lib. VIII. Tit. XXVI. C. De Remiſſione. Tit. XXXI. De luitione pignoris. Modi pignus ſolvendi.

§. 53.

Solvitur 1.) interitu rei oppignoratæ vero & totali. vid. Marcianus l. 8. P. h. l. 13. pr. P. de pign. conf. Sächſiſch Land-Recht/ Lib. III. art. 5. Colerus P. I. dec. 7.

§. 54.

2.) Remissione, liberatione judiciali, fidejussione & jurejurando. vid. Marcianus l. 5. Tryphoninus l. 13. P. h. Severus l. 2. C. de remissione pignor.

§. 55.

3.) Sublato debito principali. vid. Gordianus l. 6. C. de distract. pign.

§. 56.

4.) Resoluto Jure, quod debitori principali competebat. vid. Scævola l. 31. P. de pign. Ulpianus l. 6. pr. P. h.

Capitis Secundi

Sect. V.

Possessio.

De Jure Possessionis.

§. 1.

Quarta & ultima Juris in Re species est possessio.

§. 2.

Sedes materiæ. Vid. 1.) Lib. II. Tit. IX. §. 3. 4. 5. Per quas personas cuique adquiritur. 2.) Lib. XLII. Tit. II. P. De adquirenda l. amittenda possessione. 3.) Lib. VII. Tit. XXXII. C. De adquirenda & retinenda possessione.

§. 3.

Notatio vocis. Vocabulum possessionis accipitur l. Grammatice l. Juridice.

§. 4. Gram-

§. 4.

Grammatice denotat quamvis rei detentionem sine animo possidendi. vid. Paulus l. 1. §. 1. Pomponius l. 25. P. h.

§. 5.

Juridice vero notat talem possessionem, quæ peculiares Juris effectus adficit.

§. 6.

Est itaque possessio factum, quod quidem jus in re adficit, sed actione reali destituitur. vid. Strauchius in Diss. VI. th. 11. & Thomasius ad eundem. Definitio.

§. 7.

Dividitur in naturalem & civilem. Divisio.

§. 8.

Naturalis est detentio rei sine animo sibi habendi; Civilis est detentio rei cum animo sibi habendi.

§. 9.

Naturalis ratione modi quoque dicitur, si quis rem ipse corporali actu possideat; Civilis autem, si quis rem solo animo retineat.

§. 10.

Porro est l. bonæ l. malæ fidei, l. justa l. injusta l. propria l. impropria.

§. 11. Pos-

§. 11.

Possessio bonæ fidei est, quando quis credit, se jure possidere; malæ fidei, quando quis probe scit, se alterius injuria rem retinere.

§. 12.

Justa est, si quis rem justo titulo possideat; injusta, quæ injusto titulo nititur.

§. 13.

Propria dicitur, quæ est rerum corporalium, impropria incorporalium.

§. 14.

Præterea est l. vera l. ficta, prout quis l. possidet l. pro possessore habetur.

§. 15.

Potest itaque una res a pluribus in solidum possideri. vid. Paulus l. 3. §. 5. P. h.

§. 16.

Modus adquirendi. Omnis autem possessio adquiritur adprehensione atque exercitio juris possidendi. vid. Paulus l. 3. §. 3. P. h.

§. 17.

Impeditur itaque furiosus. vid. Paulus l. 1. §. 3. P. h.

§. 18.

Retinetur tamen possessio solo animo. vid. §. 5. J. de Interdict. Papinianus l. 44. §. 2. l. 45. 46. in fin. l. 25. §. 1. P. h.

§. 19. Va-

§. 19.

Varii sunt possessionis effectus: 1.) defensio privata, ut eam, vim vi repellendo, tueri liceat. vid. Ulpianus l. 1. §. 27. Paulus l. 8. P. h. Effectus.

§. 20.

2.) Præsumtio pro possessore. vid. Diocletianus l. 28. C. de R. V.

§. 21.

3.) Facultas exercendi actus possessorios & fructus ex re possessa percipiendi. vid. Paulus l. 1. §. 1. P. h. l. 2. C. h.

§. 22.

Possessio aliquando turbatur, aliquando plane amittitur.

§. 23.

Turbatio est actus, quo liberæ & quietæ possessionis exercitium impeditur. Turbatio

§. 24.

Hæc fieri potest l. in judicio l. extra judicium & quidem l. verbis l. factis. Subveniunt autem hic legum interdicta, de quibus sectione sequente dicetur. vid. Ulpianus l. 6. P. h.

§. 25.

Amissio vero possessionis contingit l. solo animo l. facto & animo. Amissio.

§. 26. Solo

§. 26.

Solo animo fit, si quis desinat animo sibi habendi rem detinere. vid. Paulus l. 3. §. 6. P. h.

§. 27.

Solo corpore accidit, si quis invitus possessione dejiciatur. vid. Paulus l. 7. l. 15. P. h. conf. Thomasius in U. M. P. h.

Capitis Secundi

Sect. VI.

Actiones ad Jus in Re pertinentes.

De Remediis s. actionibus ad jus in re pertinentibus.

§. 1.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. IV. Tit. VI. J. de Act. 2.) Lib. XLIV. Tit. VII. P. d. O. & A. 3.) Lib. IV. Tit. X. C. d. O. & A.

§. 2.

Actiones principales.

Supra dictum est de actionibus præjudicialibus, sequuntur jam principales.

§. 3.

Hæ oriuntur ex Jure rerum, suntque l. reales l. personales l. mixtæ.

§. 4.

Reales dicuntur, quæ oriuntur ex Jure in re, & dantur contra quemvis possessorem.

§. 5. Per-

§. 5.

Perſonales, quæ oriuntur ex Jure ad rem, & certæ perſonæ adhærent.

§. 6.

Mixtæ ſunt, quæ ex utroque derivantur, e. g. actio familiæ erciſcundæ, de communi dividundo.

§. 7.

Diſtinguuntur etiam actiones ratione cauſæ efficientis in nativas & dativas, ſed deeſſe videtur uſus. vid. Thomaſius in U. M. P. h.

§. 8.

Porro ratione formæ diſtinguunt inter actiones bonæ fidei, ſtricti juris & arbitrarias. vid. autem Stryckius in U. M. P. h.

§. 9.

Præter has diſtinctio fit inter actiones rei, perſecutorias, pœnales & mixtas. vid. autem Thomaſius in Diſſ. de. uſ. act. pœnal.

§. 10.

Diſtinguitur tandem inter actiones populares & criminales, inter civiles & Prætorias, inter directas & utiles, & inter actiones in factum & præſcriptis verbis. vid. autem Beier ad P. de Præſcript. verb.

§. 11.

Dicendum h. l. eſt de remediis ſ. actionibus ad jus in re pertinentibus. Ad Jus in Re.

§. 12. Ad

§. 12.

Ad hoc autem tuendum & persequendum dantur non tantum extraordinariæ persecutiones, sed etiam actiones cum possessoriæ, tum petitoriæ.

§. 13.

Extraordinariæ persecutiones. Refertur ad illas 1.) imploratio ex lege diffamari. vid. rescriptum Diocletiani l. 5. C. de ingenuis manumiss. conf. Stryckius in Introduct. ad prax. forens. c. V. §. 11. Ludovici in der Einleitung zum Civil-Procefs. c. V. Carpzovius P. I. c. VII. def. 27.

§. 14.

2.) Imploratio ex lege, si contendat. vid. Paulus l. 28. P. de Fidejussor. & mandat. conf. Stryckius l. c. §. 3. Ludovici l. c. §. 7. Carpzovius in Procefs. Tit. XXV. art. 6. n. 57.

§. 15.

Actiones. Actiones sunt l. possessoriæ l. petitoriæ.

§. 16.

Possessoriæ. Possessoriæ actiones sunt l. possessionis adipiscendæ l. retinendæ l. recuperandæ.

§. 17.

Possessionis adipiscendæ. Actiones possessoriæ possessionis adipiscendæ tendunt ad possessionem, quam nunquam habuimus, vid. 1.) Lib. IV. Tit. 15. J. De Interdictis. 2.) Lib. XLII. Tit. I. P. de Interdictis. 3.) Lib. VIII. Tit. I. P. de Interdictis, inprimis heic §. 2. 3. J. h.

§. 18. Quoad

§. 18.

Quoad possessionem juris hereditarii pertinet huc: 1.) interdictum quorum bonorum. vid. 1.) Lib. XLIII. Tit. II. P. Quorum bonorum. 2.) Lib. VIII. Tit. II. C. Quorum bonorum. Lib. VI. Tit. XXXIII. De edicto D. Hadriani tollendo.

§. 19.

Hoc interdictum competit heredi, adversus eum, qui hereditatem pro herede l. pro possessore possidet, ad consequendam hereditatem. conf. Stryckius in U. M. P. h. §. 1. Schilterus in Exerc. 47. §. 23.

§. 20.

2.) Peculiare remedium est ex lege fin. C. de edicto D. Hadriani tollendo. Per hoc heres in testamento agit ad possessionem rerum hereditariarum. vid. Stryckius in U. M. P. h. §. 11. it. de investigandis act. Sect. II. m. 3. §. 8. seqq.

§. 21.

3.) Interdictum quod legatorum. vid. 1.) Lib. XLIII. Tit. III. P. Quod legatorum. 2.) Lib. VIII. Tit. III. C. Quod legatorum.

§. 22.

Est autem hoc interdictum, quo heres post aditam hereditatem agit contra legatarios, ut quod legatorum nomine non ex vo-

luntate heredis occuparint, restituant. vid. Ulpianus l. 1. §. 2. P. h. conf. Stryckius in U. M. P. h. §. 11. Schilterus in Exerc. 47. §. 29. add. Beier ad P. h.

§. 23.

Quod autem jus pignoris attinet, competit interdictum Salvianum. vid. 1.) Lib. XLIII. Tit. XXXIII. P. De Salviano interdicto. 2.) Lib. VIII. Tit. IX. C. De precario & Salviano interdicto.

§. 24.

Hoc competit creditori ad possessionem rei oppignoratæ eo citius consequendam. vid. Julianus l. 1. P. h. conf Struvius in Exerc. 45. §. 171. Beier ad P. h.

§. 25.

Possessionis retinendæ.

Remedia retinendæ possessionis tendunt ad possessionem, quam habemus, retinendam vid. §. 4. J. h.

§. 26.

Talia sunt: 1.) interdictum, uti possidetis. vid. 1.) Lib. XLIII. Tit. XVII. P. Uti possidetis. 2.) Lib. VIII. Tit. VI. C. Uti possidetis.

§. 27.

Hoc est prohibitorium & competit turbato, adversus turbantem, ut a turbatione desistat, & omne, quod interest, restituat. vid. Ulpianus l. 1. §. 1. l. 3. §. 11. P. h. conf. Thomasius in U. M. P. h. Beier ad P. h.

§. 28.

§. 28.

2.) Interdictum utrubi. vid. Lib. XLIII. Tit. XXXI. P. Utrubi.

§. 29.

Versatur hoc interdictum circa res mobiles; de reliquo autem cum præcedenti eandem habet vim. vid. Ulpianus l. 1. P. h.

§. 30.

Præter hæc sunt etiam alia quædam interdicta specialia, quibus Romæ aliquid defendebatur l. inhibebatur, vid. itaque 1.) interdictum de superficiebus, Lib. XLIII. Tit. XIIX. P. 2.) interdictum de itinere actuque privato, Lib. XLIII. Tit. XIX. P. 3.) interdictum de aqua quotidiana & æstiva. Lib. XLIII. Tit. XX. P. 4.) interdictum de rivis. Tit. XXI. P. 5.) interdictum de fonte. Tit. XXII. P.

§. 31.

Verum, primum non est novum, sed præcedentis adplicatio ad superficiem; reliqua hodie non requiruntur & sufficit nobis interdictum, uti possidetis. vid. Schilterus in Exerc. 47. §. 63.

§. 32.

Per edictum vero, quod vi aut clam, ea, quæ sic facta sunt, restituere jubentur. vid. Lib. XLIII. Tit. XXIV. P. Quod vi aut clam.

§. 33.

Remedia denique recuperandæ possessionis competunt ad possessionem, quam amisimus, recuperandam. vid. §. 6. J. h. Possessionis recuperandæ.

§. 34.

Spectat huc interdictum de vi & vi armata. vid. 1.) Lib. XLIII. Tit. XVI. P. De vi & de vi armata. 2.) Lib. VIII. Tit. IV. C. Unde vi. Alias etiam dicitur interdictum, unde vi.

§. 35.

Hoc datur vi de possessione rei immobilis dejecto, adversus dejicientem, ad possessionem cum accessionibus, refusis damnis & expensis recuperandam. vid. Ulpianus l. 1. §. 1. P. h. Paulus l. 6. P. eodem.

§. 36.

Remedia Juris Canonici.

Verum in foris Germaniæ hodie frequens est usus remediorum Juris Canonici ex C. redintegr. III. q. 1. & ex c. 18. X. de restitut. Spol. conf. Thomasius in U. M. P. h. Linckius ad X. de restitut. Spol. add. Zieglerus.

§. 37.

Actiones Petitoriæ.

Actiones autem petitoriæ sunt, quibus declaratio juris in re petitur. Dicuntur vindicationes. vid. Stryckius de investig. act. Sect. II. m. 1. §. 3.

§. 38.

Tales actiones sunt: vindicatoria, hereditaria, confessoria & hypothecaria. vid. §. 1. J. de act. Lib. VI. Tit. I. P. De rei vindicatione. Tit. II. De Publicana in rem actione. §. 28. J. de Act. Lib. V. Tit. III. P. §. 20. J. de Act. Lib. X. Tit. II. P. Familiæ erciscundæ. Lib. III. Tit. XXXVI. C. Familiæ erciscundæ. §. 2. J. de act. §. 7. J. eod. conf. Stryckius de investigand. act. Sect. II. m. 1. 3.

Cap.

Cap. III.

De Jure ad Rem.

Jus ad Rem.

§. 1.

Hæc erant de Jure in Re, nunc transeamus ad Jus ad Rem.

§. 2.

Contenta.

I. Jus ad Rem & obligatio generatim.
II. Jus ad Rem ex Lege.
III. Jus ad Rem ex Pollicitationibus.
IV. Jus ad Rem ex Conventionibus.
V. Jus ad Rem ex obligatione quoad delicta.
VI. Actiones ad Jus ad Rem pertinentes.

Capitis Tertii

Sect. I.

De Jure ad Rem & obligatione generatim.

Generatim.

§. 1.

Vid. 1.) Lib. III. Tit. XIV. J. De Obligationibus. 2.) Lib. XLIV. Tit. VII. P. De Obligationibus & actionibus. 3.) Lib. IV. Tit. X. C. De obligationibus & actionibus. Sedes materiæ.

§. 2.

Definitio. Jus ad Rem est facultas, jure alicui competens, ad rem, a persona ipsi obligata, ad aliquid postulandum. vid. Paulus l. 3. pr. P. h.

§. 3.

Obligatio. Obligatio est vinculum Juris, quo alius nobis obstringitur ad aliquid præstandum. vid. Paulus l. 3. P. h.

§. 4.

Divisio. Dividitur obligatio in naturalem, civilem & mixtam.

§. 5.

Naturalis dicitur, quæ ex jure naturæ tantum dependet, cujus æquitate ad aliquid præstandum adstringimur. vid. Ulpianus l. 8. §. 3. P. de fidejuss. Venulejus l. 18. P. de Senatusconsult. Maced.

§. 6.

Civilis est, quæ dependet ex lege civili, cujus dispositione ad aliquid præstandum obligamur.

§. 7.

Mixta est, quæ ex utriusque juris concentu pendet, & sic ad aliquid præstandum obstringit.

§. 8.

Naturalis olim tantum exceptionem l. remedium Prætorium producebat; civilis autem

tem & mixta vi legum positivarum obtinebat. vid. Ulpianus l. 7. §. 1. de Pact.

§. 9.

Hodie tamen ob quodvis factum, quod Juri naturæ adversatur, officium judicis imploratur.

§. 10.

Porro dividitur obligatio in civilem & Prætoriam, quæ fere nullius est usus.

§. 11.

Denique distinguitur etiam inter obligationem plenam & minus plenam; externam & internam.

§. 12.

Verum enim vero minus plena & interna magis Theologiæ & Philosophiæ, quam Jurisprudentiæ forum spectat.

§. 13.

Constituunt autem obligationem homines tam sui, quam alieni juris. vid. 1.) Lib. III. Tit. XXIX. J. Per quas personas nobis obligat. adquiritur. 2.) Lib. IV. Tit. XXVII. C. Per quas personas nobis adquiritur. Personæ.

§. 14.

Oritur itaque obligatio l. immediate ex legis dispositione l. mediate ex consensu facto obligatorio constituto. Origo.

§. 15.

In illa lex personam sine facto sola ex æquitate naturali ad aliquid præstandum obstringit. Vocatur obligatio immediata.

§. 16.

In hac autem factum obligatorium, quod est l. promissum l. delictum, personam ad aliquid præstandum obstringit. Dicitur obligatio mediata.

§. 17.

Ad illud Jure Romano refertur pollicitatio & conventio; ad hoc autem variæ species pertinent.

§. 18.

Hæc pro diversitate Juris Romani & Germanici diversimode quoque consideranda sunt.

Capitis Tertii
Sect. II.

Jus ad Rem ex legis dispositione.

De Jure ad Rem, quod immediate ex legis dispositione oritur.

§. 1.

Descriptio.

Hæc obligatio immediata est, quæ immediate ex legis dispositione oritur, sine respectu ad factum obligatorium.

§. 2. Hac

§. 2.

Hac ratione obligantur : 1.) parentes ad alimenta præstanda liberis & vice mutua. vid. Paulus l. 4. Ulp. l. 5. pr. §. 1. 2. 4. 7. 14. P. de agnosc. & alend. lib. Personæ quæ sic obligantur.

§. 3.

2.) Obstringuntur quoque sic parentes filiis ad donationem propter nuptias, filiabus ad dotem constituendam. vid. Marcianus l. 9. P. de R. N. Ulpianus l. 14. d. J. D. Justinus l. ult. de dotis promiss. conf. Stryckius de investig. act. Sect. I. m. 2. §. 3. seqq. Lauterbachius in Diss. de donat. propter nuptias.

§. 4.

3.) Sic obligantur ex bono & æquo omnes, ad quos res alterius sine causa pervenit, ad eam restituendam. vid. Celsus l. 32. P. d. R. C. conf. Grotius de J. B. & P. Lib. II. c. 10.

§. 5.

Ad hoc jus consequendum hodie sine speciali condictionis nomine officium judicis implorari potest. vid. Lib. XIII. Tit. III. P. De condictione ex lege. conf. Lauterbachius in Comp. h. add. autem Beier ad P. h.

Capitis Tertii
Sect. III.
De Jure ad Rem ex pollicitationibus.

Jus ad Rem ex Pollicitationibus.

§. 1.

Sedes materiæ. Vid. Lib. L. Tit. XII. P. De pollicitationibus.

§. 2.

Descriptio. Pollicitatio est nuda ac spontanea promissio Reipublicæ facta. vid. Ulpianus l. 3. pr. P. h.

§. 3.

Hæc, si Deo l. piæ causæ est facta, dicitur votum. vid. Ulpianus l. 2. §. 1. 2. P. h.

§. 4.

Obligatio. Si hodie pollicitatio adpareat, valebit tanquam pactum, & is, qui promisit, ad solutionem promissi quoque obstringetur. vid. Titius in obs. ad Lauterbach. h.

Capitis Tertii
Sect. IV.
De Jure ad Rem ex Conventionibus.

Jus ad Rem ex Conventionibus.

§. 1.

Definitio. Conventio est factum aliquod civile duorum l. plurium. vid. Ulpianus l. 19. P. d. V. S.

§. 2. Di-

§. 2.

Distinguitur in conventionem specialiter sic dictam s. pactum & contractum. Distinctio.

Membrum I.

De Jure ad Rem quoad pacta. Pacta.

§. 1.

Vid. 1.) Lib. II. Tit. XIV. P. De Pactis. 2.) Lib. II. Tit. III. C. De Pactis. Sedes materiæ.

§. 2.

Pactum Jure Romano est nomen speciale; conventio autem generale. vid. Ulpianus l. 1. §. 3. P. h.

§. 3.

Vulgo dicitur duorum in idem placitum consensus. Ulpianus l. 1. §. 2. §. h.

§. 4.

Nobis itaque pactum est consensus, quo duo l. plures ad paciscendum habiles de re aliqua aut actione rite consentiunt, ut alter exinde jus accipiat ab altero aliquid postulandi, quod citra hoc promissum postulare non potuisset. Definitio.

§. 5.

Debent autem homines pacturi esse habiles & paciscendi facultate instructi. Personæ.

§. 6.

Hac ratione imprimis requiritur consensus, qui legitime declaretur.

§. 7. Non

§. 7.

Non debet itaque impediri, id quod l. ratione intellectus l. ratione voluntatis fieri poteſt.

§. 8.

Intellectum impedit ætas, furor ebrietas & error, voluntatem autem coactio & metus.

§. 9.

Unde leges civiles prohibent conventiones infantum ſeptem annis minorum. vid. Theodoſ. & Valent. l. 18. §. 3. C. de Jur. delib. Decius l. 3. C. de adquirend. & retinend. poſſeſſ.

§. 10.

Porro furioſus ſ. ſtipuletur ſ. promittat, nihil agit. vid. Gajus l. 1. §. 12. P. de O. & A.

§. 11.

Niſi adfuerit dilucidum intervallum. vid. Celſus l. 18. §. 1. P. de adquirend. l. omittend. poſſeſſ.

§. 12.

Præterea propter rationis paritatem huc pertinent ebrii. vid. Pufendorfius de J. N. & G. Lib. III. c. VI. §. 4.

§. 13.

Pari denique ratione de Jure Civili nulla voluntas eſt ei, cui bonis interdictum eſt, niſi con-

concurrat consensus curatoris. vid. Pomponius l. 40. de R. J. Antonin. & Justin. l. 1. 6. C. de Curator. furios.

§. 14.

Ceterum feminæ quoque præsertim Jure Saxonico communi in judicialibus, electorali autem semper consensu curatoris ad contrahendum opus habent. vid. Land-Recht/ Lib. I. art. 45. conf. Constitut. Elect. 15. P. II. conf. Ludolphus de Jure feminarum illustr. Sect. I. §. 25. seqq.

§. 15.

Plurimum pactum impediunt dolus, error & metus. vid. Ulpianus l. 116. §. 2. P. de R. J. Paulus l. 12. P. de dol. mal. Ulp. l. 134. §. 1. P. d. R. J. conf. l. 51. P. h. Pufendorfius de Jur. Nat. & Gent. Lib. III. c. VI.

§. 16.

Res autem debent esse possibiles tam naturaliter, quam moraliter tales, & ita excluduntur impossibiles. vid. Justinian. §. 2. 10. J. de inutil. stipulat. Res.

§. 17.

Rebus sic positis oritur obligatio id præstandi, quod mutuo est promissum.

§. 18.

Pactum est l. publicum l. privatum. Illud gentes & Respublicæ, hoc cives inter se ineunt. vid. Ulpianus l. 5. P. h. Divisio.

§. 19. Hoc

§. 19.

Hoc eſt l. præparatorium l. principale, id quod communi more loquendi eſt l. nudum l. non-nudum.

§. 20.

Nudum eſt juris gentium & in nudis placiti finibus ſubſiſtit; non-nudum autem ſ. veſtitum producit non tantum exceptionem, ſed & actionem.

§. 21.

Eſtque l. legitimum l. adjectum. Illud eſt, quod lege ſuſtinetur; hoc, quod non per ſe ſolum, ſed ope contractus, cui eſt additum, perſiſtit. vid. Paulus l. 6. P. h. Paulus l. 30. P. de Uſur. Scævola l. 5. P. de naut. fœnor. Ulpianus l. 7. §. 5. P. h.

§. 22.

Pactum legitimum eſt l. obligatorium l. liberatorium. Illud conſtituit obligationem, hoc eandem tollit. vid. Farius Anthinianus l. 62. Paulus l. 27. §. 2. P. h.

§. 23.

Præter hæc pactum eſt l. tacitum l. expreſſum, prout l. factis l. verbis adparet. vid. Labeo apud Paulum l. 2. P. h.

§. 24.

Denique pactum aliud eſt generale in rem, aliud ſpeciele in perſonam. vid. Ulp. l. 7. §. 8. P. h.

Mem-

Membrum II.

De Jure ad Rem quoad contractus.

Contractus. Generatim.

§. 1.

Conventio apud Romanos distinguebatur in pactum & contractum. De illo est dictum, sequitur nunc contractus.

§. 2.

I. Contractus generatim.
II. Veri contractus.
III. Quasi-contractus.
IV. Damnorum præstatio in contractibus.
V. Modi obligationem ex contractibus finiendi.

Articulus I.

De Contractibus generatim.

§. 1.

Vid. 1.) Lib. III. Tit. XIV. J. De Obligationibus. 2.) Lib. II. Tit. XIV. P. De Pactis. 3.) Lib. II. Tit. III. C. De Pactis. Sedes materiæ.

§. 2.

Ex antea dicto more loquendi contractus est conventio proprium nomen & causam habens, hincque obligationem civilem producens. vid. Ulpianus l. 7. §. 1. 2. P. h. Germ. Eine verbindliche Hin- und Wiederhandlung. Definitio.

§. 3. Di-

§. 3.

Divisio. Dividitur in unilateralem & bilateralem.

§. 4.

Unilateralis est, qui ex uno tantum latere obligat, ut mutuum, stipulatio &c. Bilateralis, qui ex utroque devincit & quidem 1. ab initio, ut emtio venditio 1. ex post facto, ut commodatum.

§. 5.

Distinguitur etiam in contractum bonæ fidei & stricti juris.

§. 6.

Contractus bonæ fidei est, quo judicis officium id judicare potest, quod bonum & æquum videtur; Stricti juris autem, quo ad verba contrahentium adstrictum est. vid. Ulp. l. 31. §. 20. P. de ædilit. edicto. Cellus l. 99. P. de V. O.

§. 7.

Præterea contractus distinguitur in verum & quasi-contractum.

Articulus II.

Veri.

De Contractibus veris.

§. 1.

Descriptio. Contractus veri sunt, quorum obligatio ex vero consensu oritur.

§. 2. Di-

§. 2.

Dispescuntur in nominatos & innominatos. Divisio.

§. 3.

Nominati dicuntur, qui speciale certum nomen habent. Nominati.

§. 4.

Obligatio illorum l. ex re, l. ex literis, l. ex verbis l. ex consensu ad certum objectum determinato oriri videbatur.

§. 5.

Unde contractus erant l. reales l. verbales l. literales l. consensuales.

Inspectio I.

De Contractibus nominatis realibus.

Reales.

§. 1.

Contractus nominati reales sunt, qui tacitam restitutionis conditionem involvunt.

§. 2.

Ejusmodi contractus sunt: 1). Mutuum, 2.) Commodatum, 3.) Depositum, 4.) Pignus.

Discursus I.

De Mutuo.

Mutuum

§. 1.

Vid. 1.) Lib. III. Tit. XV. J. Quibus modis re contrahitur. Sedes mater
2. Lib. XII. Tit. I. P. De rebus creditis, si certum petatur

tatur & condictione. 3.) Lib. IV. Tit. I. C. De rebus creditis & jurejurando. Tit. II. Si certum petatur.

§. 2.

Definitio. Mutuum est contractus nominatus realis, quo res fungibilis alteri ita datur, ut eadem in genere restituatur. vid. pr. J. h.

§. 3.

Res. Consistit itaque mutui datio in rebus, quæ in pondere, numero & mensura constant. vid. Paulus l. 2. §. 1. P. h.

§. 4.

Personæ. Mutuo dans dicitur creditor, mutuo accipiens debitor.

§. 5.

Ab illo requiritur, ut sit dominus & rerum suarum habeat administrationem. vid. Ulpianus l. 9. §. 49. Modestinus l. 33. Julianus l. 19. §. 1. Pomponius l. 12. P. h.

§. 6.

Huic autem eadem deesse non debet. vid. itaque Ulpianus l. 27. P. h.

§. 7.

Obligatio. Est enim obligatio, ut eadem res in genere restituatur. vid. Pomponius l. 3. 5. P. h.

§. 8.

Actio ex mutuo. Ad obtinendum id, quod creditori præstandum est, datur condictio certi ex mutuo. vid. Tit. Si certum petatur, conf. Lauterbachius P. h.

§. 9. Si

§. 9.

Si vero chirographo contrahatur, quod ut plurimum fieri solet, processus summarius locum habet. vid. R. J. de anno 1654. §. 174.

§. 10.

Quæritur itaque hodie debitum summaria petitione paratam executionem expectante. vid. Colerus de Processu executivo.

§. 11.

Prostat tamen debitori exceptio non numeratæ pecuniæ, quæ chirographo l. apochæ opponi potest. vid. Severus & Antoninus l. 1. 2. C. de except. non num. pec.

§. 12.

Mutuo accedunt usuræ. vid. 1.) Lib. XXII. Tit. I. P. De usuris, & fructibus, & causis, & omnibus accessionibus & mora. 2.) Lib. IV. Tit. XXXII. C. De usuris. Usuræ. Sedes materiæ.

§. 13.

Usura est quantitas, pecuniæ nostræ accedens, pro ejusdem usu, creditori a debitore solvenda. vid. Papinianus l. 58. P. ad. SCtum Trebellianum. Descriptio.

§. 14.

Est l. compensatoria l. punitoria, prout usus l. libere conceditur l. detinetur. Divisio.

§. 15.

Quantitas. Introductæ sunt usuræ ex utilitate publica & regulariter quinque pro cento, nec non 6. accipiuntur. vid. R. J. de anno 1600. §. 152. it. de anno 1654. §. 174.

§. 16.

Hodie a tempore factæ numerationis debentur, quamvis non promissæ sint. vid. Schilterus in Exerc. 22. §. 14.

§. 17.

Prohibitæ. Non tamen postulantur ultra alterum tantum, nec usuræ usurarum. vid. Justinianus Nov. 121. c. 1. Just. l. 28. C. h. Ulp. l. 26. §. 1. P. de condict. indebit.

§. 18.

Solet tamen hodie anatocismus separatus permitti. vid. Schilterus in Exerc. 35. Berlichius P. II. decis. 268.

§. 19.

Usuraria pravitas. Qui vero plus usurarum nomine accipiunt, quam jure permissum est, usurariæ pravitatis rei fiunt, quæ varie punitur.

§. 20.

Ejusdem pœna. Olim condemnabantur in quadruplum. vid. l. 2. C. Theodos. de usur.

§. 21.

Jus autem Justinianeum infamiam illis irrogat. vid. Diocletianus l. 20. C. ex quibus caus. infam. irrogat.

§. 22. Jus

§. 22.

Jus Canonicum arcet illos a testamenti factione, communione Christianorum & honesta sepultura. c. quanquam de usur. in 6. c. 1. X. de usur. c. 2. de usur. in 6.

§. 23.

Ex Jure imperii quartam partem sortis amittunt. vid. Rudolphus II. **in der Policey-Ordnung** de anno 1577. §. 8. add. Jus. Sax. conf. Franzkius in Resolut. Lib. II. Resolut. 10. n. 13.

§. 24.

Fructus, quorum hic mentio fit, sunt emolumenta rerum, ob quæ res sunt comparatæ. vid. Ulpianus l. 27. P. de heredit. petit. Gajus l. 28. P. h. conf. supra c. II. S. III. m. 3. §. 16. 17. Fructus.

§. 25.

Causa h. l. est omnis conditio & qualitas, rei inhærens. vid. l. 20. 38. §. 7. P. de R. V. Causa.

§. 26.

Accessio est omne id, quod quovis modo rei inhæret. vid. Julianus l. 34. P. d. R. V. Paulus l. 34. P. de contrah. emt. & vendit. Accessio

§. 27.

Mora est frustratoria dilatio, vid. Ulpianus l. 21. Paulus l. 22. P. h. Mora.

§. 28.

Est etiam nauticum fœnus. vid. 1.) Lib. XXII. Tit. II. P. De nautico fœnore. 2.) Lib. IV. Tit. XXXIII. C. De nautico fœnore. Nauticum fœnus. Sedes materiæ.

§. 29.

Descriptio.

Hoc est fœnus, quod ex pecunia trajectitia, merce & alia re, periculo creditoris trans mare vehenda, debetur. vid. Modestinus l. 1. 2. 7. P. h. conf. autem Stryckius in U. M. P. h. §. 1.

§. 30.

Referuntur etiam huc: 1.) contractus adsecurationis, 2.) bodmeriæ, & 3.) vitalitius.

Discursus II.

Commodatum.

De Commodato.

§. 1.

Secundus contractus nominatus realis est commodatum.

§. 2.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. III. Tit. XV. J. Quibus mod. re contrah. obligat. 2.) Lib. XIII. Tit. VI. P. Commodati & contra. 3.) Lib. IV. Tit. XXIII. C. De Commodato.

§. 3.

Definitio.

Commodatum est contractus realis, quo res alicui ad certum & gratuitum usum ea lege conceditur, ut illa, eo finito, in specie restituatur. vid. §. 2. J. h. l. 2. P. de R. C. conf. Lauterbachius P. h.

§. 4.

Personæ.

Requiritur itaque consensus mutuus, diciturque ille, qui dat commodato, commodans, & qui accipit, commodatarius.

§. 5. Oc-

§. 5.

Occupatur autem circa omnes res, quæ usu non atteruntur. vid. Paulus l. 15. P. h. Ulpianus l. 1. 3. P. h. Res.

§. 6.

Differunt ergo mutuum & commodatum præsertim in eo, quod illud consistat in re fungibili, hoc autem in re non fungibili. vid. §. 2. J. h. Differentia.

§. 7.

Datur ad usum, cui commodatur. vid. Paulus l. 17. §. 2. 3. Ulpianus l. 5. §. 12. P. h.

§. 8.

Unde est obligatio commodatarii, ut, finito usu, rem in specie restituat. vid. Paulus l. 2. P. d. R. C. Gajus l. 18. §. 1. Ulpianus l. 10. P. h. Obligatio.

§. 9.

Hinc nascitur actio commodati directa & contraria. Actio commodati.

§. 10.

Directa datur commodantii ejusque heredibus, adversus commodatarium ejusque heredes ad rem, finito usu, salvam atque integram cum omnibus accessionibus & damnis in ea datis restituendam. vid. §. 2. J. h. Directa.

§. 11.

Contraria est, quæ competit commodatario ejusque heredibus, adversus commo- Contraria.

dantem ejusque heredes ad indemnitatem rei commodatæ causa consequendam. vid. Paulus l. 17. §. 13. P. h. conf. Thomasius in U. M. P. h.

Discursus III.

Depositum.

De Deposito.

§. 1.

Tertius contractus realis est depositum.

§. 2.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. III. Tit. XV. J. Quibus mod. re contrah. obligat. 2.) Lib. XVI. Tit. III. P. Depositi l. contra. Lib. IV. Tit. XXXIV. C. Depositi l. contra. Tit. IV. De prohibita sequestratione pecuniæ.

§. 3.

Definitio.

Depositum est contractus realis, quo res gratis custodienda traditur, ea conditione, ut in specie pro lubitu deponentis restitui debeat. vid. §. 3. J. h.

§. 4.

Finis itaque hujus est custodia. vid. Paulus l. 6. Florentinus l. 17. P. h.

§. 5.

Hæc ordinarie debet esse gratuita. vid. Ulpianus l. 1. §. 8. 9. P. h.

§. 6.

Hinc depositum regulariter ultra dolum & latam culpam non stringit. vid. Ulpianus l. 1. §. 8. 9. 47. Celsus l. 32. P. h.

§. 7. Oc-

§. 7.

Occupetur autem circa eam, ac circa ſuam. vid. l. 32. P. h. conf. Gothofredus ad hanc.

§. 8.

Reſtituat ergo depoſitario eam in ſpecie & eo tempore, quo deſideratur. vid. Ulp. l. 1. §. 21. 22. 45. P. h.

§. 9.

Verum, depoſitum dividi ſolet in regulare & irregulare. Diviſio.

§. 10.

Regulare dicitur, quod naturam depoſiti retinet. Regulare

§. 11.

Irregulare vero, quod naturam depoſiti egreditur & depoſitario uſum rei depoſitæ concedit. vid. Papinianus l. 24. P. h. conf. l. 25. P. eodem. Irregulare.

§. 12.

Diſtinguitur etiam depoſitum in extrajudiciale & judiciale.

§. 13.

Extrajudiciale eſt, quod ex voluntate propria conſtituitur. Extrajudiciale.

§. 14.

Eſtque l. ſimplex ſ. voluntarium l. miſerabile ſ. neceſſarium.

§. 15.

Simplex, Miserabile. Simplex est, quod fit ex libera voluntate; miserabile, quod accidit ex aliqua necessitate, ob periculum imminens, e. g. incendii, ruinæ, tumultus &c. vid. Ulpianus l. 1. §. 1. P. h. cont. Jus Culmense Lib. IV. tit. III. c. 3. Würtenbergicum. P. II. tit. III. §. ult. Noricum in Reform. Lib. IV. tit. XV.

§. 16.

Judiciale Judiciale est, quod ex voluntate judicis fieri solet. Dicitur etiam sequestrum.

§. 17.

Hoc etiam est l. voluntarium l. necessarium.

§. 18.

Voluntarium. Voluntarium dicitur, quod fit ex conventione partium litigantium, ut res victori restituatur. vid. Modestinus l. 110. P. d. V. S.

§. 19.

Necessarium. Necessarium, quod autoritate judicis ex justa causa, etiam partibus invitis, decernitur, quod regulariter est prohibitum. vid. l. un. C. de prohibit. sequestr.

§. 20.

Causæ. Causæ vero justæ sunt: 1.) metus dilapidationis bonorum, 2.) armorum, 3.) magna fugæ suspicio, 4.) malitia & contumacia non comparentis, 5.) singulare alterius præjudicium.

§. 21. Re-

§. 21.

Requiritur tamen a DD. 1.) citatio, 2.) probatio juris l. debiti, 3.) probatio justæ causæ, 4.) ejusdem cognitio, 5.) juramentum calumniæ, vid. Cludius de Jur. sequestr. c. VI.

§. 22.

Officium sequestri est, ut rem custodiat & finita lite restituat. vid. l. 6 P. h.

§. 23.

Exinde oritur actio depositi, quæ etiam sequestraria dicitur. vid. Ulpianus l. 5. §. 1. Pomponius l. 12. §. 2. P. h. Actio depositi.

§. 24.

Directa competit deponenti, adversus depositarium, ad rem cum omni causa & fructu consequendam. Directa.

§. 25.

Contraria competit depositario, adversus deponentem, ad indemnitatem obtinendam conf. Schilterus in Exerc. 10. §. 35. 28. §. 50. Contraria.

Discursus IV.

De Contractu pignoratitio. Contractus pignoratitius.

§. 1.

Quartus & ultimus contractus nominatus realis est contractus pignoratitius.

§. 2. Vid.

§. 2.

Sedes materiæ. Vid. 1.) Lib. III. Tit. XV. J. Quibus modis re contrahitur obligat. 2.) Lib. XIII. Tit. VII. P. De pignoratitia actione. 3.) Lib. IV. Tit. XXIV. C. De pignoratitia actione.

§. 3.

Notatio vocis. Vocabulum pignoris notat h. l. contractum. vid. Ulpianus l. 1. P. h. conf. supra Sect. IV. §. 3.

§. 4.

Definitio. Contractus pignoratitius est contractus realis, quo res a debitore in securitatem debiti traditur, ut, eo soluto, eadem in specie restituatur. vid. §. ult. J. h.

§. 5.

Personæ. Qui vero obligare potest, ille quoque pignus dare & accipere valet. vid. Modestinus l. 38. P. h.

§. 6.

Res. Res pignori dari possunt, quæ aptæ existunt creditorem securum reddendi. vid. supra Sect. IV.

§. 7.

Datur etiam pignori res aliena. vid. Paulus l. 20. pr. P. h.

§. 8.

Obligatio. Restituatur ea, debito soluto, in specie. vid. §. fin. J. h.

§. 9. Cre-

§. 9.

Creditor præſtat diligentiam boni patrisfamilias. vid. Paulus l. 14. P. h.

§. 10.

De reliquo res perit ſuo domino. vid. Philipp. & Dioclet. l. 8. 9. C. h. conf. autem Paulus l. 30. P. h. add. Sächſiſch Land-Recht. Lib. III. art. 5.

§. 11.

Non licet autem creditori pignore uti, niſi adjectum ſit pactum antichreſeos. vid. Marcianus l. 11. P. de pign. & hypoth.

§. 12.

Eſt l. tacitum l. expreſſum. vid. Paulus l. 8. P. in quibus cauſ. pign. l. 17. C. de uſur. add. Stryckius in U. M. P. h. l. 5. 6. Pactum antichreſeos.

§. 13.

Adjicitur quoque aliquando pactum commiſſorium propter reſtitutionem. Pactum commiſſorium.

§. 14.

Hoc eſt, quo convenit inter creditorem & debitorem, ut res tradita, debito die ſtatuto non ſoluto, penes creditorem maneat, quod autem eſt prohibitum. vid. Conſtantinus l. 3. C. de pact. pign. conf. Innocentius III. c. 7. X. de pign. & al. caut.

§. 5. Juſto

§. 15.

Justo vero pretio eam ex conventione habere licet. vid. l. 1. C. de pract. pign.

§. 16.

Actio pignoratitia.

Unde sequitur actio pignoratitia, quæ l. directa l. contraria est.

§. 17.

Directa.

Directa est, quæ competit debitori ejusque heredibus, adversus creditorem ejusque heredes ad rem oppignoratam, soluto debito, obtinendam.

§. 18.

Contraria.

Contraria est, quæ competit creditori ejusque heredibus, adversus debitorem, ejusque heredes, ad id consequendum, quod pignoris nomine abesse solet.

Inspectio II.

Contractus verbales.

De Contractibus verbalibus.

§. 1.

Hi erant contractus reales, occurrunt jam contractus verbales.

§. 2.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. III Tit. XVI. J. De verborum obligationibus.
2.) Lib. XLV. Tit I. P. De verborum obligationibus.
3.) Lib. VIII. Tit. XXXVIII. C. de contrahenda & committenda stipulatione.

§. 3. Con-

§. 3.

Contractus verbalis est, qui solenni interrogatione & responsione perficitur, ut stipulatio. vid. Ulpianus l. 1. §. 1. P. h. Descriptio.

§. 4.

Stipulatio est contractus verbalis, quo quis verbis ore prolatis alteri interroganti respondebat, ut exinde obligaretur. vid. d. l. pr.

§. 5.

Est autem stipulatio l. unius rei l. plurium reorum. vid. 1.) Lib. III. Tit. XVII. J. De duobus reis stipulandi & promittendi. 2.) Lib. XLV. Tit. II. P. De duobus reis constituendis. 3.) Lib. VIII. Tit. XL. C. De duobus reis stipulandi & promittendi. Divisio.

§. 6.

Porro stipulatio est l. liberi hominis l. servi. vid. 1.) Lib. III. Tit. XVIII. J. De stipulatione servorum. 2.) Lib. XLV. Tit. III. P. De stipulatione servorum. Hæc usu destituuntur.

§. 7.

Præterea stipulatio est l. publica l. privata. vid. Lib. III. Tit. XIX. J. De divisione stipulationum.

§. 8.

Est etiam stipulatio l. utilis s. valida l. inutilis s. invalida. vid. Lib. III. Tit. XX. J. De inutilibus stipulationibus.

§. 9. De-

§. 9.

Denique stipulatio est l. principalis l. accessoria. vid. 1.) Lib. III. Tit. XXI. J. De Fidejussoribus. 2.) Lib. XLVI. Tit. I. P. De fidejussoribus & mandatoribus. 3.) Lib. VIII. Tit. VLI. C. De fidejussoribus & mandatoribus.

§. 10.

Stipulatio principalis est, quando proprium debitum promittitur; accessoria, quando alienum, mediante stipulatione, promittitur. vid. pr. J. h.

§. 11.

Sic stipulatione hac olim dabantur fidejussores. vid. Ulp. l. 1. P. h.

§. 12.

Hodie vero fidejussores l. nudo pacto l. stipulata dextra l. scripto documento judiciali se obstringunt. vid. Carpzovius P. II. c. 19. def. 17.

§. 13.

Fidejussio. Descriptio. Est itaque fidejussio conventio, qua quis ad majorem creditoris securitatem pro debitore principali se obstringit & pro eo se soluturum promittit, ita, ut hic maneat obligatus.

§. 14.

Personæ. Hac ratione fidejubere possunt, qui valide consentiunt & in specie non prohibentur, ut feminæ, milites & J.C. clerici. vid. 1.) Lib. XVI. Tit. I. P. ad SCtum Vellejanum. 2.) Lib. IV. Tit. XXIX. C. ad SCtum Vellejanum. Add. Leo. in L. 31. C. locat. & conduct. Linckius ad X. h.

§. 15. Ac-

§. 15.

Accedit autem fidejussor omni obligationi. vid. Ulpianus l. 8. §. 1. 2. 5. Gajus l. 70. §. 5. P. h.

§. 16.

Prout quis fidejussor promittit, ita etiam tenetur. Obligatio.

§. 17.

Si quis simpliciter promiserit, absolutam in se derivat obligationem; si vero sub certo modo & certa conditione, eam præstat obligationem, quam stipulatus est.

§. 18.

Sicque illo modo fidejussor ad omne id obligatur, quod tempore fidejussionis in obligatione fuit principali. vid. Ulpianus l. 4. P. ff.

§. 19.

Succedaneus autem fidejussor, qui pro debitore fidejussori primo se obligavit, ad supplementum obstringitur. Germ. Rück-Bürgen.

§. 20.

Fidejussor indemnitatis ad damnum, quod præstandum promisit tenetur. Germ. Schadloß-Bürgen.

§. 21.

Hinc creditori hodie datur condictio certi ex pacto. vid. Thomasius in U. M. P. h. Actio.

§. 22.

Fidejuſſorum beneficia.

Fidejuſſores tamen habent beneficia, nimirum beneficium ordinis, diviſionis & cedendarum actionum.

§. 23.

Ordinis.

Beneficium ordinis ſ. excuſſionis eſt, ob quod ipſi, bonis principalis debitoris nondum excuſſis, conveniri nequeunt. vid. Juſtinianus Nov. 4. c. 1.

§. 24.

Ceſſat hoc beneficium: 1.) Quando res inter mercatores agitur. 2.) Quando debitor principalis non eſt ſolvendo. 3.) Quando plane non l. difficulter conveniri poteſt. 4.) Quando huic beneficio in ſpecie renunciatum eſt. vid. Schilterus in Exerc. 48. §. 28.

§. 25.

Diviſionis.

Beneficium autem diviſionis eſt, ob quod plures juncti fidejuſſores pro rata tantum conveniri poſſunt. vid. §. 4. J. h. Gajus l. 26. Ulpianus l. 27. P. h.

§. 26.

Non obtinet: 1.) Quando confidejuſſores non ſunt ſolvendo. 2.) Quando fidejuſſionem inficiantur. 3.) Quando ſunt difficiles conventionis. 4.) Quando huic beneficio expreſſe renunciarunt. vid. Ulpianus l. 10. P. h.

§. 27. Be-

§. 27.

Beneficium denique cedendarum actionum est, ob quod fidejussor ad solutionem compelli non potest, nisi a creditore ipsi cessæ fuerint actiones. vid. Julianus l. 13. 17. P. h. Cedendarum actionum.

§. 28.

Competunt etiam fidejussoribus: 1.) actio mandati, 2.) actio negotiorum gestorum, 3.) provocatio. vid. Paulus l. 28. P. h.

§. 29.

Pertinent etiam huc mandatores, qui fidejussoribus aquiparari solent. Mandatores.

§. 30.

Sublata vero obligatione debitoris principalis, solvitur quoque obligatio fidejussorum. vid. Paulus l. 44. d. O. & A. Javolenus l. 46. P. h.

§. 31.

Quod reliquum fidejussioni adfine est pactum de constituta pecunia. vid. 1.) Lib. XIII. Tit. V. P. De constituta pecunia. 2.) Lib. IV. Tit. XIIX. C. De constituta pecunia. Pactum de constituta pecunia. Sedes materiæ.

§. 32.

Pactum de constituta pecunia est, quo quis pactum repetit & primæ obligationi novam addit promissionem ac confessionem. vid. Scævola l. 26. P. h. Descriptio.

§. 33.

Unde erat actio de constituta pecunia. vid. Julianus l. 5. §. 3. P. h.

§. 34.

Moribus nostris sufficit actio ex pacto. vid. Schilterus in Exerc. 24. §. 71. -- 79. conf. Stryckius in U. M. P. h.

Inspectio III.

Contractus literalis.

De Contractu literali.

§. 1.

Contractus literalis est tantum unus, & dicitur a DD. Chirographarus.

§. 2.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. III. Tit. XXII. J. De literarum obligationibus. 2.) Lib. IV. Tit. XXX. C. De non numerata pecunia.

§. 3.

Descriptio.

Contractus chirographarius hodie est, quo quis, literis alteri exhibitis, pecuniam accepisse fatetur, & eandem se restiturum promittit. vid. §. un. J. h.

§. 4.

Personæ.

Hic contractus iniri solet inter creditorem & debitorem.

§. 5.

Res.

Deducuntur autem huc non tantum pecunia, sed etiam aliæ res.

§. 6. Exin-

§. 6.

Exinde statim oritur obligatio, simul ac literæ sunt perfectæ & absolutæ. Obligatio.

§. 7.

Si vero numeratio non sit secuta, hæc obligatio per exceptionem non numeratæ pecuniæ elidi potest. vid. Tit. Cod. citat.

§. 8.

Hæc Jure Civili opponi debet intra biennium a die dati chirographi. vid. Justinianus l. 14. pr. C. h.

§. 9.

Moribus vero opponitur etiam post biennium. vid. Struvius in Exerc. 16. th. 50.

§. 10.

Ceterum ex chirographo s. scriptura existit condictio certi ex chirographo, quæ competit creditori ejusque heredibus, ad id, quod per scripturam accepisse confessus est, restituendum.

§. 11.

Chirographis opponuntur apochæ, quibus quis debitum esse solutum, confessus est. Germ. Quittung. Apochæ, Descriptio.

§. 12.

Si vero solutio non sit secuta, hisce quoque intra triginta dies exceptio non nume-

ratæ pecuniæ opponi debet. vid. Justinianus l. 14. §. 1. 2. C. h. Carpzovius Lib. II. Resp. 90. n. 12. 13.

§. 13.

Post horum lapsum, quis amplius non admittitur. vid. d. l. conf. autem Klepperbein in der vernünftigen Einigkeit des natürlichen und Bürgerlichen Rechts in Processen, n. 55.

Inspectio IV.

Contractus consensuales.

De Contractibus consensualibus.

§. 1.

Sedes materiæ. Vid. Lib. III. Tit. XXIII. J. De obligationibus ex consensu.

§. 2.

Descriptio. Contractus consensuales sunt, qui nudo & ad certum objectum determinato consensu perficiuntur. vid. §. un. J. h.

§. 3.

Species. Horum sunt quinque: 1.) Emtio & venditio. 2.) Locatio & conductio. 3.) Emphyteusis. 4.) Societas & 5.) Mandatum.

Discursus I.

Emtio venditio.

De Emtione & Venditione.

§. 1.

Primus contractus consensualis est emtio venditio.

§. 2. Vid.

§. 2.

Vid, 1.) Lib. III. Tit. XXIV. J. De emtione & venditione. 2.) Lib. XIIX. Tit. I. P. De contrahenda emtione. It. Lib. L. Tit. XI. De Nundinis. 3.) Lib. IV. Tit. XXXVIII. C. De contrahenda emtione. Tit. XL. Quæ res venire non possunt & qui vendere l. emere vetantur. Tit. XLI. Quæ res exportari non debeant. Tit. XLII. De Eunuchis. Tit. XLIII. De patribus, qui filios suos distraxerunt. Tit. L. Si quis alteri l. sibi sub alterius nomine l. aliena pecunia emerit. Tit. LI. De rebus alienis non alienandis & de prohibita rerum alienatione. Tit. LII. De communium rerum alienatione. Tit. LIII. Rem alienam gerentibus non interdici rerum suarum alienatione. Tit. LIV. De Pactis inter emtorem & venditorem compositis Tit. LIX. De Monopoliis & conventu negotiatorum illicitos. Tit. LX. De Nundinis. Tit. LXIII. De Commerciis & mercatoribus. Sedes materiæ.

§. 3.

Emtio venditio est contractus consensualis, quo dominium rei pro certo pretio ab uno ad alterum transfertur. vid. pr. J. h. Definitio.

§. 4.

Sunt itaque in omni venditione tria consideranda: 1.) personæ contrahentes, 2.) res, & 3.) pretium.

§. 5.

Contrahentes sunt emtor & venditor, quorum hic jus suum transfert, ille vero id adquirit. vid. Delineat. nostr. Philos. Eclect. Modern. P. III. Tractat. I. Personæ.

§. 6.

Consensus, quo contrahitur, debet esse mutuus & liber. vid. Ulp. l. 9. pr. P. h. conf.

Diocletianus & Maximianus l. 11. Valent. & Theodoſ. l. 14. C. h.

§. 7.

Hac ratione etiam emtio venditio eſt libera, niſi circumſtantiæ in Republica aliud perſuadeant. vid. §. 2. J. de his, qui.

§. 8.

Et ita quilibet in Republica emit atque vendit, qui liberum rerum ſuarum habet dominium.

§. 9.

Excluduntur ergo omnes, quibus rerum ſuarum l. non eſt plenum dominium l. adminiſtratio.

§. 10.

Præter hos aliis etiam ex certis circumſtantiis mercatura eſt interdicta. vid. Beier ad P. h.

§. 11.

Minime autem valere poteſt emtio venditio ex metu & errore contracta. vid. Ulp. l. 116. P. de R. J.

§. 12.

Sic nulla eſt emtio in errore circa perſonam commiſſo. vid. Ulpianus l. 9. pr. P. de hered. inſtitut.

§. 13.

Imperfecta quoque eſt, ſi error committatur circa rei pretium. vid. Ulpianus l. 9. pr. P. h.

§. 14. Pla-

§. 14.

Plane nulla est emtio venditio, si erretur in corpore s. materia, non autem in nomine &c. vid. Paulus l. 10. Ulpianus l. 14. P. h.

§. 15.

Res, cujus dominium transferendum, debet esse vendibilis s. sit corporalis l. incorporalis s. mobilis l. immobilis. vid. Paulus l. 34. §. 1. Labeo l. 80. §. 1. P. h. Res.

§. 16.

Est autem necessarium, ut res vendenda existat in rerum natura. vid. Pomponius l. 8. P. h.

§. 17.

Unde venditur res certa, determinata & possibilis. vid. l. 47. P. h.

§. 18.

Si vero res ante contractum perierit, emtio est nulla. vid. Marcianus l. 44. Paulus l. 87. pr. §. 3. P. h.

§. 19.

Recte etiam emi possunt fructus & partus futuri. vid. Pomponius l. 8. P. h. R. J. de anno 1548. tit. 19. de anno 1577. tit. 19. conf. Schilterus in Exerc. 30. §. 30.

§. 20.

Removentur itaque res in commercio non existentes. vid. Ulpianus l. 22. P. h. conf. supra Tract. II. Cap. I. Sect. I. §. 9. seqq.

§. 21.

Hinc quarundam rerum alienatio est prohibita, aliarum vero tantum limitata. conf. Franzkius ad P. h. n. 142. 161.

§. 22.

Hoc tamen notandum, quod moribus Germanorum circa alienationem rerum immobilium semper requiratur judicis confirmatio. vid. itaque Sächsisch Land-Recht / Lib. I. art. 51. Weichbild / art. 20. Jus Hamburgense statutar. P. II. tit. 8. n. 6. Lubecense Lib. III. tit. 6. art. 1. Würtenbergicum Provinc. P. II. tit 9.

§. 23.

Pretium. Pretium, unde emtionis substantia constat, est quantitas moralis rebus in commercium venientibus consensu contrahentium ideo imposita, ut illæ invicem conferri possint. vid. Papinianus l. 72. pr. P. h. conf. Delineat. nostr. Philos. Eclect. Modern. P. III. Tract. I.

§. 24.

Dividitur alias in naturale & positivum.

§. 25.

Naturale dicitur æstimatio rei pro ipsius excellentia & utilitate facta; Positivum autem est valor rebus ex hominum arbitrio impositus.

§. 26. Hoc

§. 26.

Hoc distinguitur in pactitium & legitimum. Illud variat, hoc constans existit.

§. 27.

Inter contrahentes certo determinari debet. vid. Ulpianus l. 2. P. h.

§. 28.

Potest autem hoc fieri l. conventione partium l. arbitrio aliorum. vid. Paulus l. 1. Ulpianus l. 7. §. 1. 2. l. 37. P. h. Gajus l. 35. §. 1. P. h. Just. l. 15. C. h. conf. Struvius in Exerc. 23. n. 18.

§. 29.

Emtionis & venditionis varia sunt genera. Emt. vendit. genera.

§. 30.

Sic ratione 1.) rei emendæ & vendendæ inprimis duo sunt genera, nimirum emtio venditio indefinita & auctio. 2.) ratione autem formæ emtio venditio est l. simplex l. conditionata.

§. 31.

Emtio venditio indefinita fit l. ad corpus l. ad quantitatem. Indefinita ad corpus.

§. 32.

Emtio venditio ad corpus s. aversionem est, quando respicitur ad corpus, quantitatis vero & mensuræ mentio l. nulla l. demonstrationis tantum, non taxationis causa adjicitur. vid.

vid. a. l. 69. §. 3. P. de evictione. German. Ein Kauf/ überhaubt/ oder/ im ganzen/ in Bausch und Bogen/ ungemessen.

§. 33.

Ad quantitatem. Ast emtio venditio ad quantitatem s. mensuram est, quando ad quantitatem fit respectus & hæc tanquam restrictio indicatur. vid. a. l. 38. P. de act. emt. German. Ein einzeler Verkauf nach dem Anschlag/ nach der Ruthen Zahl/ oder ein Gemessener.

§. 34.

Auctio. Auctio est, qua res, omnibus exposita, plus licitanti numerata pecunia, addicitur.

§. 35.

Conditionata. Emtio venditio conditionata est, quando certa pacta adjiciuntur.

§. 36.

Hæc varie distinguuntur. vid. Franzkius ad P. h. n. 718. conf. autem Kressius in Specim. Jurispr. German. Tit. I. II.

§. 37.

Addictio in diem. Adjiciuntur autem emtioni venditioni sequentia: 1.) addictio in diem. vid. Lib. XIIX. Tit. II. P. De in diem addictione.

§. 38.

Hoc est pactum, quo venditori jus tribuitur rem venditam alii emtori, meliorem conditionem offerenti, addicendi. vid. Paulus l. 1. P. h.

§. 39.

§. 39.

2.) Pactum commissorium. vid. Lib. XIIX. Tit. III. P. De lege commissoria. Pactum commissorium.

§. 40.

Est pactum, quo convenit, ut, pretio intra certum tempus non soluto, res sit inemta. vid. Ulpianus l. 2. P. h.

§. 41.

3.) Huic simile est pactum, quo convenit, ut, nisi pretium intra certum tempus solutum fuisset, venditori liceat rem alteri vendere. vid. Antoninus l. 1. C. de pact. inter emtor. Pactum nisi intra certum tempus.

§. 42.

4.) Pactum de retrovendendo, quo venditori conceditur, ut, pretio restituto, rem redimere possit. vid. Alexander l. 2. C. de pact. int. emt. German. Der Wieder-Kauf. Pactum de retrovendendo.

§. 43.

5.) Pactum de pœnitendo, quo partibus licentia a contractu intra tempus recedendi, amissis arrhis, conceditur. vid. Schilterus in Exerc. 30. §. 34. Pactum de pœnitendo.

§. 44.

6.) Pactum retractus s. jus protimiseos, quo facultas conceditur rem venditam retrahendi l. emendi præ alio. Pactum retractus

§. 45.

Hoc jus dividitur in legale & non legale.

§. 46. Non

§. 46.

Jus retractus non legale.

Non legale est l. Testamentarium l. conventionale.

§. 47.

Illud dicitur, quod ultima voluntate concessum est; hoc, quod conventione datum.

§. 48.

Legale.

Legale s. consuetudinarium vocatur, quo l. ex lege l. ex consuetudine certæ personæ, idem pretium offerentes, aliis præferuntur.

§. 49.

Datur: 1.) propter dominium directum, domino emphyteuseos, 2.) propter creditum creditori, 3.) propter vicinitatem vicino, 4.) propter communionem socio, 5.) propter consanguinitatem consanguineis &c.

§. 50.

Cessat autem hoc jus circa harum rerum donationem, permutationem & locationem, nec non alienationem rerum mobilium. vid. Wissenbachius in Disp. 36.

§. 51.

Res incorporales.

Veniunt etiam in venditionem res incorporales. vid. supra §. 15.

§. 52.

Hereditas & actio.

Referuntur huc hereditas & actio. vid. 1.) Lib. XIIX. Tit. IV. P. De hereditate & actione vendita. 2.) Lib. IV. Tit. XXXIX. C. De hereditate & actione vendita.

§. 53. Em-

§. 53.

Emtio venditio hereditatis est, qua pro hereditate transferenda l. futura l. jam delata certum pretium offertur. Descriptio.

§. 54.

Actionis venditio est, qua pro actione cedenda certum pretium promittitur. vid. Ulpianus l. 4. P. h.

§. 55.

Interdum emtio venditio rescindi solet. vid. 1.) Lib. XIIX. Tit. V. P. De rescindenda venditione. 2.) Lib. IV. Tit. XLIV. C. De rescindenda venditione. Tit. XLV. Quando liceat ab emtione recedere. Emtionis rescissio.

§. 56.

Rescinditur autem: 1.) mutuo dissensu. vid. Paulus l. 3. P. h. Modi.

§. 57.

2.) Pacto adjecto, ex quo displicere licet. vid. Paulus l. 6. P. h.

§. 58.

3.) Ex capite doli. vid. Diocletianus & Maximian. l. 5. C. h.

§. 59.

4.) Potest etiam rescindi ex læsione enorme. vid. Iidem. l. 2. C. h.

§. 60, Si

§. 60.

Periculum. Commodum. Si vero emtio & venditio non rescindatur, omne periculum & commodum rei venditæ pertinet ad emtorem. vid. 1.) Lib. XIIX. Tit. VI. De periculo & commodo rei venditæ. 2.) Lib. IV. Tit. XLVIII. C. De periculo & commodo rei venditæ.

§. 61.

Periculum est omnis casus fortuitus l. damnum, quod in re vendita s. tota s. in parte contingit. vid. Paulus l. 12. Julianus l. 13. Paulus l. 14. P. h.

§. 62.

Commodum est omne id, quod rei venditæ post perfectam emtionem accedit.

§. 63.

Obligatio. Ex contractu emtionis & venditionis nascitur jus & obligatio inter contrahentes. vid. 1.) Lib. XIX. Tit. I. P. De actionibus emti & venditi. 2.) Lib. IV. Tit. XLIX. C. De actionibus emti & venditi. Tit. L. Si quis alteri l. sibi sub alterius nomine l. aliena pecunia emerit.

§. 64.

Est itaque actio duplex & quidem utrinque directa, nimirum altera emti, altera venditi actio dici solet.

§. 65. Actio

§. 65.

Actio emti est personalis competens emtori, adversus venditorem, ad rem cum omnibus accessionibus tradendam. vid. Ulpianus l. 1. pr. §. 1. P. h. Actio emti.

§. 66.

Actio venditi est personalis competens venditori, adversus emtorem, ad pretium & omne id, quod ex contractu ipsi debetur, præstandum. vid. Ulpianus l. 13. §. 19. 20. P. h. Actio venditi.

§. 67.

Est tamen emtori indemnitas præstanda. vid. 1.) Lib. XXI. Tit. I. P. De ædilitio edicto & redhibitione quanti minoris. 2.) Lib. IV. Tit. LVIII. C. De ædilitiis actionibus. Emtoris indemnitas.

§. 68.

Ædilitium edictum est jus ab ædilibus constitutum, quo maxime prospicitur emtoribus deceptis aut decipiendis. vid. Ulpianus l. 1. §. 38. P. h.

§. 69.

Unde duæ sunt actiones, redhibitoria & æstimatoria.

§. 70.

Actio redhibitoria est, quæ competit emtori læso, adversus venditorem, ad rem vitiosam recipiendam & ad pretium l. interesse restituendum. Actio redhibitoria.

§. 71.

Æstima-toria. Actio æstimatoria s. quanti minoris est, quæ datur emtori, adversus venditorem, ad tantum de pretio restituendum, quanti minoris rem emisset, si vitium notum fuisset. vid. Paulus l. 34. P. h.

§. 72.

Cautio ob evi-ctionem. Refertur huc quoque cautio ob evictionem. vid. 1.) Lib. XXI. Tit. II. P. De evictionibus & duplæ stipulatione. 2.) Lib. VIII. Tit. XLV. C. De Evictionibus. Tit. XLVI. Creditorem evictionem pignoris non debere.

§. 73.

Evictio est ablatio rei emtæ ex bonis possessoris per eum, qui verum dominum se dicit, autoritate judicis facta. vid. Papinianus l. 67. P. h.

§. 74.

Præstatio evictionis est, qua ei, cui res est vendita, satisfacimus. German. Gewehrschaffts-Leistung.

§. 75.

Ceterum venditor rei alienæ, cujus postea dominus factus est, exceptione rei venditæ & traditæ repelli potest. vid. Lib. XXI. Tit. III. P. De exceptione rei venditæ & traditæ. Marcianus ap. Ulpian. l. 1. pr. P. h.

§. 76.

Hæc competit emtori ejusque heredibus, adversus venditorem ejusque heredem, ad intentionem ejus evitandam.

Discur-

Discursus II.

De Locatione & conductione.

Locatio Conductio.

§. 1.

Secundus contractus consensualis est locatio conductio.

§. 2.

Vid. 1.) Lib. III. Tit. XXV. J. De locatione & conductione. 2.) Lib. XIX. Tit. II. P. Locati Conducti. 3.) Lib. IV. Tit. LXV. C. De Locato & conducto. Sedes materiae.

§. 3.

Est contractus, quo de usu rei l. opera pro certa mercede praestanda paciscimur. vid. pr. §. 1. J. h. Gajus l. 2. P. h. Descriptio.

§. 4.

Contrahentes sunt locator & conductor.

§. 5.

Tribuitur autem l. usus rei l. facti. vid. Paulus l. 7. §. 22. P. h. Res.

§. 6.

Requiritur res & factum in commercio existens. vid. Paulus l. 34. §. 1. P. de contrahend. emt.

§. 7.

Consensus debet esse validus & satis declaratus. vid. supra Disc. I. §. 6. seqq. Consensus.

§. 8.

Est autem differentia inter locationem rei & facti. vid. Ludovici in Us. Pract. dist. Jurid. P. h.

§. 9.

Merces. Pro utraque solvitur merces, quæ regulariter in pecunia numerata consistit. vid. Africanus l. 35. P. Dioclet. l. 21. C. h.

§. 10.

Quantitas ejusdem l. expressa voluntate l. ex more regionis determinari solet. vid. Valer. & Gallien. l. 16. §. 18. C. h.

§. 11.

Obligatio. Unde nascitur obligatio mutua & duplex actio utrinque directa, locati & conducti.

§. 12.

Actio locati. Actio locati est, quæ datur locatori, adversus conductorem, ad mercedem præstandam & rem, finito usu, salvam restituendam.

§. 13.

Actio conducti. Actio conducti est, quæ datur conductori, adversus locatorem, ad usum rei l. operæ promissæ & damnum, locatoris culpa datum, præstandum.

Discur-

Discursus III.

De Contractu emphyteutico.

Contractus emphyteuticus.

§. 1.

Tertius contractus consensualis est contractus emphyteuticus.

§. 2.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. III. Tit. XXV. §. 3. J. De locatione & conductione. 2.) Lib. VI. Tit. III. P. Si ager vectigalis petatur. 3.) Lib. IV. Tit. LXVI. C. De Jure emphyteutico.

§. 3.

Descriptio.

Contractus emphyteuticus est, quo rei immobilis utile dominium, sub conditione meliorationis annuique canonis solvendi, conceditur. vid. §. 3. J. de locat. & conduct. conf. Struvius in Exerc. 24. th. 29.

§. 4.

Personæ.

Hic contractus initur inter dominum prædii & emphyteutam.

§. 5.

Consensus.

Requiritur itaque consensus de ipsa re concedenda.

§. 6.

Obligatio.

Exinde oritur mutua obligatio utrinque principalis & actio emphyteuticaria utrinque directa.

§. 7.

Actio emphyteuticaria.

Actio emphyteuticaria competit domino emphyteuseos, adversus emphyteutam, ad rem

rem emphyteuticariam conservandam, meliorem reddendam, canonemque singulis annis præstandum. vid. §. 3. J. h.

§. 8.

Actio emphyteuticaria competit etiam emphyteutæ ejusque heredibus, adversus promissorem ejusque heredes, ad rem emphyteuticariam tradendam ejusque usum præstandum.

§. 9.

Actio vero, si ager vectigalis petatur, est, qua emphyteuta adversus quemcunque possessorem, ad rem vectigalem utiliter habendam agit. vid. Paulus l. 1. §. 1. P. h.

§. 10.

Amissio. Amittitur autem hoc jus variis causis partim communibus partim propriis.

§. 11.

Communes sunt: 1.) rei interitus totalis, 2.) consolidatio, 3.) temporis constituti lapsus, 4.) dolus & culpa lata emphyteutæ.

§. 12.

Propriæ vero sunt: 1.) non solutio canonis in seculari intra triennium & in ecclesiastica intra biennium. vid. c. ult. X. locat. conduct. l. 2. C. de Jur. emphyteut. 2.) alienatio emphyteuseos absque consensu domini.

§. 13. Huc

§. 13.

Huc quoque referri possunt contractus, 1.) libellarius, 2.) censiticus s. censualis. vid. Franzkius in Tract. de Laudem. c. XIII. n. 2. seqq. it. c. X. Carpzovius P. II. c. 30. def. 1. Contractus libellarius & censiticus.

Discursus IV.

De Societate.

Societas.

§. 1.

Quartus contractus consensualis est Societas.

§. 2.

Vid. 1.) Lib. III. Tit. XXVI. J. De Societate. 2.) Lib. XVII. Tit. II. P. Pro Socio. 3.) Lib. IV. Tit. XXVII. C. Pro Socio Personæ. Sedes materiæ.

§. 3.

Societas est contractus consensualis, qui de rebus & operis, lucri causa, in communicationem conferendis, initus est. vid. pr. J. h. Descriptio.

§. 4.

Ineunt hunc contractum, qui consentire possunt & bonorum suorum administrationem habent. Personæ.

§. 5.

Veniunt autem in Societatem res & operæ quævis honestæ & licitæ. vid. Ulp. l. 53. §. 55. Pomponius l. 54. P. h. Res.

§. 6.

Contrahuntur Societates l. quoad bona universa l. quoad negotiationem aliquam l. quoad rem specialem. Unde societas alia est universalis, alia generalis, alia specialis.

§. 7.

Universalis societas absolute talis dicitur, quando omnia bona universim communicantur. vid. Ulpianus l. 5. pr. Paulus l. 1. §. 1. P. h.

§. 8.

Generalis est, quando universa, quæ ex quæstu veniunt, communicari solent. vid. Ulp. l. 7. P. h.

§. 9.

Specialis est, quando certa & determinata negotiatio pro scopo habetur ejusque causa l. sumtus l. operæ conferuntur. vid. Ulp. l. 5. P. h.

§. 10.

Obligatio. Unde patet obligatio mutua utrinque directa.

§. 11.

Pertinent itaque huc: 1.) collatio bonorum, 2.) eorundem administratio, 3.) communicatio lucri, juxta quam etiam damni habenda est ratio. vid. Ulpianus l. 52. §. 1. P. h. Ulpianus l. 58. §. 1. Paulus l. 47. P. h.

§. 12.

Actio. Exinde datur actio pro socio utrinque directa. vid. §. ult. J. h.

§. 13. Hæc

§. 13.

Hæc eſt perſonalis rei perſecutoria & datur ſociis eorumque heredibus, adverſus ſocios eorumque heredes, ad præſtandum id, quod ex contractu debetur. vid. Ulp. l. 63. §. 8. l. 35. P. h.

§. 14.

Datur etiam ſociis beneficium competentiæ, ex quo ſocius ſocio obligatur ad id, quod honeſte facere poteſt. vid. Ulp. l. 63. pr. P. h. Beneficium competentiæ.

§. 15.

Societas diſſolvitur l. ratione perſonarum l. ratione rerum. Modi ſolvendi.

§. 16.

Quoad perſonas ſocietas diſſolvitur: 1.) morte ſocii. vid. §. 5. J. h. Modeſtinus l. 4. §. 1. P. h. 2.) Pœnitentia mutua. vid. Ulpianus l. 63. §. 10. P. h.

§. 17.

Quoad res autem extinguitur ſocietas: 1.) negotio finito, vid. §. 6. J. h. l. 65. §. 10. P. h. 2.) tempore conſtituto elapſo, vid. § 8. in fin. J. h. 3.) rei interitu. vid. §. 7. 8. J. h.

Diſcurſus V.

De Mandato.

Mandatum.

§. 1.

Quintus & ultimus contractus conſenſualis eſt mandatum.

§. 2.

Sedes materiæ. Vid. 1.) Lib. III. Tit. XXVII. J. De mandato. 2.) Lib. XVII. Tit I. P. Mandati l. contra. 3.) Lib. IV. Tit. XXXV. Mandati l. contra.

§. 3.

Descriptio. Mandatum est contractus consensualis, quo aliena negotia gratis gerenda commissa suscipimus. vid. §. 7. J. h.

§. 4.

Personæ. Contrahentes sunt mandans & procurator s. mandatarius. vid. Paulus l. 17. Ulpianus l. 18. P. h.

§. 5.

Omnes autem mandare queunt, qui jure gentium contrahunt & specialiter non prohibentur.

§. 6.

Negotia. Suscipiuntur negotia aliena gratis gerenda. vid. §. fin. J. h.

§. 7.

Et sufficit non tantum consensus expressus, sed etiam tacitus. vid. Ulpianus l. 6. §. 2. l. 18. P. h.

§. 8.

Debet esse licitus & possibilis. vid. Ulpianus l. 6. §. 3. P. h. Celsus l. 185. P. d. R. J.

§. 9.

Obligatio. Unde profluit obligatio mandatarii, ut susceptum mandatum exsequatur aut interesse præ-

præstet; mandantis autem, ut mandatarium indamnem servet. vid. Paulus l. 5. §. 1. Ulpianus l. 6. §. 1. Paulus l. 20. P. h.

§. 10.

Exinde descendit actio mandati directa & contraria.

§. 11.

Actio mandati directa est, quæ competit mandanti ejusque heredibus, adversus mandatarium ejusque heredes, ad implendum mandatum l. quod interest, præstandum. Actio mandati directa.

§. 12.

Actio mandati contraria est, quæ competit mandatario, adversus mandantem, ad indemnitatem ratione mandati obtinendam. vid. Thomasius in U. M. P. h. Contraria.

§. 13.

Mandatum solvitur: 1.) mutuo dissensu, vid. §. fin. J. quib. mod. toll. obligat. 2.) mandantis revocatione, 3.) mandatarii renunciatione tempestiva, l. 22. §. ult. l. 27. §. 2. P. h. 4.) morte alterutrius. vid. §. 10. J. h.

Inspectio V.

De Contractibus innominatis. Contractus innominati.

§. 1.

Post contractus veros nominatos occurrunt innominati.

§. 2. Con-

§. 2.

Descriptio. Contractus innominati sunt, qui certum & speciale nomen non habent.

§. 3.

Distinctio. Sunt autem l. irregulares l. regulares.

§. 4.

Irregulares. Ad contractus innominatos irregulares referuntur contractus æstimatorius & permutatio.

§. 5.

Æstimatorius. Est itaque primus contractus innominatus irregularis æstimatorius. vid. Lib. XIX. Tit. III. P. De æstimatoria actione.

§. 6.

Descriptio. Hic est contractus, quo res æstimata certo pretio vendenda, ea conditione datur, ut ab accipiente l. res illa l. pretium conventum reddatur. vid. Ulpianus l. 1. pr. §. 1. P. h.

§. 7.

Frequens est hic contractus cum feminis proletariis, quæ germanice dicuntur. Trendel-Weiber/ Käuflinne.

§. 8.

Actio. Unde est actio æstimatoria, qua agitur, ut res ipsa l. ejusdem æstimatio reddatur. vid. tit. cit.

§. 9. Alter

§. 9.

Alter contractus innominatas irregularis **Permutatio.** est contractus permutationis. vid. 1.) Lib. XIX. Tit. IV. P. De rerum permutatione. 2.) Lib. IV. Tit. LXIV. C. De rerum permutatione.

§. 10.

Contractus permutationis est, quo res da- **Descriptio.** tur, ut pro ea detur alia. vid. Paulus l. 1. P. h.

§. 11.

Primus autem contractus innominatus re- **Regulares. Do ut des.** gularis est contractus do ut des, quo res traditur, ut pro ea reddatur eadem.

§. 12.

Hinc competit actio præscriptis verbis. vid. 1.) Lib. XIX. Tit. V. P. De præscriptis verbis & in factum actionibus. conf. autem Schilterus in Exerc. 32. §. 11.

§. 13.

Secundus est do ut facias, quo res pro- **Do ut facias.** pria datur, ut accipiens aliquid faciat. vid. Paulus l. 5. §. 2. P. h.

§. 14.

Ex hoc datur actio præscriptis verbis, ut ab accipiente factum præstetur. vid. l. 7. P. h.

§. 15.

Tertius contractus innominatus est facio, **Facio ut des.**

ut

ut des, quo factum præstatur, ut res ab altero tradatur. vid. Paulus l. 5. §. 4. P. h.

§. 16.

Facio ut facias. Quartus est facio ut facias, quo præstatur factum, ut vicissim factum præstetur. vid. d. l. 5. §. 4. P. h.

§. 17.

Hisce contractibus moribus adduntur contractus suffragii, adsecurationis, cambii &c.

§. 18.

Contractus suffragii. Contractus suffragii est, quo datur quid, ut alicujus negotium apud principem commandetur. vid. l. un. C. de suffrag.

§. 19.

Adsecurationis. Adsecurationis contractus est, quo præmium datur, ut periculum incertum rerum alio transvehendarum suscipiatur. vid. Grotius de J. B. & P. Lib. II. c. 12. n. 23.

§. 20.

Cambialis. Contractus cambialis est, quo certa pecuniæ summa, loco commodo recipienda solvi debeat. vid. Kressius in Specim. Jurispr. Lib. III. Tit. XXII. §. 1.

§. 21.

Requiruntur autem tres l. quatuor personæ: 1.) remittens, 2.) trassans, 3.) præsentans, & 4.) acceptans.

§. 22. Tale

§. 22.

Tale negotium peragitur literis cambialibus. vid. Marperger im Handels-Correspondenten. P. I.

§. 23.

Requisita sunt: 1.) dies scriptionis & solutionis, 2.) nomen remittentis, præsentantis & accipientis, 3.) determinatio summæ specieique exsolvendæ, 4.) subscriptio trassantis. vid. Marperger von der Kaufmannschaft.

Articulus III.

De Quasi-contractibus.

Quasi-contractus.

§. 1.

Expositis contractibus veris, nunc quasi-contractus adjungendi sunt.

§. 2.

Vid. Lib. III. Tit. XXIIX. J. De obligationibus, quæ quasi ex contractu nascuntur. Sedes materiæ.

§. 3.

Quasi-contractus est, cujus obligatio ex consensu præsumto nascitur. Descriptio.

§. 4.

In hoc titulo Institut. species quasi-contractuum quinque recensentur, quibus plures ex digestorum libris addi possunt. Species.

§. 5. Pri-

§. 5.

Negotiorum gestio.

Primus quasi-contractus est negotiorum gestio. vid. 1.) Lib. III. Tit. V. P. De negotiis gestis. 2.) Lib. II. Tit. XIX. C. De negotiis gestis.

§. 6.

Descriptio.

Negotiorum gestio est quasi-contractus, quo quis absque mandato alterius negotia utiliter gerenda in se suscepit. vid. §. 1. J. h.

§. 7.

Actio directa.

Hinc datur actio negotiorum gestorum directa & contraria.

§. 8.

Actio negotiorum gestorum directa est, quæ domino ejusdemque heredibus competit, adversus negotiorum gestorem, ejusdemque heredes, ad id præstandum, quod exinde præstare debet. vid. Paulus l. 19. Gajus l. 2. Tryphoninus l. 38. P. h.

§. 9.

Contraria.

Actio negotiorum gestorum contraria est, quæ datur gestori ejusque heredibus adversus dominum ejusque heredes, ad id præstandum, quod ipsi debetur. vid. Javolenus l. 28. Gajus l. 2. P. h.

§. 10.

Tutelæ administratio.

Secundus quasi-contractus est tutelæ administratio. vid. §. 2. J. h.

§. 11. Tu-

§. 11.

Tutelæ administratio est quasi-contractus, quo tutor ad pupillum bene educandum ejusque bona fideliter administranda obligatur. vid. §. 2. J. h. Descriptio.

§. 12.

Exinde descendit actio tutelæ, quæ competit pupillo & tutori, ad id præstandum, quod sibi invicem tenentur. Actio.

§. 13.

Est itaque l. directa l. contraria. Illa est, quæ competit pupillo ejusque heredibus, adversus tutorem ejusque heredes, ad reddendas rationes & præstandum, quod ex administratione ipsi debetur. vid. Ulpianus l. 1. pr. §. 16. 17. Paulus l. 10. P. de tut. & rat. distrah. Directa.

§. 14.

Hæc est, quæ competit tutori ejusque heredibus, adversus pupillum ejusque heredes, ad præstandum, quod ipsi abest. vid. §. 2. J. h. Conf. supra Tract. I. c. III. Sect. IV. Art. I. Inspect. VI. p. 164. Contraria.

§. 15.

Tertius quasi-contractus est hereditatis communio. vid. 1.) Lib. X. Tit. II. P. Familiæ ercifcundæ. 2.) Lib. III. Tit. XXXVI. C. Familiæ ercifcundæ. Communia utriusque judicii.

§. 16.

Descriptio. Communio hereditatis est quasicontractus, quo duo pluresve hereditatem communem accipientes sibi invicem obligantur. vid. Gajus l. 1. Ulpianus l. 22. §. 4. Paulus l. 25. §. 3. P. h.

§. 17.

Actio. Oritur exinde actio familiæ erciscundæ, quæ datur coheredibus & tendit ad divisionem hereditatis, aliasque coheredum præstationes personales. vid. Gajus l. 1. P. h.

§. 18.

Distingui solet in directam & utilem. vid. Ulpianus l. 2. §. 1. Gajus l. 40. P. h. conf. Struvius in Exerc. 15. th. 2.

§. 19.

Hereditatis aditio. Quartus quasi-contractus est hereditatis aditio. vid. §. 5. J. h.

§. 20.

Descriptio. Aditio hereditatis est quasi-contractus, quo heredem se declarans legatariis aut fideicommissariis obligatur. vid. §. 6. J. h.

§. 21.

Actio. Hinc competit actio ex testamento, qua agitur contra heredem, ad præstandum, quod ultima voluntate est relictum. vid. §. 2. J. de legat.

§. 22. Quin-

§. 22.

Quintus quasi-contractibus est communio rei singularis. vid. 1.) Lib. IV. Tit. III. P. Communi dividundo. 2.) Lib. III. Tit. XXXVII. C. Communi dividundo. Communio rei singularis.

§. 23.

Communio rei singularis est quasi-contractus, quo duo pluresve absque inita societate in rem particularem incidentes obligantur. vid. §. 3. J. h. Descriptio.

§. 24.

Ex hoc contractu nascitur actio de communi dividundo, qua agitur, ut res singularis communis dividatur & præstationes personales præstentur. vid. Paulus l. 1. Ulpianus l. 3. P. h. Actio.

§. 25.

Sextus quasi-contractus est solutio indebiti. vid. 1.) Lib. XII. Tit. VI. P. De Condictione indebiti. 2.) Lib. IV. Tit. V. C. De condictione indebiti. Solutio indebiti.

§. 26.

Solutio indebiti est, quasi-contractus, quo is, cui indebitum per errorem est solutum ad ejus restitutionem obligatur. vid. §. 6. J. h. Descriptio.

§. 27.

Exinde competit actio indebiti, qua repetitur id, quod per errorem datum est. vid. Actio.

§. 1. J. quib. mod. re contrah. §. 6. J. h. Ulpianus l. 1. P. h.

§. 28.

Datio ob causam. Septimus quasi-contractus est datio ob causam. vid. 1.) Lib. XII. Tit. IV. P. De condictione causa data, causa non secuta. 2.) Lib. IV. Tit. VI. C. De condictione ob causam datorum.

§. 29.

Descriptio. Est quasi-contractus, quo id, quod ob causam futuram honestam, a dante expressam, & postea non existentem, datum fuit, repeti potest. vid. §. 6. J. h.

§. 30.

Condictio. Unde datur condictio causa data causa non secuta, qua agitur ad id, quod ideo datum est, restituendum. vid. Javolenus l. 10. P. h.

§. 31.

Acceptio sine causa. Octavus quasi-contractus est acceptio sine causa. vid. 1.) Lib. XII. Tit. VII. P. De condictione sine causa. 2.) Lib. IV. Tit. IX. C. De condictione ex lege sine causa.

§. 32.

Descriptio. Hæc est quasi-contractus, quo is, qui rem sine causa accepit, obligatur ad restituendum. vid. l. 32. in fin. P. de R. C.

§. 33.

Condictio sine causa. Ex hoc competit condictio sine causa, qua id, quod apud alium sine ulla causa est, repetitur. vid. Ulpianus l. 1. pr. P. h.

§. 34. No-

§. 34.

Nonus quasi-contractus est obscuratio finium. vid. 1.) Lib. X. Tit. 1. P. Finium regundorum. 2.) Lib. III. Tit. XXXIX. C. Frinium regundorum. Obscuratio finium.

§. 35.

Est quasi-contractus, quo alter alteri ad præstationes personales propter fines confusos obligatus præsumitur, vid. Paulus l. 1. P. h. l. 4. §. 1. eod. Descriptio.

§. 36.

Competit ex hoc actio finium regundorum, qua agitur ad id, quod propter fines confusos interest, præstandum. vid. Ulpianus l. 2. P. h. Actio finium regundorum.

§. 37.

Decimus quasi-contractus est receptio in navim. vid. *L*ib. IV. Tit. IX. P. Nautæ, caupones, stabularii, ut recepta restituant. Receptio in navim

§. 38.

Est quasi-contractus, quo exercitor navis, cauponæ, l. stabuli tacite promittere præsumitur, res receptas fore salvas. vid. Ulpianus l. 1. P. h. Descriptio.

§. 39.

Competit inde actio de recepto, qua agitur ad res receptas salvas restituendas. Actio de recepto.

Articulus IV.

Damnorum præstatio in contractibus.

De damnorum præstatione in contractibus.

§. 1.

Sedes materiæ. Damna in contractibus eveniunt l. ex dolo l. ex culpa l. ex casu fortuito, vid. Lib. XIII. Tit. VI. l. 5. §. 2. P. Commodati l. contra.

§. 2.

Dolus. Dolus est, quo quis alterum sciens & volens fallit. vid. Ulpianus l. 1. §. 2. P. de dol.

§. 3.

Culpa. Culpa est omissio debitæ diligentiæ; vid. Paulus l. 121. P. de R. J.

§. 4.

Dividitur culpa in latam, levem & levissimam.

§. 5.

Lata. Lata culpa est omissio ejus diligentiæ, quam omnes homines in rebus suis adhibere solent, e. g. si quis res fidei suæ commissas in loco, in quo unus quisque accedere potest, incustoditas reliquerit. Hæc in jure varia habet nomina. vid. Struvius in Exerc. 19. th. 18.

§. 6.

Levis. Culpa levis est omissio diligentiæ, quam quivis bonus paterfamilias in rebus suis adhibet. vid. Ulpianus l. 10. de administr. & periculo tut.

§. 7. Cul-

§. 7.

Culpa leviſſima eſt omiſſio diligentiæ, quam diligentiſſimus paterfamilias in ſuis rebus adhibet, e. g. Si quis claudat januam, clavem quoque revolvat, ſed non tentet, an oſtium bene ſit clauſum. Leviſſima.

§. 8.

Caſus fortuitus eſt inopinatus eventus, cui reſiſti non poteſt. vid. Gajus l. 18. pr. P. Commodat. Caſus fortuitus

§. 9.

Ceterum regulæ de doli, culpæ & caſus fortuiti præſtatione ponuntur ſequentes: 1.) Dolus in omni contractu præſtatur. vid. Ulpinianus l. 23. de R. J. Idem l. 5. §. 2. Commodati. Regulæ.

§. 10.

2.) In quo contractu ſolius dantis verſatur utilitas & accipiens gratis officium exhibet, in eo accipiens præſtat damnum, quod ipſius dolo & culpa lata datum eſt; dans autem accipienti præſtat omne damnum, quod ipſius dolo, culpa lata, levi l. leviſſima contingit, e. g. in depoſito. vid. Ulp. l. 5. §. 2. P. Commodati. l. 23. de R. J.

§. 11.

Excipiuntur tamen ab hac regula: 1.) mandatum, 2.) negotiorum geſtio, 3.) tutelæ & curæ adminiſtratio.

§. 12.

3.) In quo contractu ſolius accipientis verſatur utilitas, in eo accipiens omnem præſtat culpam. vid. Ulpianus l. 5. §. 2. P. Commodat. l. 23. d. R. J. Excipitur precarium.

§. 13.

4.) In quibus contractibus utriuſque verſatur utilitas, alter alterutri præſtat dolum, culpam latam, & levem. conf. Struvius in Exerc. 19. th. 40. 41.

§. 14.

5. Caſum fortuitum nemo præſtat, ſed res perit ſuo domino. vid. Ulp. l. 23. P. de R. J. Hæc regula ſuas patitur exceptiones.

Articulus V.

De modis obligationem in contractibus finiendi.

Modi obligationem in contractibus finiendi.

§. 1.

Obligatio tollitur l. ipſo jure l. ope exceptionis.

§. 2.

Ipſo jure tollitur obligatio: 1.) per ſolutionem, 2.) acceptilationem, 3.) novationem, 4.) mutuum diſſenſum, 5.) confuſionem, 6.) compenſationem, 7.) judicialem oblationem, 8.) rei debitæ ante moram debitoris interitum, 9.) præſcriptionem.

§. 3. Eſt

§. 3.

Est itaque primus modus solutio. vid. 1.) Lib. III. Tit. XXX. J. Quibus modis tollitur obligatio. 2.) Lib. XLVI. Tit. III. P. De solutionibus & liberationibus. 3.) Lib. VIII. Tit. XLIII. C. De Solutionibus & liberationibus. Solutio. Sedes materiæ.

§. 4.

Solutio est actualis præstatio ejus, quod debetur. vid. Ulpianus l. 52. Paulus l. 54. P. h. Descriptio.

§. 5.

Solvunt autem, qui rerum suarum dominium & arbitrium habent. Personæ.

§. 6.

Res solvi debet, quæ debetur, & quidem debita bonitate & quantitate, debito loco & tempore. vid. Paulus l. 98. §. 6. Marcellus l. 72. Paulus l. 105. P. h. Res.

§. 7.

Atque sic facta solutio liberat ab onere obligationis & actionis, si modo probetur ab eo, qui solvit. vid. Philippus l. 14. 25. P. h. Effectus.

§. 8.

Hæc probatio optime procedit per confessionem ipsius creditoris. vid. Mascardus Volum. III. conclus. 1318. n. 13.

§. 9.

Secundus modus est acceptilatio. vid. 1.) Lib. XLVI. Tit. IV. P. De acceptilatione. 2.) Lib. VIII. Tit. XLIV. C. De acceptilationibus. Acceptilatio.

§. 10.

Descriptio. Acceptilatio hodie eſt remiſſio debiti & nudo fit conſenſu. vid. Beier ad P. h.

§. 11.

Novatio. Tertius modus eſt novatio. vid. 1.) Lib. XLVI. Tit. II. P. De novationibus & delegationibus. 2.) Lib. VIII. Tit. XLII. C. De novationibus & delegationibus.

§. 12.

Deſcriptio. Novatio eſt prioris debiti in aliam obligationem transfuſio. vid. Ulpianus l. 1. P. h.

§. 13.

Hæc quatuor modis contingere poteſt: 1.) Si genus tantum obligationis mutetur, 2.) ſi hoc retineatur & modus ſtipulationis repetatur, 3.) ſi nova quantitas adjiciatur, 4.) ſi mutentur perſonæ. vid. Ulp. l. 2. l. 8. pr. Venulejus l. 31. pr. l. 8. §. 5. 11. P. h.

§. 14.

Quartus modus eſt mutuus diſſenſus. vid. §. 4. J. h.

§. 15.

Quintus modus eſt confuſio. vid. Lauterbachius in Diſſ. de Confuſ.

§. 16.

Compenſatio. Sedes materiæ. Sextus modus eſt compenſatio. vid. 1.) Lib. XVI. Tit. II. P. De compenſationibus. 2.) Lib. IV. Tit. XXXI. C. De Compenſationibus.

§. 17. Com-

§. 17.

Compenſatio eſt debiti & crediti inter ſe contributio. vid. Modeſtinus l. 1. P. h. Deſcriptio.

§. 18.

Septimus modus eſt oblatio judicialis, qua judici competenti debitum offertur, ut obſignetur & in loco publico deponatur. vid. Schultzius in Tr. de oblat. obſignat. & depoſit. pecun. Obligatio judicialis.

§. 19.

Octavus modus eſt rei interitus, quando res debita ſine debitoris facto & ante moram commiſſam interit vid. Pomponius l. 92. P. de ſolut. id. l. 23. P. de V. O. Rei interitus.

§. 20.

Nonus modus eſt præſcriptio. vid. Honor. & Theod. l. 3. & 4. C. de 30. l. 40. annor. præſcript. Præſcriptio.

§. 21.

Ope vero exceptionis obligatio & actio evertitur per aliquam exceptionem. vid. §. 16. J. de Except.

Articulus VI.

De in integrum reſtitutione.

Reſtitutio in integrum.

§. 1.

Præter jam dicta obligatio in ſe firma reſcinditur per reſtitutionem in integrum. vid. Sedes materiæ.

1.) Lib.

1.) Lib. IV. Tit. I. P. De in integrum restitutionibus. 2.) Lib. II. Tit. XLII. C. Qui & adversus quos in integrum restitui non possunt. Tit. XLIV. Si sæpius in integrum restitutio postuletur. Tit. XLVII. Ubi & apud quem cognitio in integrum restitutionis agitanda sit. Tit. XLVIII. De Reputationibus, quæ fiunt in judicio in integrum restitutionis. Tit. XLIX. Etiam per procuratorem causam in integrum restitutionis agi posse. Tit. L. In integrum restitutione postulata, ne quid novi fiat.

§. 2.

Descriptio. Restitutio in integrum est amissæ rei l. causæ redintegratio, ex justa æquitatis ratione facta. vid. Modestinus l. 3. P. h.

§. 3.

Divisio. Dividi solet in restitutionem gratiæ & justitiæ. Illa fit ex indulgentia Principis; hæc officio jurisdictionis datur. Huc pertinet restitutio justitiæ.

§. 4.

Hodie restitutionem dant omnes jurisdictionem habentes.

§. 5.

Causæ, quibus magistratus hominibus lapsis l. circumscriptis subvenit, sunt: 1.) metus, 2.) calliditas, 3.) ætas, 4.) absentia

§. 6.

Est itaque prima causa restitutionis in integrum metus. vid. 1.) Lib. IV. Tit. II. P. Quod

Quod metus causa gestum erit. 2.) Lib. II. Tit. XX. C. De his, quæ vi metusve causa.

§. 7.

Metus est periculi instantis l. futuri voluntati injecta trepidatio. vid. Ulp. l. 1. P. h.

§. 8.

Vis est majoris rei impetus, cui resisti non potest. vid. Paulus l. 2. P. h.

§. 9.

Secunda causa est calliditas s. dolus malus. vid. 1.) Lib. IV. Tit. III. P. De dolo malo. 2.) Lib. II. Tit. XXI. C. De dolo malo. Dolus. Sedes materiæ.

§. 10.

Est machinatio alterius decipiendi & lædendi causa adhibita. vid. Ulpianus l. 1. §. 2. P. h. Descriptio.

§. 11.

Unde datur exceptio doli l. actio. vid. Ulpianus l. 13. 15. 17. P. h. Paulus l. 16. & 18. P. eod. conf. Ulp. l. 1. & 11. eod. Actio.

§. 12.

Tertia causa est ætas minorennis. vid. 1.) Lib. IV. Tit. IV. P. De minoribus 25. annis. 2.) Lib. II. Tit. XXII. C. De in integrum restitutione minorum 25. annis. Tit. XXIII. De filiofamilias minore. Tit. XXIV. De fidejussoribus minorum. Tit. XXV. Si tutor l curator intervenerit. Tit. XXVI. Si communi eademve causa in integrum restitutio postuletur. Tit. XXVII. Si adversus rem judicatam restitutio postuletur. Tit. XXIIX. Si adversus venditionem Tit. XXIX. Si adversus venditionem pignorum. Tit. XXX. Si Ætas minorennis Sedes materiæ.

Si adversus donationem. Tit. XXXI. Si adversus libertatem. Tit. XXXII. Si adversus transactionem. Tit. XXXIII. Si adversus solutionem a tutore l. a se factam. Tit. XXXIV. Si adversus dotem Tit. XXXV. Si adversus delictum. Tit. XXXVI. Si adversus usucapionem. Tit. XXXVII. Si adversus fiscum. Tit. XXXVIII. Si adversus creditorem. Tit. XXXIX. Si minor ab hereditate se abstineat. Tit. XL. Si ut omissam hereditatem l bonorum possessionem l. quid aliud adquirat. Tit. XLI. In quibus causis restitutio in integrum necessaria non est. Tit. XLII. Qui & adversus quos in integrum restitui non possunt. Tit. XLIII. Si minor se majorem dixerit l. major probatus fuerit. Tit. XLIV. Si sæpius in integrum restitutio postuletur. Tit. XLV. De his, qui veniam ætatis impetraverint. Tit. XLVI. Si major factus ratum habuerit.

§. 13.

Descriptio. Minor dicitur, qui annum 25. nondum implevit. vid. Ulpianus l. 3. §. 3. P. h.

§. 14.

Variant autem circa minorennitatem jura statutaria & provincialia. vid. Spec. Sax. im Land-Recht, Lib. I. art. 42. Statutur. Hamburgens. P. III. Tit. VI. art. 21.

§. 15.

Requiritur tamen læsio manifesta & sufficienter probata. vid. Ulpianus l. 7. P. h.

§. 16.

Hæc probatio optime fit ex libris baptismalibus. vid. Strauchius in Diss. 27. th. 18. & ibidem Thomasius in obs.

§. 17. Ces-

§. 17.

Cessat tamen hoc beneficium variis in caussis. vid. Tryphoninus l. 37. l. 3. §. 1. 2. l. 11. §. 6. 7. P. h.

§. 18.

Hoc beneficio etiam fruuntur Ecclesiæ & Respublicæ. vid. Böhmer ad P. h.

§. 19.

Quarta causa restitutionis est capitis deminutio minima. vid. Lib. IV. Tit. V. P. De capite minutis. Capitis deminutio.

§. 20.

Quinta causa est l. generalis l. specialis. vid. 1.) Lib. IV. Tit. VI. P. Ex quibus caussis majores 25. annis in integrum restituuntur. 2.) Lib. II. Tit. LIV. C. Quibus ex caussis majores in integrum restituuntur. Tit. LI. De restitutionibus militum. Tit. LII. De uxoribus militum.

§. 21.

Generalis est quæcunque causa justa. vid. Ulpianus l. 1. in fin. P. h.

§. 22.

Specialis est absentia, quæ ratione diversarum absentiæ causarum ac meritorum consideratur. vid. Callistratus l. 2. P. h.

§. 23.

Hisce caussis quoque adnumeratur alienatio rei judicis mutandi causa facta. vid. 1.)

Lib.

Lib. IV. Tit. VII. P. De alienatione judicii mutandi causa facta. 2.) Lib. II. Tit. LV. C. De alienatione judicii mutandi causa facta.

§. 24.

Hæc restitutio est, qua læso per dolosam alienationem, succurritur. vid. Gajus l. 1. Ulpianus l. 4. §. 1. Paulus l. 8. P. h.

Capitis Tertii

Sect. V.

Delicta.

De Jure ad Rem ex obligatione quoad delicta.

§. 1.

Generatim.

Hactenus expositum est jus ad rem ex factis obligatoriis licitis, agamus nunc de jure ad rem ex obligatione, quæ oritur ex factis illicitus.

§. 2.

I. Delictum generatim.
II. Delictum verum.
III. Delictum non verum s. quasi-delictum.
IV. Abolitio delictorum & remissio pœnarum.

Membrum I.

De delictis generatim.

§. 1.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. IV. Tit. I. J. De obligationibus, quæ ex delicto nascuntur. 2.) Lib. XLVII. Tit. I. De delictis privatis.

§. 2. De-

§. 2.

Delictum est factum contra præscriptam legum normam commissum, adeoque pœnali sanctioni subjectum. Descriptio.

§. 3.

Requiritur itaque factum hominis voluntarium. vid. Ulpianus l. 18. P. de pœn.

§. 4.

Est autem differentia inter delictum & vitium. Illud legum civitatis sancita negligit; hoc contra normam rationis impingit.

§. 5.

Distinguitur delictum in verum & non verum s. quasi-delictum. Divisio.

Membrum II.

De Delictis veris. Vera.

§. 1.

Delictum verum est, quod ex animi proposito & dolo committitur.

§. 2.

Hoc iterum distinguitur in privatum & publicum.

§. 3.

Verum, hodie quoad inquisitionem & officium judicis omne delictum est publicum. vid. tamen Beierus ad J. h.

§. 4.

Multo magis hodie distinguitur delictum in criminale & civile.

§. 5.

Distinctio inter delictum extraordinarium & populare hodie quoque extra usum est. vid. Beierus ad P. h.

Articulus I.

Privata.

De Delictis privatis.

§. 1.

Delictum privatum erat, quod privatos principaliter lædebat eorumque vindicationi relinquebatur.

§. 2.

Huc recensentur quatuor: 1.) furtum, 2.) rapina, 3.) damnum, & 4.) injuria. vid. pr. J. h.

§. 3.

Furtum. Primum delictum privatum est furtum. vid. 1.) Lib. XLVII. Tit. II. P. De furtis. 2.) Lib. VI. Tit. II. C. De furtis & servo corrupto.

§. 4.

Descriptio. Furtum est contrectatio fraudulosa rei alienæ lucri faciendi gratia facta. vid. §. 1. J. h. Paulus l. 1. §. 3. P. h.

§. 5.

Divisio. Distingui solet furtum in manifestum & non-manifestum. vid. §. 3. J. h.

§. 6. Il-

§. 6.

Illud est, quando fur in ipso furto deprehenditur, antequam rem furtivam ad locum destinatum perferat. vid. d. §. German. Ein öffentlicher Diebstahl/ wann der Dieb auf frischer That ergriffen wird.

§. 7.

Hoc est, quando fur cum re furtiva dicto modo non deprehenditur. vid. Ulp. l. 5. P. h. German. Ein heimlicher Diebstahl.

§. 8.

Porro distinguitur furtum in simplex & qualificatum.

§. 9.

Simplex dicitur, quod sine magno conamine & studio perficitur; qualificatum autem quod fit singulari violentia, ascensione scalæ, effractione & armis. vid. Carolus V. in Constit. Crim. art. 159. 162.

§. 10.

Præterea dispescitur in magnum & parvum.

§. 11.

Magnum dicitur, quod quinque solidos continet; parvum, quod quinque solidos non attingit. vid. d. c. art. 160. 161.

§. 12.

Denique furtum abit in primum & reiteratum. vid. d. c. art. 158. 159.

§. 13.

Quod Jus Romanum attinet, tribuebat illud contra furem manifestum actionem quadrupli, contra non manifestum actionem dupli. vid. §. 5. J. h.

§. 14.

Pœna. Sed hodie Species furti Jure Carolino puniuntur. vid. itaque articuli citati.

§. 15.

Mitigatio. Cessat tamen pœna ordinaria 1.) in furto inter parentes & liberos, conjuges l. cognatos commisso. vid. Ulpianus l. 17. P. h. conf. Carpzovius in Pr. Crim. P. II. quæst. 82. n. 39. seq. 2.) In administratore, commodatario, depositario, rem furtivam emente &c. vid. Carolus V. in Const. Crim. art. 168. 169. 3.) in receptatore rerum furtivarum, modo non præstiterit auxilium furantibus. vid. Carpzovius l. c. qu. 87. Muller in Diss. II. th. 20. conf. autem Sächs. Land-Recht Lib. II. art. 13. 25. Schwäbisch Land-Recht / c. 260. seq. 4.) Nec non in aliis.

§. 16.

Potest etiam dominus rem ablatam extantem a quovis possessore vindicare jure dominii. vid. §. ult. J. h.

§. 17. Da-

§. 17.

Datur etiam condictio furtiva. vid. 1.) Lib. XIII. Tit. I. P. De condictione furtiva. 2.) Lib. IV. Tit. VIII. C. De condictione furtiva. Condictio furtiva. Sedes materiae.

§. 18.

Condictio furtiva est, quae domino competit, adversus furem ejusque heredes, ad rem cum omnibus fructibus & accessionibus repetendam. vid. Paulus l. 3. l. 5. Ulpianus l. 7. §. 2. l. 9. P. h. Descriptio.

§. 19.

Olim dabatur etiam actio de tigno juncto. vid. Lib. XLVII. Tit. III. P. De tigno juncto. Actio de tigno juncto.

§. 20.

Haec competebat ei, cujus materia alieno aedificio juncta fuit, in duplum. vid. Ulpianus l. 1. P. h.

§. 21.

Hodie hac in causa agitur ad simplicem tigni aestimationem. vid. Thomasius in Diss. de usu actionum poen. c. III. §. 43.

§. 22.

Dabantur etiam aliae actiones poenales. vid. 1.) Lib. XLVII. Tit. IV. P. Si is, qui testamento liber esse jussus erit post mortem domini ante aditam hereditatem surripuisse, aut corrupisse dicatur. 2.) Lib. XLVII. Tit. V. P. Furti adversus nautas caupanes stabularios.

 3.) Lib.

3.) Lib. XLVII. Tit. VI. P. Si familia furtum fecisse dicatur. 4.) Lib. XLVII. Tit. VII. Arborum furtim cæsarum.

§. 23.

Rapina. Sedes materiæ. Secundum delictum privatum est rapina. vid. 1.) Lib. IV. Tit. II. J. De vi bonorum raptorum. 2.) Lib. XLVII. Tit. VIII. P. Vi bonorum raptorum & de turba. 3.) Lib. IX. Tit. XXXIII. C. Vi bonorum raptorum.

§. 24.

Descriptio. Est delictum, quo res aliena mobilis lucri faciendi animo vi aufertur. vid. pr. J. h.

§. 25.

Pœna. Unde dabatur olim actio ad quadruplum; hodie vero rapina gladio punitur. vid. Carolus V. in Const. Crim. art. 126.

§. 26.

Huc pertinet etiam factum violentum. vid. Lib. XLVII. Tit. IX. De incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata.

§. 27.

Damnum injuria datum. Tertium delictum privatum est damnum injuria datum. vid. 1.) Lib. IV. Tit. III. J. De L. Aquilia. 2.) Lib. IX. Tit. II. P. Ad Legem Aquiliam. 3.) Lib. III. Tit. XXXV. C. De Lege Aquilia.

§. 28.

Descriptio. Hoc est delictum, quo l. patrimonium alterius l. persona dolo, culpa deminuitur aut læditur. vid. pr. J. h.

§. 28. Olim

§. 29.

Olim hoc delictum vindicabatur lege Aquilia; hodie vero damnum illatum æstimari solet. Pœna.

§. 30.

Quartum delictum privatum est injuria. vid. 1.) Lib. IV. Tit. IV. J. De Injuriis. 2.) Lib. XLVII. Tit. X. P. De Injuriis & famosis libellis. 3.) Lib. IX Tit. XXXV. C. De Injuriis. Tit. XXXVI. De famosis libellis. Injuria, Sedes materiæ.

§. 31.

Injuria est delictum, quo alterius existimatio læditur. vid. §. 1. J. h. Ulpianus l. 1. pr. P. h. Descriptio.

§. 32.

Hoc fit l. verbis l. factis. Unde injuria est l. verbalis l. realis. Distinctio.

§. 33.

Verbalis fit l. verbis dictis l. scriptis, ex quibus famosus libellus descendit.

§. 34.

Requiritur itaque 1.) verbum l. factum injuriosum, 2.) animus injuriandi, & 3.) displicentia ejus, qui eam patitur.

§. 35.

Vindicatur autem injuria actione æstimatoria, quæ competit læso, adversus injuriantem, ad certam summam pecuniæ a judice determinandam. vid. Ulpianus l. 15. P. h. Actio.

§. 36.

Hæc actio tollitur: 1.) morte injuriantis & injuriati, 2.) remiſſione ſ. diſſimulatione. vid. Böhmer ad P. h.

§. 37.

Præter hanc vindicatur quoque actione ad palinodiam, quæ datur injuriam atrocem verbalem paſſo, adverſus injuriantem, ad verba injurioſa reclamanda. vid. R. J. de anno 1530. conf. Schilterus in Exerc. 10. §. 32.

§. 38.

Denique vindicatur retorſione, quando injuria in ipſum injuriantem ab injuriato verbis ſimilibus l. in continenti l. ex poſtfacto rejicitur.

§. 39.

Famoſus libellus. Famoſus libellus eſt, quo ſcripto alicui crimen objicitur.

§. 40.

Pœna. Olim obtinuit pœna capitis l. talionis; hodie pœna fere eſt arbitraria. vid. Carolus V. in Conſt. Crim. art. 110. conf. Friſe in Diſſ. de famoſis libellis.

Articulus II.

De delictis publicis.

Delicta Publica.

§. 1.

Sedes materiæ. Vid. 1.) Lib. IV. Tit XVIII. J. De publicis judiciis. 2.) Lib. XLVIII. Tit. I. P. De publicis judiciis.

De-

§. 2.

Delictum publicum est, quo civilis societas læditur & cui certa pœna a certa lege publicorum judiciorum statuta est. vid. Macer. l. 1. P. h. Descriptio.

§. 3.

Erat l. capitale l. non capitale.

§. 4.

Capitale est, propter quod mors naturalis l. civilis infligitur. vid. §. 2. J. h. Distinctio.

§. 5.

Non capitale est, cui, retenta vita, libertate & civitate, levior pœna irrogatur. vid. d. §.

§. 6.

Ex ordine vero Pandectarum delicta publica jam veniunt recensenda.

§. 7.

Est itaque primum crimen læsæ Majestatis. vid. 1.) Lib. XLVIII. Tit. IV. Ad Legem Juliam Majestatis. 2.) Lib. IX. Tit. VIII. C. Ad Legem Juliam Majestatis. Tit. VII. Si quis imperatori maledixerit. Crimen læsæ Majestatis. Sedes materiæ.

§. 8.

Crimen læsæ Majestatis est, quod contra reipublicæ l. Principis salutem & securitatem committitur. vid. Ulp. l. 1. §. 1. P. h. Descriptio.

§. 9.

Distinctio. Est autem l. perduellionis l. Crimen læsæ Majestatis in specie. vid. l. ult. P. h.

§. 10.

Crimen perduellionis est, quo ipsa Principis aut Reipublicæ salus læditur. vid. Ulpianus l. 1. §. 1. l. 2. 3. 4. pr. P. h.

§. 11.

Crimen læsæ Majestatis in specie est, quo superioritas, dignitas, existimatio Principis l. regni læditur l. minuitur. vid. Ulpianus l. 11. P. h.

§. 12.

Utrumque est contra præceptum juris naturalis.

§. 13.

Committitur a subdito in omnes, penes quos est majestas. vid. Carolus IV. in Aur. Bulla. c. 24.

§. 14.

Pœna. Pœna perduellionis est gladius l. etiam dissectio in quatuor partes, 2.) bonorum omnium publicatio & confiscatio. vid. Ulp. l. 11. P. h. Arcadius l. 5. 6. P. h. Carolus V. in Const. Crim. art. 124.

§. 15.

Filii quoque fiunt ex hoc vitio paterno infames. vid. d. l. 5. C.

§. 16. Pœna

§. 16.

Pœna vero ſimplicis criminis læſæ Majeſtatis facto commiſſi eſt etiam capitalis, bona tamen non confiſcantur. vid. Modeſtinus l. 7. P. h.

§. 17.

Quod verbis ſ. maledictis commiſſum, illorum pœna eſt arbitraria. vid. Ulp. l. 11. P. h.

§. 18.

Huc a DD. refertur crimen læſæ Majeſtatis divinæ, quod blaſphemia & perjurio committitur. Crimen læſæ Majeſtatis divinæ.

§. 19.

Blaſphemia eſt, quando verba in contemtum Numinis tendentia ab homine malo animo proferuntur.

§. 20.

Pœna aliquando eſt capitis, aliquando arbitraria. vid. Carolus V. in Conſt. Crim. art. 106. R. J. de anno 1512. & 1530. Pœna.

§. 21.

Perjurium eſt crimen, quod non tantum contra rempublicam, ſed etiam contra honorem divinum pugnat. vid. Gerhardi Diſſ. de Crim. perjurii.

§. 22.

Pœna ejus hodie eſt arbitraria. conf. autem Conſtit. Crim. art. 107. 108.

§. 23. Quod

§. 23.

Quod autem heresin, paganismum Judæismum &c. attinet, magis ad Theologiam spectat. vid. Buddeus in Inst. Th. Mor. c. I. Sect. II. §. 27. seq.

§. 24.

Crimen adulterii. Sedes materiæ.

II. Secundum est crimen adulterii. vid. 1.) Lib. XLVIII. Tit. V. P. Ad Legem Juliam de adulteriis coercendis. 2.) Lib. IX. Tit. IX. C. Ad Legem Juliam de adulteriis & stupro. Tit. X. Si quis eam, cujus tutor fuerit, corruperit. Tit. XI. De mulieribus, quæ se propriis servis junxerunt. Tit. XIII. De mulieribus, quæ se propriis servis junxerunt. Tit. XIII. De raptu virginum, nec non viduarum & sanctimonialium.

§. 25.

Descriptio.

Adulterium Romæ dicebatur violatio tori alieni. vid. Papinianus l. 6. §. 1. P. h.

§. 26.

Verum, quoad rem ipsam, est violatio pacti conjugalis.

§. 27.

Distinctio.

Committitur autem l. inter utrinque conjugatos l. inter conjugatam & solutum l. inter conjugatum & solutam.

§. 28.

Pœna.

Unde prioris pœna est gladius. vid. Constantinus l. 30. C. h. Sächsisch Land-Recht/ Lib. II. art. 13. add. Just. Novella 134.

§. 29. Al-

§. 29.

Alterius pœna itidem est gladius, quoad masculum solutum, quoad feminam fustigatio. vid. Constant. l. 30. C. h. conf. autem Jur. Saxon. Elect. P. IV. c. 19..

§. 30.

Tertii pœna est quoad maritum fustigatio, quoad feminam relegatio. vid. Colerus P. I. decis. 175. conf. autem Carpzovius ad P. IV. c. 19.

§. 31.

Variat tamen pœna adulterii. vid. Ludovici ad P. h. §. 5.

§. 32.

Mitigatur quoque pœna adulterii: 1.) ob interceſſionem partis innocentis læsæ, 2.) ob remiſſionem & receptionem a parte innocente factam, 3.) ob delictum alterius partis &c. vid. Struvius in Exerc. 49. th. 33. Mitigatio.

§. 33.

Hactenus dicta respiciunt ad actionem criminalem. vid. Carpzovius in Proceſſ. Crim. P. I. quæst. 60. n. 22.

§. 34.

Quæ tamen ceſſat post quinquennium. vid. Ulpianus l. 29. §. 5. 6. P. h.

§. 35.

Quod autem actionem civilem attinet, perpetuo agitur,

§. 36. Hæc

§. 36.

Hæc tendit ad divortium, lucrationem dotis aut dotalitii & donationis propter nuptias. vid. Nov. 117. c. 8. 9. Land-Recht/ Lib. I. art. 21. Weichbild/ art. 10.

§. 37.

Stuprum. Huc etiam referuntur: 1.) ſtuprum, quod eſt illicitus concubitus cum femina ſoluta & alias honeſta. vid. Papinianus l. 11. Ulpianus l. 12. P. h.

§. 38.

Diſtinguitur in violentum & voluntarium.

§. 39.

Violentum. Violentum dicitur, quod contra invitam & reluctantem committitur. vid. Marcianus l. 3. §. 4. P. h. conf. itaque l. 1. §. 4. P. de Lege Cornel.

§. 40.

Pœna. Pœna ejus hodie eſt gladius. vid. Conſt. Crim. art. 119. Sächſiſch Land-Recht/ Lib. II. art. 13. conf. autem *Lyncker* in Analect. h.

§. 41.

Voluntarium. Voluntarium appellatur, quod cum volente & parum reluctante committitur. vid. Modeſtinus l. 34. P. h.

§. 42.

Actio. Agitur itaque propter hoc l. civiliter l. criminaliter.

§. 43. In

§. 43.

In illa actione agitur: 1.) ad dotationem stupratæ, 2.) ad alimenta partui præstanda, 3.) ad consummationem matrimonii. vid. Ludovici ad P. h. §. 15.

§. 44.

In hac autem locum habet 1.) pœna carceris l. pecuniaria, 2.) alibi pœnitentia ecclesiastica. vid. Böhm. ad P. h. n. 33.

§. 45.

2.) Fornicatio est delictum, quo illicitus concubitus a soluto cum soluta, corpore quæstum faciente, committitur. Hujus pœna plerumque est arbitraria. Fornicatio.

§. 46.

3.) Bigamia s. polygamia est delictum, quo persona conjugata cum alia persona nuptias celebrat & per concubitum consumat. Hæc pœna gladii punitur. vid. Const. Crim. art. 121. conf. Thomasius in Diss. h. Bigamia.

§. 47.

4.) Lenocinium est delictum, quo quis l. suorum l. aliorum corpora prostituit. Lenocinium.

§. 48.

Pœna hujus ratione circumstantiarum variat. vid. Gerhardi Diss. de Crimine & pœna lenocinii, c. 3. Pœna.

§. 49.

§. 49.

Incestus. 5. Incestus est delictum, quo contra gradus prohibitos concubitus committitur.

§. 50.

Pœna. Pœna hujus pro varietate graduum etiam varia est. vid. Mullerus in Jurispr. Crim. Diss. VII. th. 16.

§. 51.

Sodomia. 6.) Nefanda libido s. Sodomia est delictum, quo l. contra naturam sexus l. contra, naturam generis concubitus exercetur.

§. 52.

Pœna utriusque hodie est ignis. vid. Const. Crim. art. 116.

§. 53.

7.) Crimen onaniticum est, quo quis semen profundit, ne procreatio liberorum sequatur. Pœna hujus est arbitraria. vid. Struvius in Exerc. 49. th. 43. seqq.

§. 54.

Crimen vis publicæ. III. Vis publica. vid. 1.) Lib. XLIII. Tit. VI. P. Ad Legem Juliam de vi publica. 2.) Lib. IX. Tit. XII. C. De vi publica l. privata.

§. 55.

Hæc est, quando armis adhibitis & congregatis hominibus vis infertur. vid. §. 8. J. h. Marcianus l. 13. P. h.

§. 56. Ho-

§. 56.

Hodie punitur arbitrarie. vid. Struvius in Exerc. 49. th. 45. seq.

§. 57.

Species ejusdem censentur: 1.) crimen fractæ pacis publicæ, 2.) crimen raptus. vid. Beierus ad J. h. Thomasius in U. M. h.

§. 58.

IV. Vis privata. vid. 1.) Lib. XLVIII. Tit. VII. P. Ad Legem Juliam de vi privata. 2.) Lib. IX. Tit. XII. C. Ad Legem Juliam de vi publica & privata. *Vis privata. Sedes materiæ.*

§. 59.

Hæc est, quando sine armis alteri vis infertur. vid. §. 8. J. h. Paulus l. 4. Ulpianus l. 5. P. h. *Descriptio.*

§. 60.

Punitur hodie arbitrarie. vid. Carpzovius in Processf. Crim. quæst. 40. *Pœna.*

§. 61.

V. Homicidium. vid. 1.) Lib. XLVIII. Tit. VIII. P. Ad Legem Corneliam de Sicariis & veneficiis. 2.) Lib. IX. Tit. XVI. C. Ad Legem Corneliam de Sicariis. Tit. XVIII. De maleficis & mathematicis. *Homicidium. Sedes materiæ.*

§. 62.

Homicidium est crimen, quo homo occiditur. vid. Marcianus l. 1. P. h. conf. Schilterus in Exerc. 49. §. 113. 118. seq. *Descriptio.*

§. 63.

Distinctio. Est autem l. dolosum l. culposum l. cas

§. 64.

Homicidium dolosum. Dolosum est delictum, quo alterius dolo malo & animo occidendi l. saltem vu randi læditur. vid. Ulp. l. 15. P. h.

§. 65.

Hoc pro diversitate graduum diversi punitur.

§. 66.

Distinguitur in simplex & qualificatu

§. 67.

Simplex. Simplex est l. immediatum l. mediat

§. 68.

Dolosum simplex immediatum dicitur directo ab autore suo perpetratur; med vero quod indirecte & per alios fit. Ul l. 15. §. 1. P. h.

§. 69.

Illud punitur gladio, hoc diversimod Const. Crim. art. 137. Sächsisch Land Lib. II. art. 13.

§. 70.

Qualificatum. Homicidium qualificatum dicitur l. modi. l. ratione personarum.

§. 71.

Quoad prius huc pertinent: 1.) nium, & 2.) veneficium.

§.

§. 72.

Latrocinium est homicidium, quod lucri & spolii ergo committitur. vid. Struvius in Exerc. 49. th. 5. Latrocinium.

§. 73.

Olim puniebatur pœna capitis l. furca, hodie supplicio rotæ. vid. Callistratus l. 27. §. 10. 15. P. de pœn. Const. Crim. art. 130. 137. conf. Sächsisch Land-Recht / Lib. II. art. 13. Elect. P. IV. c. 5.

§. 74.

Veneficium est homicidium, quod hominis necandi causa, dato veneno, perpetratur. Hoc olim pœna capitis puniebatur; hodie vero pœna rotæ l. suffocationis quoad feminam, puniri solet. vid. Marcianus l. 3. §. 5. P. h. Constit. Crim. art. 130. Veneficium.

§. 75.

Refertur ad hoc veneficium artibus magicis commissum s. crimen magiæ.

§. 76.

Quoad personas huc referuntur: 1.) Parricidium & propricidium. Parricidium.

§. 77.

Parricidium est homicidium, quod in cognatos committitur. vid. Lib. XLVIII. Tit. IX. P. De Lege Pompeja de parricidiis.

§. 78.

Pœna hujus more majorum erat plane singularis, nimirum parricida virgis sanguineis verberatus culleo insutus cum gallo gallinaceo, vipera & simia in mare profundum jactabatur. vid. Modestinus l. 9. P. h.

§. 79.

Hodie, deficiente aqua, substituitur pœna rotæ. vid. Const. Crim. art. 131. Beierus ad P. h. Thomasius in U. M. P. h. add. Struvius in Exerc. 49. th. 68.

§. 80.

Propricidium. Propricidium est, quod homo in se ipsum contra sanam rationem & divinam voluntatem committit. vid. Gerhardi Diss. de Crim. & Pœn. propricidii.

§. 81.

Homicidium culposum est. Homicidium culposum est quod sine animo occidendi, non tamen satis adhibita circumspectione, commissum est. vid. Marcianus l. 1. §. 3. l. 3. §. 2. Paulus l. 7. P. h.

§. 82.

Pœna. Est itaque hujus pœna extraordinaria. vid. Ulp. l. 4. P. h. Mullerus in Jurispr. Crim. Diss. VI.

§. 83.

Homicidium casuale. Homicidium casuale est, quod alicui contingit citra agentis culpam. vid. Marcianus l. 11. §. 2. de de pœn. Const. Crim. art. 146.

§. 84. Huic

§. 84.

Huic adfine est homicidium necessarium, quo quis pro defensione corporis sui adgressorem violentum occidit. vid. Florentinus l. 3. §. 2. P. de J. & J. l. 1. 2. C. h. conf. Delineat. nostr. Ph. Eclect. Mod. P. III. Tractat. I. Homicidium dolosum.

§. 85.

Spectat huc quoque crimen incendii, quod lege Cornelia vindicabatur. Incendium.

§. 86.

Est autem l. dolosum l. culposum. Illud hodie semper pœna ignis punitur, hoc arbitrarie pro culpa admissa. vid. Const. Crim. art. 125. conf. Sächsisch Land-Recht / Lib. II. art. 13. Jus Elect. P. IV. c. 17. Pœna.

§. 87.

VI. Crimen falsi. vid. 1.) Lib. XLVIII. Tit. X. P. Ad Legem Corneliam de falsis & de SCto Liboniano. 2.) Lib. IX Tit. XXII. C. Ad Legem Corneliam de falsis. Tit. XXIII. De his, qui sibi adscribunt in testamento. Tit. XXIV. De falsa moneta. Tit. XXV. De mutatione nominis. Crimen falsi. Sedes materiæ.

§. 88.

Hoc est imitatio l. suppressio veri in fraudem alterius facta. vid. §. 7. J. h. Descriptio.

§. 89.

Diversimode committitur. vid. Marcianus l. 1. P. h.

§. 90.

Inprimis huc refertur crimen adulteræ monetæ. vid. Lib. IX. Tit. XXIV. C. De falsa moneta. Const. Crim. art. 111. conf. ad P. h.

§. 91.

Committitur etiam falsum renunciando falsum modum. vid. Lib. XI. Tit. VI. P. Si mensor falsum modum dixerit.

§. 92.

Actio. Unde dabatur olim actio, si mensor falsum modum dixerit, qua tamen hodie non indigemus. vid. Schilterus in Exerc. 21. §. 24.

§. 93.

Partus suppositio. Tandem huc pertinet partus suppositio. vid. Modestinus l. 30. §. 1. P. Ad Leg. Cornel. de fals. l. 1. C. eod. conf. Struvius in Exerc. 49. th. 77.

§. 94.

Crimen repetundarum. Sedes materiæ. VII. Crimen repetundarum. vid. 1.) Lib. XLVIII. Tit. XI. P. Ad Legem Juliam repetundarum. 2.) Lib. IX. Tit. XLVII. C. Ad Leg. Jul. repetundarum.

§. 95.

Descriptio. Hoc committitur ab eo, qui in magistratu, potestate, curatione, legatione aliquid accipit, ad magis l. minus officium administrandum. vid. Marcianus l. 1. Macer. l. 3. P. h.

§. 96. Pu-

§. 96.

Punitur hodie arbitrarie. vid. Thomasius in U. M. P. h. Pœna.

§. 97.

VIII. Crimen annonæ. vid. Lib. XLVIII. Tit. XII. P. Ad Leg. Juliam de annona. Crimen annonæ.

§. 98.

Est autem crimen, quo quis dolo malo facit, ut annona carior fiat. vid. Ulpianus l. 2. P. h. Descriptio.

§. 99.

Jure Civili pœna est 20. aureorum, hodie extraordinaria. vid. Ulpianus l. 2. P. h. Ordin. Crimin. art. 11[illegible] Reform. Polit. de anno 1548. tit. 18. conf. Be[illegible]s ad P. h. Pœna.

§. 100.

VIII. Crimen peculatus. vid. 1.) Lib. XLVIII. Tit. XIII. P. Ad Legem Jul. peculatus & de sacrilegiis & de residuis. 2.) Lib. IX. Tit. XXIIX. P. De Crimine peculatus. Tit. XXIX. De Crimine sacrilegii. Crimen peculatus Sedes materiæ.

§. 101.

Crimen peculatus est furtum, quo pecunia l. alia res Reipublicæ ab eo, cujus periculum non fuit, surripitur. vid. Labeo apud Paulum l. 9. §. 2. P. h. Descriptio.

§. 102.

Pœna. Olim puniebatur aquæ & ignis interdictione, postea deportatione, hodie eadem, qua furtum. vid. Ulpianus l. 3. P. h. Struvius in Exerc. 46. th. 76.

§. 103.

Sacrilegium. Sacrilegium est crimen, quo res sacra l. religiosa surripitur. Pœna interdum est ultimum supplicium, interdum pœna arbitraria. vid. Ulpianus l. 6. P. h. Const. Crim. art. 171. 172. conf. autem Sächsisch Land-Recht, Lib. II. art. 13.

§. 104.

Crimen de residuis. Crimen de residuis est, quo pecunia publica, quæ alicujus administrationi est demandata, retinetur, nec erogatur. vid. Marcianus l. 4. P. h.

§. 105.

Hodie punitur arbitrarie. vid. Struvius in Exerc. 49. th. 81. Carpzovius in P. C. quæst. 85. Beierus ad P. h.

§. 106.

Crimen ambitus. Sedes materiæ. X. Crimen ambitus. vid. 1.) Lib. XLVIII. Tit. XIV. P. Ad Leg. Juliam de ambitu. 2.) Lib. IX. Tit. XXVI. C. Ad. Legem Juliam de ambitu.

§. 107.

Descriptio. Hoc est crimen, quo quis sibi suffragia populi pecunia & largitionibus parat. vid. Modestinus l. 1. P. h.

§. 108.

§. 108.

Hæc lex hodie cessat. conf. Grotius Lib. II. c. 17. §. 3. Usus.

§. 109.

XI. Crimen plagii. vid. 1.) Lib. XLVIII. Tit. XV. P. De Lege Fabia de plagiariis. 2.) Lib. II. Tit. XX. C. Ad Legem Fab. de plagiariis. Crimen plagii. Sedes materiæ.

§. 110.

Erat crimen, quo l. liber homo l. servus alienus supprimebatur. vid. l. 3. P. h. conf. Beierus ad P. h. Descriptio.

§. 111.

Hujus pœna olim erat pecuniaria postea damnatio in metallum, tandem ultimum supplicium. vid. l. ult. P. h. l. ult. C. h. Pœna.

§. 112.

Hodie exemplum apud nos vix adparet. vid. Beierus l. c. Usus.

Articulus III.

De delictis extraordinariis & popularibus.

Delicta extraordinaria & popularia.

§. 1.

Præter has recensitas delictorum distinctiones, Romæ a privatis & publicis separabantur delicta extraordinaria & popularia.

§. 2.

Sedes materiæ.

Vid. 1.) Lib. XLVII. Tit. XI. P. De extraordinariis criminibus. 2.) Lib. IX. Tit. XXXIIX. C. De Nili aggeribus rumpendis.

§. 3.

Descriptio.

Crimina extraordinaria Romæ erant, quæ non certa lege, sed moribus coercebantur. vid. Paulus l. 1. P. h. conf. Thomasius in Diss. Lips. XIII. §. 6. seq.

§. 4.

Sollicitatio alienarum nuptiarum.

Talia traduntur: 1.) sollicitatio alienarum nuptiarum, quæ fit tentando pudicitiam alienæ sponsæ l. uxoris. vid. Beierus ad P. h.

§. 5.

Matrimon. interpellatio.

2.) Matrimoniorum interpellatio, qua alienæ sponsæ l. uxoris nuptias poscimus. vid. Beierus cit.

§. 6.

Injuria contra bonos mores.

3.) Injuria contra bonos mores, qua quis aliquem fimo corrupto perfuderit, cœno, luto oblinuerit. vid. Paulus l. 1. §. 1. P. h.

§. 7.

Injuria publica.

4.) Injuria publica, qua quis aliquem aquas conspurcaverit, fistulas, lacus quidve aliud contaminaverit. vid. d. l. §. 1.

§. 8.

Interpellatio de stupro.

5.). Dolosa pueri l. puellæ de stupro interpellatio. vid. d. l. §. 2.

§. 9.

§. 9.

6.) Abortus procuratio dolosa, quæ hodie, si partus jam jam vitalis fuerit, ultimo supplicio punitur. vid. Marcianus l. 4. P. h. Carolus V. in Const. Crim. art. 133. *Abortus procuratio.*

§. 10.

7.) Corruptio servi, qua alicujus instinctu servus ad infamandum dominum ad statuam confugit. vid. Ulpianus l. 5. P. h. Hodie locum non invenit. *Corruptio servi.*

§. 11.

8.) Crimen dardanariatus, quo dardanarii annonam attentant & vexant. Varie punitur. vid. Ulpianus l. 1. P. h. conf. Stryckius in Diss. de dardanariis. *Dardanariatus.*

§. 12.

9.) Crimen eorum, qui falsas stateras & mensuras habent, quod extraordinarie & quidem pro gravitate & diuturnitate delicti puniri solet. vid. Ulpianus l. 6. §. 1. P. h. conf. Carpzovius in Pr. Crim. quæst. 92. n. 78. *Crimen fals. mensur.*

§. 13.

10.) Crimen Saccululariorum, qui vetitas artes in sacculo exercentes, partem subducunt, partem subtrahunt. Pœna hujus est l. relegatio l. fustigatio. vid. Ulpianus l. 7. P. h. *Crimen Sacculariorum.*

§. 14.

§. 14.

Crim. directar. 11.) Crimen directariorum est eorum, qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo, vid. d. l.

§. 15.

Scopelismus. Proditio instrumentorum. Pœna arbitraria est. vid. Ulp. l. 8. P. h.

§. 16.

12.) Scopelismus s. lapidum positio est, qua inimicus in agro inimici lapides ponit, iisque omnibus agrum colentibus mortem minatur. vid. Ulpianus l. 9. P. h.

§. 17.

Diffidationes. Huic adfines sunt diffidationes in Germania olim usitatæ, quæ per pacem publicam exoleverunt. German. dicuntur Brand-Zeichen. vid. Struvius in Exerc. 48. th. 18. conf. Beier ad P. h. & Gerhardus in Diss. de Judicio Duellico.

§. 18.

Crimen qui aggeres Nili. 13.) Crimen, qui aggeres &c. rumpunt. vid. Ulpianus l. 10. P. h. Hoc apud nos crimen adparere non potest. vid. Ulpianus l. 10. P. h.

§. 19.

Crimen circulator. 14.) Crimen circulatorum, qui serpentes circumferre solent, quando damnum aliquod datum est. vid. Paulus l. 11. P. h. Huc etiam referuntur Medici circumforanei.

§. 20.

§. 20.

15.) Violatio sepulchrorum. vid. 1.) Lib. XLVII. Tit. XII. P. De sepulchro violato. 2.) Lib. IX. Tit. XIX. C. De sepulchro violato. Violatio sepulchrorum.

§. 21.

Est crimen, quo corpora sepulta dolo malo extrahuntur l. monumenta deformantur. Constantinus l. 14. C. h.

§. 22.

Pœna ejus hodie est arbitraria. vid. Struvius in Exerc. 48. th. 91. Stryckius in U. M. P. h. conf. Sächsisch Land-Recht/ Lib. II. art. 13. Jus Elect. P. IV. c. 34.

§. 23.

16.) Concussio est crimen, quo quis crimen minatur, ut pecuniam accipiat. Punitur arbitrarie, alicubi etiam capitaliter. vid. Macer. l. 1. 2. P. h. conf. Stryckius l. c. P. h. Concussio.

§. 24.

17.) Crimen abigeatus est, quo pecora ex pascuis l. armentis furandi animo subducuntur. Olim pœna erat varia, hodie furum. vid. Ulpianus l. 1. P. h. Carpzovius in P. C. quæst. 86. n. 37. seqq. conf. Thomasius in Diss. Lips. XIII. de Crimine abigeatus. Crimen abigeatus.

§. 25.

18.) Prævaricatio. vid. Lib. XLVII. Tit. XV. P. De Prævaricatione. Prævaricatio.

§. 26. Præ-

§. 26.

Prævaricatio est crimen, quo ipse accusator cum reo colludit, ut hic absolvatur. vid. Ulpianus l. 1. 2. P. h.

§. 27.

Tribuitur hodie in significatione impropria advocatis & procuratoribus. Pœna ejus est carcer, relegatio aut multa. vid. Carolus V. in Const. Crim. art. 115. conf. Beierus ad P. h.

§. 28.

Receptatio reorum.

19.) Receptatio reorum. vid. 1.) Lib. XLVII. Tit. XVI. P. De receptatoribus. 2.) Lib. IX. Tit. XXXIX. C. De his, qui latrones l. aliis criminibus reos occultaverint.

§. 29.

Pœna.

Hodie punitur extraordinarie. vid. Stryckius in U. M. P. h.

§. 30.

Furtum balnearium.

20.) Furtum balnearium. vid. Lib. XLVII. Tit. XVII. P. De furibus balneariis.

§. 31.

Hoc est crimen, quo vestimenta lavantibus subtrahuntur. Hi fures hodie eadem pœna ac reliqui puniuntur. vid. Struvius in Exerc. 48. th. 5.

§. 32.

Effractura.

21.) Effractura. vid. Lib. XLVII. Tit. XIIX. P. De effractoribus & expilatoribus.

§. 33. Est

§. 33.

Est crimen, quo ædes, horreum l. carceres effringuntur. Horum pœna olim erat ultimum supplicium, hodie arbitraria. vid. Ulp. l. 1. P. h. conf. Struvius l. c. th. 107.

§. 34.

22.) Expilatio est crimen, quo fures l. in domibus l. in plateis homines adgrediuntur, ipsisque l. vestimenta, l. alias res mobiles auferunt. Jure Civili punitur extraordinarie; Jure Carolino ultimo supplicio. vid. Ulpianus l. 1. P. h. Const. Crim. art. 126. Expilatio.

§. 35.

23.) Crimen expilatæ hereditatis. vid. 1.) Lib. XLVII. Tit. XIX. P. Expilatæ hereditatis. 2.) Lib. IX. Tit. XXXII. C. De Crimine expilatæ hereditatis. Crimen expilatæ hereditatis.

§. 36.

Hoc est crimen, quo res hereditariæ vacuæ dolo malo lucri causa contrectantur. vid. Marcianus l. 1. P. h.

§. 37.

Hodie pœna gladii cessat, & obtinet pœna arbitraria. vid. Const. Crim. art. 165.

§. 38.

Uxor hujus criminis accusari non potest. vid. Hermogenianus l. 5. P. h.

§. 39.

§. 39.

Crimen stelliona-tus. 24.) Crimen stellionatus. vid. 1.) Lib. XLV[illegible] Tit. XX. P. Stellionatus. 2.) Lib. IX. Tit. XXXI[illegible] C. De crimine stellionatus.

§. 40.

Est crimen, quod in subsidium competi[illegible] alio nomine speciali deficiente. vid. Papinia[illegible] nus. l. 1. Ulpianus l. 3. §. 1. P. h. Punitur ho[illegible] die arbitrarie. vid. Ulpianus l. 2. 3. §. 2. P. [illegible]

§. 41.

Termini motio. 25.) Termini motio. vid. Lib. XLVII. Ti[illegible] XXI. P. De termino moto.

§. 42.

Hoc est crimen, quo termini mutantur [illegible] effodiuntur. vid. Modest. l. 1. P. h. Pœna eju[illegible] est arbitraria. vid. Carolus V. in Const. Crim[illegible] art. 114.

§. 43.

Collegia illicita. 26.) Collegia & corpora illicita. vid. Lib. XLVIII. Tit. XXII. P. De Collegiis & corpo-ribus.

§. 44.

Alia delicta extraordinaria. Huc etiam referri possunt: 1.) improba[illegible] mendicitas. vid. Ord. Polit. 7. 2.) Ludi veti-ti. vid. 1.) Lib. XI. Tit. V. P. De aleatoribus. 2.) Lib. III. Tit. XLIII. C. De aleatoribus & alearum lusu.

§. 45.

§. 45.

3.) Fœneratio & ebriositas. vid. Ord. Polit. tit. 8. 4.) imperitia & negligentia medicorum. vid. Ordinat. Crim. art. 134. 5.) expositio infantes. vid. Lib. VIII. Tit. LII. C. De infantibus expositis.

§. 46.

Crimen autem populare est, quod non tam privatos, quam populum concernit. vid. Paulus l. 1. P. h. Crimen populare.

§. 47.

Unde descendebat actio popularis, quæ Romæ cuilibet de populo dabatur, ad jus populi defendendum. vid. d. l.

§. 48.

Hodie l. is agit, cujus interest, l. delictum denunciatur, & a fisci procuratore causa agitur. vid. Struvius in Exerc. 48. th. 115. Usus.

Membrum III.

De Quasi-delictis.

Quasi-delicta.

§. 1.

Postquam delicta vera privata & publica, nec non extraordinaria & popularia exposuimus, nunc occurrunt quasi-delicta.

§. 2.

Vid. Lib. IV. Tit. V. J. De obligationibus, quæ ex quasi delicto nascuntur. Sedes materiæ.

§. 3.

Quasi-delictum est, quod non ex dolo, sed culpa ac negligentia l. imperitia descendit.

§. 4.

Species. In hoc titulo Institutionum quatuor recensentur species: 1.) imperitia male judicantis, qua pars a judice læditur & sic litem suam facit. vid. pr. J. h.

Imperitia male judicantis.

§. 5.

Dejectio l. effusio. 2.) Dejectio l. effusio. vid. Lib. IX. Tit. III. P. De his, qui effuderint l. dejecerint.

§. 6.

Hæc est, qua dejecto l. effuso alicui damnum infertur. vid. §. 1. J. h.

§. 7.

Unde est actio de dejecto l. effuso, qua agitur ad damnum per hoc datum vindicandum. vid. d. §.

§. 8.

Positio l. suspensio. 3.) Positio aut suspensio, qua aliquid periculose ponitur in ædibus, quas inhabitamus, eo in loco, quo vulgo inter fit, ita, ut si ceciderit, alicui nocere possit. vid. Ulpianus l. 5. §. 7. Paulus l. 6. §. 2. P. h.

§. 9.

Unde est actio de posito l. suspenso, quæ concedebatur in factum decem solidorum. vid. Ulpianus l. 5. §. 6. P. h. Sed hodie facile ea caremus.

§. 10.

§. 10.

4.) Damnum aut furtum in navi, caupona l. stabulo commissum, imputatur exercitori. vid. 1.) Lib. IV. Tit. V. §. ult. J. 2.) Lib. IV. Tit. IX. P. Nautæ, caupones, stabularii, ut recepta restituant. 3.) Lib. XLVII. Tit. V. P. Furti adversus nautas, caupones, stabularios. Damnum in navi.

§. 11.

Exinde est actio, qua agitur, ad receptum restituendum.

§. 12.

Referuntur etiam huc actiones noxales. vid. 1.) Lib. IV. Tit. VIII. J. De noxalibus actionibus. 2.) Lib. IX. Tit. IV. P. De noxalibus actionibus. 3.) Lib. III. Tit. XLI. C. De noxalibus actionibus. Actiones noxales. Sedes materiæ.

§. 13.

Actiones noxales sunt, quando ratione rerum nostrarum ex delicto obligamur. Descriptio.

§. 14.

Damnum autem l. a personis l. a rebus nostris dari potest. Unde est 1.) Delictum servi nostri. vid. Lib. IX. Tit. IV. P. Delictum servi.

§. 15.

Hæc actio apud nos hodie extra usum est. vid. Hoppius ad J. h. Usus.

§. 16.

Damnum a bestia datum.

2.) Damnum a bestia nostra illatum est.

§. 17.

Unde datur actio de pauperie. vid. 1.) Lib. IV. Tit. IX. J. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. 2.) Lib. IX. Tit. I. P. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

§. 18.

In hoc dominus animalis convenitur, ut l. animal, quod nocuit, tradat, l. damni æstimationem præstet.

§. 19.

Damnum a rebus datum.

3.) Damnum a rebus nostris datis inanimatis. vid. Lib. XXXIX. Tit. II. P. De damno infecto.

§. 20.

Unde agitur ad damnum illatum resarciendum l. ob infectum cautionem præstandam.

Mem-

Membrum IV.

De abolitione delictorum & remissione pœnarum.

Abolitio delictorum & remissio pœnarum.

§. 1.

Vid. 1.) Lib. XLVIII. Tit. XVI. P. Ad Senatusconsultum Turpillianum & de abolitionibus criminum. 2.) Lib. IX. Tit. XLV. C. Ad SCtum Turpillianum. Tit. XLII. De abolitionibus. Tit. XLIII. De generali abolitione. Sedes materiæ.

§. 2.

Abolitio est exemtio reorum a crimine. Est l. generalis l. specialis. Descriptio.

§. 3.

Illa fiebat apud Romanos publice & ipsa legis dispositione; hæc a Judice, causa cognita, accusatori concedebatur. Sed distinctio hodie exiguæ utilitatis est. Distinctio.

§. 4.

Multo magis huc refertur indulgentia Principis, quæ a DD. Aggratiatio s. jus aggratiandi vocatur. conf. Limneus in Jur. Publ. IV. c. VIII. n. 277. seqq. Jus aggratiandi

§. 5.

Juxta hoc crimina, eorumque pœnæ tolluntur præscriptione. Delictorum & pœnarum præscriptio.

§. 6.

Tempus, quod regulariter requiritur, est vicennium, post delictum commissum præterlapsum. vid. l. 12. C. Ad Leg. Cornel. de fals. conf. Carpzovius in Pr. Crim. P. III. quæst. 141.

§. 7.

Aliis autem criminibus brevius tempus constitutum est, v. g. in adulterio, quinquennium. vid. l. 8. C. Ad Leg. Jul. de adult. l. 7. Ad Leg. Jul. pecul.

Capitis Tertii
Sect. VI.

Actiones ad Jus ad Rem pertinentes.

De Actionibus ad Jus ad Rem pertinentibus.

Quoniam actiones personales, hic pertractandas, mutato consilio, materiis inserere placuit, easdem jam singulatim recensere supersedemus.

Partis Principalis

Tractat. III.

De Modo & Ratione jus suum tuendi ac persequendi in judicio.

Modo & ratio jus suum tuendi ac persequendi in judicio.

§. 1.

Actum est supra in Part. Princip. Tractat. I. de Jure personarum, Tractat. II. de Jure Rerum, nunc addenda est Tractat. III. de modo & ratione jus suum tuendi ac persequendi in judicio.

§. 2.

Conspectus.

I. Judicium.
II. Personæ judicium constituentes.
III. Causa in judicium deducta.
IV. Processus s. forma in judicio procedendi.

Cap. I.

De Judiciis.

Judicium.

§. 1.

Vid. 1.) Lib. V. Tit. I. P. De Judiciis. 2.) Lib. III. Tit. I. C. De Judiciis.

Sedes materiæ.

§. 2. Ju-

§. 2.

Descriptio.

Judicium eſt legitima cauſæ controverſa coram judice tractatio & dijudicatio. vid. Conſtantinus l. 9. Juſtinianus l. 13. C. h.

§. 3.

In omni vero judicio conſiderantur: 1.) Perſonæ judicium conſtituentes. 2.) Cauſa in judicium deducta. 3.) Proceſſus ſ. forma in judicio procedendi.

§. 4.

Priusquam vero ad judicem eatur, omnino diſpiciendum eſt, annon extra judicium aliquis rebus ſuis proſpicere poſſit.

§. 5.

Poſſunt itaque varia, inprimis transactio tentari. vid. 1.) Lib. II. Tit. XV. P. de Transactionibus. 2.) Lib. II. Tit. IV. C. de Transactionibus. conſ. Carpzovius P. I. c. I. deſ. 10 12. 13. add. Zieglerus de offic. Judic. concluſ. 12.

Cap. II.

Perſonæ judicium conſtituentes.

De Perſonis judicium conſtituentibus.

§. 1.

Principales.

Perſonæ ſunt l. principales, l. acceſſoriæ.

§. 2. Prin-

§. 2.

Principales sunt, actor, reus & judex; accessoriæ vero advocati, Procuratores, Adsessores, Tabelliones, s. Scribæ, Executores. vid. Struvius in Exerc. 9. th. 2.

Capitis Secundi
Sect. I.
De Judice, ejusdemque jurisdictione & habilitate, nec non de foro competente.

Judex.

§. 1.

Judex in genere est persona publica autoritate ad judicandum constituta. Descriptio.

§. 2.

Apud romanos constituebatur, l. cum, l. sine jurisdictione.

§. 3.

Unde judex erat, l. ipse Magistratus, l. Judex Pedaneus. De hoc vid. Lib. III. Tit. III. C. De Pedaneis judicibus.

§. 4.

Vetus autem ille modus est sublatus, & dicitur judex, qui ipse magistratus est. vid. l. 1. P. de Jurisdict.

§. 5.

Requisita. Talis judex debet esse & competens, & habilis.

§. 6.

Competens. Competens est, qui habet jurisdictionem & forum competentiæ.

§. 7.

Jurisdictio. Sedes materiæ. Requiritur itaque in judice jurisdictio. vid. 1.) Lib. II. Tit. I. P. de Jurisdictione. 2.) Lib. III. Tit. XIII. C. de Jurisdictione omnium judicum & de foro competenti.

§. 8.

Notatio vocis. Secundum LL. Romanas Vocabulum jurisdictionis â jurisconsultis romanis in strictiori loquendi modo accipiebatur. vid. Ulp. l. 1. 3. P. h.

§. 9.

Definitio. Sic definiebatur, quod sit publica potestas, jure magistratus competens, de causis civilibus statuendi & exequendi. vid. Böhmer ad P. h. §. 1. conf. Struvius in Exerc. 4. th. 50.

§. 10.

Hodie vero jurisdictionem in sensu latiori accipimus. vid. Brücknerus in Diss. de jurisdict. communi. c. I. th. 12. conf. etiam Schilterus in Exerc. 6. §. 7.

§. 11.

Divisio. Propria. Mandata Dividebatur autem apud illos in propriam & mandatam. Illa suo jure; hæc tantum alieno

alieno beneficio a judice exercebatur. vid. etiam Lib. I. Tit. XXI. P. de Officio ejus, cui mandata eſt jurisdictio.

§. 12.

Porro dividebatur in ordinariam & extraordinariam. Ordinaria. Extraordinaria.

§. 13.

Ordinaria ipſo jure magiſtratus; extraordinaria ſpeciali lege competebat. vid. Papin. l. 1. pr. P. de offic. cui mandat. eſt jurisdict. conf. autem Stryckius in U. M. P. h. §. 21.

§. 14.

Præterea diſtinguebatur jurisdictio in ordinariam & prorogatam. Ordinaria. Prorogata.

§. 15.

Ordinaria jure Magiſtratus; prorogata jure partium competebat. vid. Antonin. l. 1. C. h. conf. quoad poſteriorem Stryckius in U. M. P. h. §. 22.

§. 16.

Denique diſpeſcebatur jurisdictio in voluntariam & contentioſam. Illa eſt poteſtas jubendi partibus volentibus; hæc partibus invitis, inter ſe litigantibus. Voluntaria. Contentioſa.

§. 17.

Noſtris moribus vocabulum jurisdictionis late accipitur pro poteſtate judiciaria & punitiva. Noſtris moribus vocabulum.

§. 18. Eſt

§. 18.

Defini-tio. Est itaque jurisdictio potestas superiori competens civium subditorum controversias dijudicandi, & actiones legi adversas puniendi.

§. 19.

Divisio. Dividitur autem in secularem & ecclesiasticam.

§. 20.

Ecclesia-stica. Ecclesiastica est, quæ â tribunalibus sacris, s. consistoriis exercetur. vid. Hartungius in Diss. de jurisdict. Consistor. conf. Titius in der Prob des geistlichen Rechts. L. I. C. II. §. 9. seqq.

§. 21.

Secula-ris. Secularis est, quæ reliquis in judiciis omnibus exercetur.

§. 22.

Hæc distinguitur in superiorem s. criminalem & inferiorem s. civilem. vid. Schilterus in Exerc. 6. §. 7.

§. 23.

Superior. Superior est, quæ crimina graviora usque ad vulnera inclusive subjecta habet. vid. Sächsisch Land-Recht / Lib. II. art. 13. Lib. I. art. 68. German. Die Ober-Gericht / Halß-Gericht / Peinliche Gericht.

§. 24. In-

§. 24.

Inferior est, cui competunt causæ pecuniariæ & pœna numellarum aut carceris, quas non transscendit. German. Die Erb- oder Nieder-Gerichte. Inferior.

§. 25.

Attendendæ autem sunt in utraque literæ concessionis & mores.

§. 26.

Inferior iterum distinguitur in allodialem, feudalem, & forestalem. vid. Huberus ad P. h. & Thomasius ad eund. not. a.

§. 27.

Dividitur Jurisdictio etiam in personalem & realem, prout conceditur. Personalis. Realis.

§. 28.

Tandem dividitur in universalem & particularem. Universales. Particularis.

§. 29.

Universalis est, quæ Magistratibus inferioribus in certo districtu, sine ulla restrictione loci, conceditur.

§. 30.

Particularis autem est, quæ ad certum locum, certasque personas restringitur. vid. Stryckius in U. M. P. h. §. 19.

§. 31. Juxta

§. 31.

Fori competentia. Sedes materiæ. Juxta jurisdictionem ratione causæ ventilandæ, in judice requiritur etiam jurisdictio ratione personæ rei s. fori competentia. vid 1.) Lib. V. Tit. I. P. de Judiciis. 2.) Lib. III. C. de Judiciis.

§. 32.

Descriptio. Forum competens est, quod ex persona rei inter litigantes æstimatur. Nam actor forum rei sequi debet. vid. l. 2. C. de Jurisdict.

§. 33.

Divisio. Hoc autem competit l. jure communi, l. proprio & singulari.

§. 34.

Exinde forum est, l. commune, l. singulare, s. privilegiatum.

§. 35.

Commune. Commune est, l. generale, l. speciale.

§. 36.

Generale. Generale est l. forum originis, l. domicilii.

§. 37.

Originis. Illud ratione patriæ competit & dependet à nativitate. vid. Ulp. l. 6. Nerat. l. 9. P. Ad L. Municip. conf. Ulp. l. 1. P. eod.

§. 38.

Domicilii. Hoc est, ubi cui domus rerumque suarum sedes est. vid. Ulp. l. 190. Alferius Varus l. 202. P. d. V. S.

§. 39. Fo-

§. 39.

Forum speciale est, quod uni l. alteri causæ sigillatim competit. Speciale.

§. 40.

Huc pertinet: 1.) Forum tontractus, 2.) delicti, 3.) rei sitæ.

§. 41.

Forum contractus est, quod utrique contrahentium, ratione loci, quo conventum fuit, competit. vid. Ulp. l. 2. §. 4. l. 19. §. 2. Callistr. l. 36. §. 1. P. h. Contractus.

§. 42.

Forum delicti est, quod ex delicto originem sumit. Hoc est, l. forum ipsius delicti, l. deprehensionis. Delicti.

§. 43.

Forum rei sitæ est, quod rem sequitur, & locum habet in actionibus, quibus in rem agitur. Rei sitæ.

§. 44.

Forum continentiæ, quod etiam huc pertinet, est, quando coram uno eodemque judice tractantur causæ, quæ alias sub diversis judicibus tractari deberent. vid. Lib. II. Tit. II. P. de in jus vocando. Continentiæ.

§. 45.

Forum singulare s. privilegiatum est, quod competit l. ratione causarum, l. ratione conditionis personarum. Forum singulare

§. 46. Unde

§. 46.

Ratione causarum.

Unde quoad prius singulare forum buendum venit: 1.) causis spiritualibus & clesiasticis. vid. c. 3. X. de judiciis. 2.) fe libus. vid. Struvius in Syntagmate Jur. c. ult. 3.) causis status. vid. Lib. III. Tit. X C. ubi causa status agi debeat. 4.) Causi calibus. vid. Lib. III. Tit. XXVI. C. Ubi c fiscales, vel divinæ domus, hominumque agantur.

§. 47.

Ratione personarum.

Quoad posterius autem 1.) Clericis Ministris principis, 3.) Militibus & aliis. c. 6. X. de foro competente.

§. 48.

Judex habilis.

Præterea judex debet esse habilis. vid. Lib Tit. I. P. De judiciis.

§. 49.

Habilitas judicis æstimatur partim ex tura, partim ex legibus, partim ex morib vid. Paulus l. 12. §. 2. P. h.

§. 50.

Natura prohibentur: Surdus, mutus, p petuo furiosus &c. vid. Paulus l. 12. §. 2. U l. 6. P. h.

§. 51.

Ex lege apud Romanos prohibebatur, Senatu propter turpitudinem motus, nec stitutus erat. vid. Marcellus l. 2. P. de Senat

§. 52. M

§. 52.

Moribus reponuntur feminæ & servi. vid. Paulus l. 12. §. 2. P. h.

§. 53.

Quod jus Germanorum attinet, distingui potest inter dominium jurisdictionis & ejusdem exercitium.

§. 54.

Debet autem hodie jus dicens esse, vir bonæ fidei & honestæ famæ, jurium & inprimis solennium forensium peritus.

§. 55.

Præter hæc non cadat in eum suspicio, quæ tamen allegata, est probanda. vid. Stryckius in U. M. P. h. §. 11. 12.

Capitis Secundi
Sect. II.
De Actore & Reo.

§. 1.

Actor est, qui in judicio aliquid petit. Germanice dicitur, der Kläger. Actor.

§. 2.

Reus est, adversus quem petitio instituitur. German. Der Beklagte. Reus.

§. 3.

Requisita in utroque. In utroque requiritur legitima in judicio ſtandi perſona, & facultas poſtulandi non prohibita.

§. 4.

Quo ad prius removentur 1.) pupilli & minores, ſine tutoris l. curatoris conſenſu. vid. l. 1. 2. 3. C. qui legit. perſ. 2.) Surdi & furioſi. vid. Ulp. l. 1. §. 3. P. de poſtuland. Paulus l. 5. P. de Reg. Jur.

§. 5.

3.) Jure Romano etiam ſervi, & qui in poteſtate exiſtunt. vid. Ulp. l. 32. P. de Reg. Jur. Gajus l. 4. P. h. conf. autem Beierus ad P. h. Stryckius in U. M. P. de Stat. Hom. §. 8. 4.) Jure Germanorum etiam feminæ ſine curatore. vid. Schwäbiſch Land-Recht. c. 309. §. 2. Sächſiſch Land-Recht. Lib. I. art. 46. Lib. II. art. 36.

§. 6.

Ceterum agunt, qui volunt, nemo vero ad agendum l. accuſandum invitus cogitur. vid. Dioclet. l. un. C. ut nemo invitus. conf. Sächſiſch Land-Recht. Lib. I. art. 62.

§. 7.

Syndicus. Civitates & univerſitates, nec non alia collegia, agunt per Syndicos judicialiter conſtitutos. vid. l. 3. quod cujusque univerſitatis nomine.

§. 8. Non

§. 8.

Non poteſt autem conveniri uxor pro marito, & maritus pro uxore, nec filius pro patre, & pater pro filio. vid. Lib. IV. Tit. XII. C. Tit. XIII.

Capitis Secundi

Sect. III.

De Advocatis & Procuratoribus.

Perſonæ acceſſoriæ. Advocatus.

§. 1.

Eſt itaque perſona judicii acceſſoria advocatus. vid. 1.) Lib. III. Tit. I. P. de poſtulando. 2.) Lib. II. Tit. VI. C. De poſtulando. Tit. VII. De Advocatis diverſorum judiciorum. Tit. IIX. De Advocatis diverſorum judicum. Tit. IX. De Advocatis Fiſci. Sedes materiæ.

§. 2.

Advocatus eſt, qui alterius deſiderium apud eum, qui jurisdictioni præeſt, exponit l. alterius deſiderio contradicit. vid. Ulp. l. 1. P. h. l. 6. §. 1. C. h. Deſcriptio.

§. 3.

Alius eſt privatus, qui cauſas privatorum agit, alius Fiſci, qui in cauſis fiſcalibus patrocinium præſtat. vid. Lib. II. Tit. IX. C. de Advocatis Fiſci. Diſtinctio.

§. 4.

Hodie multis in judiciis distinguitur int
Advocatos ordinarios & extraordinarios.

§. 5.

Procurator. Sedes materiæ. Præter Advocatum etiam persona judi accessoria est procurator. vid. 1.) Lib. I Tit. III. P. De Procuratoribus & Defensoribu 2.) Lib. II. Tit. XIII. C. De Procuratoribu Tit. XIV. Ne liceat potentioribus patrociniu litigantibus præstare, l. actiones in se tran ferre. Tit. XVIII. Ne Fiscus, l. Respublica pr curationem alicui patrocinii causa in li præstet.

§. 6.

Descriptio. Procurator est, qui aliena negotia mand to domini administrat. vid. Ulp. l. 1. pr. P.

§. 7.

Distinctio. Negotia, quæ administrat, sunt l. judiciali l. extrajudicialia.

§. 8.

Exinde Procurator est l. judicialis, l. e tra judicialis. Hoc loco maxime agitur judiciali.

§. 9.

Judicialis. Judicialis datur l. in utilitatem domini, l. rem suam.

§. 10.

In utilitatem domini datus. Huc maxime spectat procurator in utilit tem domini datus.

§. 11.

§. 11.

In hoc ſpeciale mandatum in transactione, in juramenti delatione, & documentorum recognitione requiritur. vid. Wildvogelius in Diſſ. de documentorum recognitione. c. II. §. 12.

§. 12.

Sunt etiam l. publici, ſ. ordinarii, l. privati, ſ. extraordinarii.

§. 13.

Publici ſ. Ordinarii ſunt, qui autoritate publica conſtituti ſunt. vid. Huberus ad P. h. §. 14.

§. 14.

Privati ſ. extraordinarii ſunt, qui extraordinarie conſtituuntur.

§. 15.

Conſtituit procuratorem, qui habet facultatem ſtandi in judicio. vid. l. 11. C. h. Qui conſtituit.

§. 16.

Conſtituitur autem conſenſu partium & legitimo mandato.

§. 17.

Hoc fieri ſolet aliquando ſcriptura extra judiciali, aliquando ſola judicis adnotatione ad acta. vid. Stryckius in Caut. contract. Sect. II. §. 9. 11. Scriptura.

§. 18.

Chartæ blancæ.

Mandati loco etiam chartæ blancæ dantur. vid. Stryckius l. c. §. 12.

§. 19.

Qui habent corpus collegii, societatis, agunt per Syndicum. vid. Lib. III. Tit. IV. P. Quod cujusque universitatis nomine vel contra eam agatur.

§. 20.

Syndicus.

Syndicus est Procurator, qui communi universitatis mandato agit, l. defendit. vid. Gajus l. 1. §. 1. P. h. conf. Ludovici in Doctr. P. h. §. 11.

§. 21.

Calumniatores. Sedes materiæ.

Procuratoribus opponuntur calumniatores. vid. 1.) Lib. III. Tit. VI. P. de Calumniatoribus. 2.) Lib. IX. Tit. XLVI. C. Calumniatoribus.

§. 22.

Descriptio.

Calumniator est, qui alios per fraudem & frustrationem litibus vexat. vid. l. 233. P. de V. S.

§. 23.

Actio.

Unde dabatur actio prætoria pœnalis dupli, postea quadrupli. vid. Wissenbachius in Exerc. 13. §. 27.

§. 24.

Usus.

Sed nostris moribus locum non invenit, & agitur multo magis ad interesse. vid. Struvius

vius in Exerc. 7. Thomasius in Diss. de Us. act. pœnal. c. 3. §. 5. conf. Stryckius in U. M. P. h.

Cap. III.

De causa in judicium deducta.

Causa in judicium deducta.

§. 1.

Si itaque personæ judicii rite constitutæ sint, consideranda occurrit causa, quæ in judicium deducitur.

§. 2.

Hæc ex more judiciorum est l. ecclesiastica, l. secularis.

§. 3.

Ecclesiastica est, cui majores peculiare forum adsignaverunt. vid. Nov. 79. c. 1. X. de Judic. Sächsisch Land-Recht. Lib. I. art. 1. Seckendorfius im Fürsten-Staat. P. II. c. 11. Ecclesiastica.

§. 4.

Secularis est l. civilis, l. criminalis. Secularis.

§. 5.

Illa lucrum l. damnum privatorum; hæc utilitatem & necessitatem publicam maxime respicit. vid. Ulp. l. 3. P. de privat. delict.

§. 6.

Unde judicium est, l. civile, l. criminale.

§. 7.

In causis civilibus Judex tantum imploratus subvenit; in criminalibus autem etiam fama publica accusat. vid. Ulp. l. 4. §. 8. P. de Dam. infect. Marcianus l. 4. §. 2. ad Leg. Jul. peculat.

§. 8.

Causæ civiles sunt l. præjudiciales & principales, l. reales & personales.

§. 9.

Unde judicium quoque distinguitur in reale & personale.

§. 10.

Causæ præjudiciales. Causæ præjudiciales sunt, quæ præ reliquis terminari debent. vid. Antonin. l. 2. C. de ord. judic. conf. autem Beierus ad P. h.

§. 11.

Judicium Reale. Judicium reale est, quod contra quemvis possessorem in foro rei sitæ instituitur.

§. 12.

Est autem l. petitorium, l. possessorium.

§. 13.

Illud dicitur, quo rei proprietas petitur; hoc quo rei possessio intenditur.

§. 14.

Personale. Judicium personale est, quod instituitur contra eum, qui aliquid fecit, l. contraxit. vid. Licinnius Rufinus l. 38. P. h.

Cap. IV.

Cap. IV.

De Processu s. forma procedendi in judicio. Processus.

§. 1.

Post personas & causam in judicium deductam, respiciendus est etiam processus s. ordo in judicio procedendi. Generatim.

§. 2.

Contenta.

I. Processus generatim.
II. Processus Civilis.
III. Processus Criminalis.

Capitis Quarti
Sect. I.
De Processu generatim.

§. 1.

Processus est modus legitimus in judicio circa causam, in id deductam, a judice & partibus observandus. vid. c. 1. de Sentent. & re judic. in 6. Descriptio.

§. 2.

Dividitur ratione objecti in civilem & criminalem. Divisio.

Capitis Quarti
Sect. II.
De Processu Civili.

Processus Civilis.

§. 1.

Descriptio.

Processus civilis est, qui versatur circa modum tractandi causas civiles.

§. 2.

Distinctio.

Hic distinguitur hodie in ordinarium s. solennem, & extraordinarium s. minus solennem & summarium. vid. Clemens V. c. 2. de V. S. conf. Stryckius in Introduct ad Prax. forens. & in Colleg. Pract. ad Introduct. in Process. Carpzovius in Process. Ludovici in der Einleitung zum Civil-Process.

Membrum I.
De Processu Civili Ordinario.

§. 1.

Processus ordinarius est, in quo legitimus & usitatus procedendi modus & ordo observatur. vid. Stryckius in Introduct. ad Prax. for. c. 1.

§. 2.

Modus ordinarius est l. juris veteris, l. juris novi. vid. Vultejus in Jurispr. Romana. Lib. II. c. 26. Huc spectat modus ordinarius juris novi.

§. 3. Hic

§. 3.

Hic desumitur partim ex jure civili, partim ex jure canonico, partim ex moribus.

§. 4.

Actus ejusdem l. judicium præcedunt, l. in illo fiunt, l. illud finitum sequuntur. vid. Struvius in Exerc. 9. th. 67. Actus.

§. 5.

Illi dici possunt actus præparatorii; isti medii; hi posteriores.

Articulus I.

De Actibus Processus Civilis ordinarii præparatoriis.

Præparatorii.

§. 1.

Actus præparatorii dicuntur, qui litis contestationem præcedunt.

§. 2.

Huc spectant: 1.) Supplicatio pro impetranda citatione, 2.) Citatio ipsa, 3.) Partium comparitio, 4.) Libelli oblatio, 5.) Contumaciæ accusatio, 6.) Dilationis petitio, 7.) Exceptionum oppositio, 8.) Satisdatio & cautio, 9.) Guaranda in Saxonia, 10.) Litis denunciatio, 11.) Reconventio, 12.) Sententia interlocutoria.

§. 3. Est

§. 3.

Suppli-catio pro impe-tranda citatio-ne.

Est itaque primus actus processus civilis ordinarii supplicatio pro impetranda citatione.

§. 4.

Hæc consistit in petitione, ut judex competens citationem decernat. German. Das Præsentations-Schreiben.

§. 5.

Citatio.

Secundus actus præparatorius est citatio. vid. 1.) Lib. II. Tit. IV. P. De in jus vocando. 2.) Lib. II. Tit. II. C. De in jus vocando.

§. 6.

Descri-ptio.

Citatio est actus, quo reus, judicis autoritate, petente actore litis suscipiendæ causa in locum judicii ad diem certum comparere jubetur. German. Die Vorladung.

§. 7.

Distin-ctio.

Est l. privata, l. publica.

§. 8.

Privata est l. verbalis, l. realis.

§. 9.

Verbalis est, quæ a judice verbis decernitur.

§. 10.

Realis est, qua ipsa persona deprehenditur. Illa regulariter, non autem realis hic adhibetur.

§. 11. Publi-

§. 11.

Publica citatio dicitur, quæ fit per edictum.

§. 12.

Tertius actus præparatorius est partium comparitio.

Partium comparitio.

§. 13.

Hæc est, qua partes coram judice comparent.

§. 14.

Debet etiam vocatus comparere, licet judex incompetens sit. vid. Lib. II. Tit. V. P. Si quis in jus vocatus non iverit, sive quis eum vocaverit, quem ex edicto non debuerit.

§. 15.

Excipitur tamen incompetentia notoria. vid. Franzkius ad P. h. n. 5.

§. 16.

Olim vocati, quibus vocantem statim sequi displicebat, fidejussores idoneos judicio sistendi causa dare poterant. vid. Lib. II. Tit. VI. P. in jus vocati, ut eant, aut satis l. cautum dent.

§. 17.

Hisce obstabat violenta exemtio. vid. Lib. II. Tit. VII. P. Ne quis eum, qui in jus vocabitur, vi eximat.

§. 8. Quar-

§. 18.

Libelli oblatio. Quartus actus præparatorius est libelli oblatio.

Sedes materiæ. Vid. 1.) Lib. II. Tit. XIII. P. De edendo. 2.) Lib. II. Tit. I. C. De edendo.

§. 19.

Descriptio. Libellus est scriptura, quæ actoris intentionem continet.

§. 20.

Forma ejusdem essentialis est: 1.) causa, 2.) facti significatio, 3.) petitio seu conclusio. Unde sunt versiculi:

Quis, quid, coram quo, quo jure petatur & a quo,
recte compositus quisque libellus habet.

vid. Wesenbecius ad P. h. conf. Struvius in Exerc. 5. n. 39.

§. 21.

Distinctio. Distinguitur ratione formæ in simplicem & articulatum.

§. 22.

Smplex dicitur, qui continua serie constat; Articulatus autem, qui certis propositionibus & articulis distinctus & formatus est.

§. 23.

Contumaciæ accusatio. Quintus actus præparatorius est contumaciæ accusatio.

§. 24. Hæc

§. 24.

Hæc est, quando non comparens ideo accusatur. German. Die Ungehorsams-Beschuldigung. Descriptio.

§. 25.

Distinguitur autem secundum DD. in veram & præsumtam. Distinctio.

§. 26.

Contumacia vera dicitur, si quis ter l. semel peremtorie citatus, per malitiam latitet; præsumta autem, si sufficienter citatus absque malitia emaneat.

§. 27.

Hodie plerisque in locis tres distinctæ citationes fieri solent.

§. 28.

Sextus actus est dilationis petitio. vid. 1.) Lib. II. Tit. XII. P. De feriis & dilationibus & diversis temporibus. 2.) Lib. III. Tit. XI. C. De dilationibus. Tit. XII. De feriis. Dilatio. Sedes materiæ.

§. 29.

Dilatio est rei agendæ in judicio ad alium diem, l. terminum rejectio, ex justa causa facta. German. Der Anstand. Descriptio.

§. 30.

Septimus actus est exceptionum oppositio. vid. 1.) Lib. IV. Tit. XIII. J. De exceptionibus. 2.) Lib. XLIV. Tit. I. P. De Exceptionibus, Præscriptionibus & Præjudiciis. 3.) Lib. IIX. Tit. XXXVI. C. De Exceptionibus & Præscriptionibus. Exceptionum oppositio. Sedes materiæ.

§. 31. Ex-

§. 31.

Descriptio. Exceptio est exclusio ejus, quod in intentionem actor deduxit. vid. Ulp. l. 2. pr. P. h.

§. 32.

Divisio. Est l. dilatoria, l. peremtoria. Huc inprimis pertinent dilatoriæ. German. Verzögerliche Ausflüchte.

§. 33.

Dilatoria. Hæ judicium ipsum, l. causam in judicium deductam respiciunt.

§. 34.

Quæ judici opponuntur. Opponuntur autem exceptiones dilatoriæ, l. judici , l. actori & reo.

§. 35.

Judici opponi possunt: 1.) Exceptio fori incompetentis, 2.) Præventionis, 3.) Litis pendentis, & 4.) judicis inhabilis & suspecti. vid. Zangerus in Tractat. de Except. P. II. c. 4.

§. 36.

Personis litigantibus. Actori olim opponebatur exceptio non impetratæ veniæ, quæ tamen hodie locum non invenit.

§. 37.

Reo opponitur exceptio revocandi domum; utrique autem cautionis, inhabilitatis, contumaciæ & justi impedimenti.

§. 38. Pro-

§. 38.

Procuratoribus & defensoribus etiam opponi solet exceptio illegitimationis.

§. 39.

Quod modum procedendi attinet, spectant huc: 1.) Exceptio inepti libelli, 2.) Sub & obreptionis, 3.) ineptæ cumulationis. vid. Zangerus l. c. c. 14. 17. 19. *Quæ opponuntur quoad modum procedendi.*

§. 40.

Extrinsecas judicii circumstantias concernunt: 1.) Exceptio loci non tuti, 2.) Temporis angusti, 3.) Feriarum. vid. Zangerus l. c. c. 5. 6. seqq.

§. 41.

Ad causam ipsam spectant: 1.) Exceptio plus petitionis, 2.) Pacti de non petendo intra certum tempus, 3.) Exceptio moratoria, 4.) Competentiæ, 5.) Spolii, 6.) Excussionis, 7.) Laudationis. vid. Struv. in Exerc. 46. th. 5. 6. Zangerus l. c. c. 2. *Quoad causam in judicium deductam.*

§. 42.

Hæ exceptiones regulariter ante litis ingressum opponi & probari debent, si judicium ipsum spectent; Si vero causam concernant, post litem contestatam probari possunt. *Quando opponuntur.*

§. 43.

Octavus actus est satisdatio. vid. 1.) Lib. IV. Tit. XI. J. De satisdationibus. 2.) Lib. II. *Satisdatio. Sedes materiæ.*

Tit. IIX. P. Qui satisdare cogantur, l. jurato promittant, l. suæ promissioni committantur. 3.) Lib. II. Tit. LVII. C. De satisdando.

§. 44.

Descriptio. Satisdatio s. cautio est actus, quò eorum præstatur securitas, quæ occasione judicii in dubium vocantur. vid. Gajus l. 1. P. h.

§. 45.

Distinctio. Hæc est l. verbalis, l. realis. Illa est, qua quis promissione intervenire solet, hæc, qua quis re aliqua intervenit.

§. 46.

Verbalis est l. juratoria, l. nude promissoria.

§. 47.

Realis distinguitur in fidejussoriam & pignoratitiam.

§. 48.

Guarandæ præstatio. Nonus actus est guarandæ præstatio in Saxonia.

§. 49.

Descriptio. Est cautio, qua quis, bona immobilia non habens, fidejussoribus, l. etiam depositione pignoris pro reconventione & expensis cavet. vid. Berlichius in Pract. conclus. P. I. conclus. 20.

§. 50.

Si procurator constituatur, caveri etiam debet, judicatum solvi. vid. Lib. XLVI. Tit. VII. P. Judicatum solvi. Tit. IIX. Rem ratam haberi.

§. 51. Etiam

§. 51.

Etiam procurator actoris cavet de rato, si defectus quidam sit in mandato. vid. Lib. XLVI. Tit. IIX. P. Rem ratam haberi, & de ratihabitione.

§. 52.

Decimus actus præparatorius est litis denunciatio. Litis denunciatio.

§. 53.

Hæc est litis nobis motæ significatio autori nostro facta, ut veniat & adsistat. Descriptio.

§. 54.

Est l. voluntaria, l. necessaria. Distinctio.

§. 55.

Undecimus actus præparatorius est reconventio. Reconventio.

§. 56.

Est rei conventi adversus actorem, eodem judice, vicissim instituta actio. German. Die Gegen-Klage. Descriptio.

§. 57.

Duodecimus actus præparatorius, est sententia interlocutoria. vid. 1.) Lib. XLII. Tit. I. P. De re judicata & effectu sententiarum & interlocutionibus. 2.) Lib. VII. Tit. LII. C. De re judicata. Tit. XLIII. Quomodo & quando judex sententiam proferre debeat, præsentibus Sententia interlocutoria. Sedes materiæ.

partibus, l. una parte absente. Tit. XLIV. De sententiis expericulo recitandis. Tit. XLV. De sententiis & inter locutionibus omnium judicum. Tit. XLVI. De sententia, quæ sine certa quantitate profertur. Tit. XLVII. De sententiis, quæ pro eo, quod interest proferuntur. Tit. XLIIX. Si a non competente judice judicatum esse dicatur. Tit. XLIX. De pœna judicis, qui male judicavit. Tit. L. Sententiam rescindi non posse. Tit. LI. De fructibus & Litium expensis. Tit. LIII. De executione rei judicatæ. Tit. LIV. De Usuris rei judicatæ. Tit. LV. Si plures una sententia condemnati sunt. Tit. LVI. Quibus res judicata non nocet. Tit. LVII. Comminationes, Epistolas, Programmata, subscriptiones autoritatem judicis non habere. Tit. LIIX. Si ex falsis instrumentis, l. Testimoniis judicatum sit. Tit. LX. Inter alios acta, l. judicata, aliis non nocere.

§. 58.

Sententia judicis est rei litigiosæ facta decisio.

§. 59.

Dividitur sententia in definitivam & interlocutoriam, quæ hujus est loci.

§. 60.

Descriptio. Interlocutoria est pronunciato judicis de modo procedendi facta. vid. Justinian. l. 16. C. De sentent. & interlocut.

§. 61.

Hæc distinguitur in simplicem & mixtam.

Arti-

Articulus II.

De actibus processus civilis ordinarii mediis.

Actus process. civil. ord. medii.

§. 1.

Expositis actibus processus civilis ordinarii præparatoriis, sequuntur medii.

§. 2.

Dicuntur autem actus medii, qui a litis contestatione usque ad sententiam definitivam interveniunt. Descriptio.

§. 3.

Tales sunt: 1.) Litis contestatio, 2.) juramentum calumniæ, 3.) Positiones & responsiones, 4.) Exceptiones peremtoriæ, 5.) Probatio, 6.) Attestationum disputatio, 7.) Causæ conclusio, 8.) Actorum inrotulatio, 9.) Sententia definitiva.

§. 4.

Primus actus processus civilis ordinarii medius est litis contestatio. vid. 1.) Lib. III. Tit. IX. C. De litis contestatione. 2.) Lib. II. Tit. V. Decretal. de litis contestatione. Litis contestatio. Sedes materiæ.

§. 5.

Litis contestatio est actoris narratio, ac rei responsio, apud judicem, qui causam negotii audire cœpit, facta. vid. Severus l. un. C. h. conf. Schilterus in Exerc. 11. th. 35. German. Die Kriegs-Befestigung des Rechtens. Descriptio.

§. 6.

Distinctio.

Quoad reum secundum DD. distinguitur in negativam & affirmativam.

§. 7.

Negativa est, qua reus intentionem actoris negat. Affirmativa autem, qua eam quidem fatetur, sed opponit exceptiones.

§. 8.

Distinguitur etiam litis contestatio in generalem & specialem.

§. 9.

Juramentum calumniæ. Sedes materiæ.

Secundus actus medius est juramentum calumniæ. vid. 1.) Lib. IV. Tit. XVI. J. De pœna temere litigantium. 2.) Lib. II. Tit. LIX. C. De jure jurando propter calumniam dando. Lib. VII. Tit. LI. C. De fructibus & litium expensis.

§. 10.

Descriptio.

Juramentum calumniæ est, quo litigantes obtestantur, quod existiment, se bonam fovere causam, & quod litem bona fide & absque fraude prosequi velint. German. Der Eid vor Gefährde.

§. 11.

Distinctio.

Distinguitur in generale & speciale.

§. 12.

Generale est, quod ab utroque litigantium super tota causa præstatur. vid. c. 1. X. De juram. Calumn.

§. 13. Spe-

§. 13.

Speciale, seu juramentum malitiæ est, quod in qualibet judicii parte, tam ante, quam post litem contestatam exigitur. vid. l. 8. §. 5. Qui satisdare coguntur. German. Der Eid der Boßheit.

§. 14.

Formulæ utriusque in imperio usitatæ extant in ordinatione Camerali de Anno 1555. P. I. §. 65. 74. conf. Struvius in Exerc. 17. th. 73.

§. 15.

Tertius actus medius sunt positiones & responsiones. Positiones. Responsiones.

§. 16.

Illæ secundum jus commune receptum exhibentur ab actore . mediante juramento dandorum ; hæ vero consistunt in responsione, mediante juramento respondendorum. vid. Ord. Cam. P. III. Tit. 15.

§. 17.

Quartus actus medius sunt exceptiones peremtoriæ. vid. 1.) Lib. IV. Tit. XIII. J. 2.) Lib. XLIV. Tit. I. P. 3.) Lib. IIX. Tit. XXXVI. C. vid. supra Art. §. 57. Exceptiones peremtoriæ. Sedes materiæ.

§. 18.

Exceptiones peremtoriæ sunt, quæ semper agentibus obstant, & semper rem, de qua agitur, Descriptio.

tur, perimunt. vid. §. 9. J. h. German. Zerstörliche Ausflüchte.

§. 19.

Distinctio. Sunt l. impropriæ l. propriæ.

§. 20.

Illæ ſunt: 1.) Exceptio præſcriptionis, 2.) Solutionis, 3.) Compenſationis, 4.) Novationis, 5.) Delegationis, 6.) Acceptilationis, 7.) Oblationis.

§. 21.

Propriæ Exceptiones peremtoriæ naſcuntur l. cum ipſo negotio, l. poſt negotium.

§. 22.

Exceptiones peremtoriæ, quæ cum ipſo negotio naſcuntur, proveniunt l. ex re, l. ex perſonis.

§. 23.

Ex re proveniunt: 1.) Exceptio doli. vid. Lib. XLIV. Tit. IV. P. De doli mali & metus exceptione. 2.) Erroris. 3.) Non numeratæ pecuniæ.

§. 24.

Quoad perſonas exiſtunt 1.) Exceptio minorennitatis, 2.) Senatusconſulti Macedoniani, 3.) Senatus conſulti Vellejani.

§. 25.

Exceptiones vero peremtoriæ poſt negotium exiſtentes ſunt: 1.) Exceptio rei venditæ

ditæ & traditæ. vid. Lib. XXI. Tit. III. P. De exceptione rei venditæ. 2.) Jurisjurandi. vid. §. 4. J. h. 3.) Transactionis. 4.) Rei judicatæ. vid. Lib. XLIV. Tit. II. P. De exceptione rei judicatæ. 5.) Rei litigiosæ. vid. Lib. XLIV. Tit. VI. P. De litigiosis. Lib. IIX. Tit. XXXVII. C. De litigiosis. 6.) Implementi non secuti.

§. 26.

Exceptioni ab actore opponitur replicatio. vid. Lib. IV. Tit. XIV. J. De replicationibus.

§. 27.

Ad hanc a reo respondetur per duplicationem. vid. §. 1. J. h.

§. 28.

Huic iterum opponitur triplicatio. vid. §. 2. J. h.

§. 29.

Ad hanc ulterius datur quadruplicatio. vid. §. 3. J. h.

§. 30.

Quintus actus medius est probatio. vid. 1.) Lib. XXII. Tit. III. P. De probationibus & præsumtionibus. 2.) Lib. IV. Tit. XIX. C. De probationibus. Probatio. Sedes materiæ.

§. 31.

Probatio est actus judicialis, quo judici rei controversæ fit fides. German. Der Beweiß. Descriptio.

§. 32.

Divisio. Dividitur in ſolennem & minus ſolennem.

§. 33.

Illa proprie probatio ; hæc demonſtratio vocari ſolet.

§. 34.

Dividirur etiam in artificialem & inartificialem. vid. Celſus l. 13. P. h. conf. Beierus ad P.h. Thomaſius in U.M. P.h.

§. 35.

Denique diſtinguitur in plenam & minus plenam.

§. 36.

Probatio minus plena eſt l. major, l. media, l. minor. vid. Struvius in Exerc. 28. th. 5.

§. 37.

Inartificialis fit per inſtrumenta. In probatione inartificiali maxime reſpiciuntur inſtrumenta, quibus teſtes addi ſolent.

§. 38.

Sedes materiæ. Pertinent itaque huc inſtrumenta. vid. 1.) Lib. XXII. Tit. IV. P. De fide inſtrumentorum & ammiſſione eorum. 2.) Lib. IV. Tit. XXI. C. De fide inſtrumentorum. Tit. XXII. Plus valere quod agitur, quam quod ſimulate concipitur.

§. 39. In-

§. 39.

Instrumentum est scriptura ad rerum gestarum fidem comprobandam, confecta. vid. Ulp. l. 99. P. de V. S. Paulus l. 1. P. h. Descriptio.

§. 40.

Est autem I. publicum, I. privatum. Divisio.

§. 41.

Publicum est, quod publica autoritate conficitur & confirmatur. Publicum.

§. 42.

Huc referri possunt apochæ publicæ, acta publica, libri rationum & inscriptionum publicarum & ecclesiasticarum: item Fluhr-Bücher/ Kirchen-Bücher. vid. Alexander III. c. 2. X. h.

§. 43.

Ad hæc etiam recenseri solet instrumentum à notorio publico legitime & solenniter confectum. vid. Maximilianus in der Ordnung zu Unterrichtung der öffentlichen Notarien. de anno 1512.

§. 44.

Privatum est, quod à persona privata conficitur. Privatum.

§. 45.

Hujus nomine venire solent: epistolæ, libri bacilli fisci. vid. Lauterbachius in Comp. Jurish.

§. 46. In-

§. 46.

Testes. Sedes materiæ. Instrumentis adduntur testes. vid. 1.) Lib. XXII. Tit. V. P. De testibus. 2.) Lib. IV. Tit. XX. C. De testibus.

§. 47.

Descriptio. Testis est persona, quæ ad veritatem de re dubia dicendam à judice vocatur & examinatur.

§. 48.

Distinctio. Est autem testis productus, l. omni exceptione major, l. habilis, l. inhabilis.

§. 49.

Testis omni exceptione major. Testis omni exceptione major est, adversus quem nulla exceptio opponi potest.

§. 50.

Habilis. Habilis dicitur, qui est ætate integra, bona existimatione, sanitate &c. &c. vid. Callistratus l. 3. §. 5. P. h.

§. 51.

Inhabilis. Inhabilis censetur testis vel quoad personam, l. quoad causam l. quoad rationem singularem.

§. 52.

Quoad personam. Sic quoad personam inhabilis quis æstimatur testis l. propter ætatem, l. propter morbum, l. propter statum & conditionem.

§. 53. Quo-

§. 53.

Quoad causam suspicione laborare videtur testimonium l. propter magnam amicitiam, l. propter commodum & lucrum, l. propter reverentiam & debitum obsequium, l. propter odium capitale. conf. Carpzovius P. I. c. 16. def. 48. seqq. Lauterbachius in Comp. Jur. h. Quoad causam.

§. 54.

Ex singulari ratione Sacerdos & advocatus testimonium dicere non debent. Quoad rationem singularem.

§. 55.

Producantur autem testes regulariter in judicio, ubi examinentur.

§. 56.

Quando actus examinis absolutus est, a judice fit rotulus attestationum, quæ, partibus citatis, publicantur.

§. 57.

Probationibus etiam accedunt præsumtiones. Præsumtiones.

§. 58.

Præsumtio est argumentatio probabilis ex rerum circumstantiis & aliis eventibus facta. Descriptio.

§. 59.

Distinguitur in præsumtionem hominis & legis. Distinctio.

§. 60. Illa

§. 60.

Illa eſt, quando judex ex ipſius negotii circumſtantiis aliquid probabiliter conjicit; hæc quando lex ex probabilibus rationibus aliquid inducit.

§. 61.

Hæc eſt, l. præſumtio juris, l. præſumtio de jure.

§. 62.

Jusjurandum. Sedes materiæ.

Probationi adnumeratur jusjurandum. vid. 1.) Lib. XII. Tit. II. P. De jurejurando, ſive voluntario, ſive neceſſario, ſive judiciali. 2.) Lib. IV. Tit. I. C. De rebus creditis & jurejurando.

§. 63.

Deſcriptio.

Jusjurandum eſt religioſa alicujus rei adſeveratio, per invocationem divinæ vindictæ & recuſationem ſalutis propriæ legitime facta.

§. 64.

Diviſio. Explicitum.

Eſt l. implicitum, l. explicitum, prout l. virtualiter, l. expreſſe hæc inſeruntur.

§. 65.

Explicitum eſt l. ſolenne, l. minus ſolenne.

§. 66.

Solenne & minus ſolenne.

Illud eſt, in quo ſolennia recepta obſervantur; hoc in quo abſunt. German. Illud dicitur: ein zierlicher Eid.

§. 67. Re-

§. 67.

Requiritur autem in omni jurante intellectus & voluntatis usus non impeditus. Personæ.

§. 68.

Hoc posito omnes jurare possunt & quidem l. immediate, l. mediate. vid. Ulp. l. 9. §. 6. Pomponius l. 42. §. 2. P. h. conf. autem Sächsisch Land-Recht. Lib. I. art. 46.

§. 69.

Causa, de qua juratur, debet esse justa. Causa.

§. 70.

Rejicitur itaque juramentum de causa injusta præstitum. vid. Innocentius III. c. 18. X. h.

§. 71.

Juramentum rite se habens, operatur obligationem ad implendum.

§. 72.

Porro juramentum est l. promissorium, l. adsertorium. Promissorium.

§. 73.

Illud factum futurum, hoc autem præsens aut præteritum concernit.

§. 74.

Promissorium est, l. judiciale, l. extrajudiciale.

§. 75. Ju-

§. 75.

Judiciale. Judiciale dicitur, quod in judicio præstatur & judicium spectat, ut juramentum judicis, advocatorum &c. &c.

§. 76.

Extrajudiciale. Extrajudiciale vocatur, quod causas extrajudiciales respicit, ut: homagium, juramentum protectionis, Vasallagii &c. &c.

§. 77.

Adsertorium. Juramentum adsertorium spectat l. ad litis æstimationem, l. ad ejusdem decisionem.

§. 78.

Juramentum in litem. Ad litis æstimationem spectat: 1.) juramentum in litem. vid. Lib. XII. Tit. III. P. De in litem jurando.

§. 79.

Hoc est religiosa damni adseveratio, quod actor facto alterius injusto passus est, ut illud æstimetur & restituatur.

§. 80.

Defertur l. ob dolum, l. ob culpam levem. vid. Anton. l. 2. C. h. Marcian. l. 5. §. fin. P. h.

§. 81.

Est itaque l. juramentum affectionis, l. veritatis. vid. Paulus l. 2. P. h.

§. 82. Huic

§. 82.

Huic adfine est juramentum Zenonianum. conf. autem Stryckius & Thomasius in U. M. P. h.

§. 83.

2.) Juramentum minorationis etiam ad litis æstimationem pertinet. Juramentum minorationis.

§. 84.

Est religiosa adsertio, quo reus propter damnum, per vim expulsivam & ablativam datum, conventus damni æstimationem ab actore factam minuere intendit. vid. Sächsisch Land-Recht. Lib. III. art. 47. conf. Schilterus in Exerc. 23. §. 65. German. Der Minderungs-Eid.

§. 85.

3.) Huc refertur juramentum expensarum. Juramentum expensarum.

§. 86.

Hoc est adseveratio ejus, quod in litem expensum & ab adversa parte restitui postulatur. vid. Ord. Cam. P. I. Tit. 66.

§. 87.

Ad litis decisionem spectat juramentum litis decisorium. Juramentum litis decisorium.

§. 88.

Hoc litis decisionem l. indirecte, l. directe respicit.

§. 89.

Isthuc pertinent: 1. juramentum dandorum & respondendorum. 2. Malitiæ, 3. Perhorrescentiæ, 4. Diffessionis.

§. 90.

Juramentum dandorum.

Juramentum dandorum est, quando actor bonam fidem circa probationales positiones promittit.

§. 91.

Juramentum respondendorum.

Juramentum respondendorum est, quando reus viridicum promptumque animum respondendi spondet. vid. Ord. Cam. P. I. art. 69. 71. 72. Quoad jus Saxonicum. conf. Zobelius in different. J. C. & S. P. I. diff. 18.

§. 92.

Juramentum malitiæ.

Juramentum malitiæ est, quando is, contra quem præsumtio malitiæ pugnat, adseverat, se proposita bona fide proferre. vid. Ord. Cam. P. I. Tit. 74. conf. Lauterbachius. P. h. German. Der Eid der Boßheit.

§. 93.

Juramentum perhorrescentiæ

Juramentum perhorrescentiæ est, quo quis justa ex causa coram judice inferiore se justi-

justitiam impetraturum non esse, persuasus adseverat.

§. 94.

Juramentum diffessionis est, quo quis negat, se instrumentum productum pro genuino habere. vid. Carpzovius in Procesʃ. Tit. XII. art. 5. num. 26. Juramentum diffessionis.

§. 95.

Directe litis decisionem respicit juramentum litis decisorium.

§. 96.

Distinguitur autem in extrajudiciale & judiciale. Juramentum litis decisorium.

§. 97.

Illud nascitur ex conventione partium. Dicitur etiam voluntarium. vid. Paulus l. 17. pr. P. h. Ulp. l. 25. P. eod. Extrajudiciale.

§. 98.

Si deferatur, impune recusari potest; Si vero delatum & semel susceptum sit, debet præstari.

§. 99.

Hoc est, quod â judice l. a parte in judicio defertur. Judiciale.

§. 100.

Defertur juramentum l. de factis propriis, l. de factis alienis.

§. 101.

Judex hoc defert l. ad supplendam probationem, l. ad removenda indicia contraria.

§. 102.

Unde illud dicitur suppletorium, hoc purgatorium.

§. 103.

Suppletorium. Suppletorium est, quo actor l. etiam excipiens intentionem suam semi plene probatam sufficienter confirmat. German. Der Erfüllungs-Eid.

§. 104.

Purgatorium. Purgatorium est, quo suspicionibus gravatus easdem removet & falsas esse adserit, ad innocentiam suam demonstrandam. German. Der Reinigungs-Eid.

§. 105.

Si hoc præstetur, definitivam operatur absolutionem a reatu & expensis inquisitionis, non vero defensionis. vid. Beierus ad P. h.

§. 106.

Sextus actus medius est attestationum disputatio, qua probationes susceptæ excipiendo impugnantur. Attestationum disputatio.

§. 107.

Septimus actus medius est causæ conclusio. Causæ conclusio.

§. 108.

Est actus, quo partes utræque omnibus probationibus & allegationibus ulterioribus renunciant, & litem decidendam judicis conclusioni submittunt.

§. 109.

Est l. expressa, l. tacita.

§. 110.

Octavus actus medius est actorum inrotulatio. Actorum inrotulatio.

§. 111.

Actorum inrotulatio est actus, quo hactenus proposita in ordinem rediguntur, & ad collegium transmittuntur.

§. 112.

Nonus actus medius est sententia definitiva. vid. 1.) Lib. XLII. Tit. I. P. De re judicata. 2.) Lib. VII. Tit. LII. De re judicata. Sententia definitiva. Sedes materiæ.

§. 113.

Descriptio. Sententia definitiva est ipsius causæ principalis in judicium deductæ decisio. vid. Modestinus l. 1. P. h.

§. 114.

Debet esse conformis legibus, libello & actis. vid. pr. J. de Offic. Jud. Justinianus l. 13. C. h. Ulp. l. 59. P. h.

§. 115.

Conceptio. Concipitur secundum stilum curiæ. vid. Alexander l. 4. C. h.

§. 116.

Publicatio. Conceptionem excipit ejusdem publicatio.

§. 117.

Post decendium autem elapsum sententia publicata transit in rem judicatam. vid. Dioclet. l. 11. C. Quomodo & quando Judex.

(o)

Arti-

Articulus III.

De actibus processus civilis ordinarii posterioribus.

Actus process. civil. ord. posteriores.

§. 1.

Actus processus civilis ordinarii posteriores sunt, qui sententiam definitivam sequuntur.

§. 2.

Sunt autem I. suspensivi, I. executoriales.

§. 3.

Ad actus suspensivos refertur 1.) Remedium nullitatis, 2.) Supplicationis, 3.) Leuterationis, 4.) Appellationis, 5.) Restitutionis in integrum, 6.) Revisionis actorum. Suspensivi.

§. 4.

Primus actus processus civilis ordinarii suspensivus est remedium nullitatis. vid. 1.) Lib. XLIX. Tit. IIX. P. quæ sententiæ sine appellatione rescinduntur. 2.) Lib. V. Tit. LXIV. C. quando provocare non est necessum. Remedium nullitatis. Sedes materiæ.

§. 5.

Remedium nullitatis est, quo sententia ob defectum aliquem ipso jure dicitur nulla. Descriptio.

§. 6.

Suppli-catio.

Secundus actus ſuſpenſivus eſt ſupplicatio, qua ipſi judici, qui ſententiam tulit, preces offeruntur, ut propter gravamina allata, ſententia prior reformetur.

§. 7.

Leuteratio.

Tertius actus ſuſpenſivus eſt leuteratio, quæ in foro Saxoniæ eſt recepta.

§. 8.

Deſcriptio.

Leuteratio eſt remedium, quo gravatus in ſcriptis ſententiæ latæ declarationem petit. German. Die Läuterung.

§. 9.

Diviſio.

Diſpeſcitur in generalem & ſpecialem.

§. 10.

Appellatio. Sedes materiæ.

Quartus actus ſuſpenſivus eſt appellatio. vid. 1.) Lib. XLIX. Tit. I. P. De appellationibus. 2.) Lib. VII. Tit. LXII. C. De appellationibus & conſultationibus. Tit. LXI. De relationibus. Tit. LXX. Ne liceat in una eademque cauſa tertio provocare, l. poſt duas ſententias, quas definitio præfectorum roboraverit, eas retractare. Tit. LXIX. Si de momentanea poſſeſſione fuerit appellatum.

§. 11. Ap-

§. 11.

Appellatio est remedium, quo inferioris judicis sententia iniquitatis arguitur, ac superioris decisioni causa legitime committitur. vid. Ulp. l. 5. pr. P. Descriptio.

§. 12.

Appellant omnes, qui sunt gravati. vid. Ulp. l. 1. pr. P. h. Personæ.

§. 13.

Locum habet appellatio regulariter in omnibus causis, tam civilibus, quam criminalibus, secundum jus civile. Causæ.

§. 14.

Appellatur autem regulariter ab omni judice, superiorem agnoscente. vid. 1.) Lib. XLIX. Tit. II. P. A quibus appellare non liceat. 2.) Lib. VII. Tit. XLII. C. De Sententiis præfectorum prætorio. A quo appellatur.

§. 15.

Sunt tamen judicia non tantum in imperio, sed etiam in ejusdem provinciis, quibus privilegium de non appellando competit. vid. Carolus IV. in A. B. c. 11. conf. Struvius in Exerc. 50. th. 7.

§. 16.

Appellatio fit ad judicem superiorem. vid. Lib. XLIX. Tit. III. Quis a quo appelletur. Ad quem

§. 25.

Dantur a judice l. reverentiæ l. refutationis causa. Unde sunt l. reverentiales l. refutatorii.

§. 26.

Fatale appellationis introducendæ est temporis spatium peremtorium, intra quod appellatio cum apostolis insinuari debent. Appellationis introducendæ.

§. 27.

Solet etiam appellans a judice superiore petere inhibitoriales l. compulsoriales.

§. 28.

Fatale appellationis justificandæ est spatium unius anni, aliquando biennii. Appellationis justificandæ.

§. 29.

Quando itaque causa legitime ad superiorem est delata, sententia ab inferiore lata suspenditur & executioni dari nequit.

§. 30.

Quintus actus suspensivus est restitutio in integrum. Restitutio in integrum.

§. 31.

Hæc est, qua minor, aliquando etiam major, contra sententiam restituitur. vid. Struvius in Exerc. 50. th. 27.

§. 32.

Sextus actus suspensivus est revisio actorum. Revisio actorum.

§. 33.

Revisio actorum in Camera est recepta. vid. Ord. Cam. P. III. tit. 53.

§. 34. Ad

§. 34.

Actus executoriales. Ad actus vero processus civilis ordinarii executoriales recensentur: 1.) Mandatum executoriale, 2.) Exmissio & immissio, 3.) pignorum captio horumque taxatio, 4.) Subhastatio & venditio, 5.) Adjudicatio. vid. Ludovici in der Einleitung zum Civil-Procesſs. c. 35.

Membrum II.

De Processu Civili Summario.

Processus Civilis Summarius.

§. 1.

Descriptio. Processus summarius est, in quo solennitates ordinariæ non requiruntur.

§. 2.

Actus. Actus ejusdem sunt: 1.) Petitio, 2.) Citatio, 3.) Citati responsio, 4.) Demonstratio, 5.) Causæ cognitio, 6.) Sententia, & 7.) ejusdem executio. vid. Struvius in Exerc. 9. th. 66.

§. 3.

Divisio. Est autem l. irregularis l. regularis.

§. 4.

Irregularis. Irregularis est, in quo actus processus summarii non attendi solent, ut in processu militari & academico. vid. Linckius in Diss. de Processu irregular.

§. 5.

Regularis. Regularis est, in quo actus Processus summarii attenduntur.

§. 6. Hic

§. 6.

Hic iterum est: 1.) Consistorialis, 2.) Possessorius, 3.) Executivus, 4.) Arrestatorius, 5.) Provocatorius, 6.) Mercantilis & Cambialis, 7.) Liquidationis & Concursus. vid. Carpzovius in Jurispr. Consistor. Ludovici in der Einleitung zum Civil-Procefs. c. 1. seqq. Marpergerus im neu-eröffneten Handels-Gericht.

Capitis Quarti
Sect. III.
De Processu Criminali.

Processu Criminalis.

§. 1.

Processus Criminalis est, qui occupatur circa modum & rationem tractandi causas criminales. Descriptio.

§. 2.

Dividitur in accusatorium & inquisitorium. Divisio.

Membrum I.
De Processu Criminali accusatorio.

Accusatorius.

§. 1.

Processus criminalis accusatorius est, qui ab accusatore per libellum coram judice criminali instituitur. Descriptio.

§. 2.

Actus ejusdem sunt sequentes: 1.) Libelli accusatorii oblatio, 2.) Citatio, 3.) Satisdatio, Actus.

4.) Re-

4.) Responsio, 5.) Probatio, 6.) Sententia ejusdemque executio. vid. Carpzovius in P. C. P. III. quæst. 106.

Membrum II.

Inquisitorius.

De Processu Criminali inquisitorio.

§. 1.

Descriptio. Processus Criminalis inquisitorius est, quem judex ex officio instituere solet.

§. 2.

Distinctio. Est l. generalis l. specialis.

§. 3.

Generalis. Generalis est, quo judex duntaxat inquirit, an delictum revera sit commissum & quis illud perpetraverit.

§. 4.

Specialis. Specialis est, quo judex de certa persona nominatim inquirit & contra eam procedit.

§. 5.

In hoc attendi solent: 1.) Corpus delicti, 2.) Citatio, 3.) Examen inquisiti & ejusdem responsio, 4.) Delicti probatio, 5.) Confrontatio, 6.) Quæstio, 7.) Inquisiti defensio, & 8.) Sententia ejusdemque executio. vid. Brunnemannus in Processs. Inquisit. Stryckius in der Anleitung zum Inquisitions-Procefs. Ludovici in der Einleitung zum Peinlichen Procefs.

S. D. G.

CORPORIS JURIS PORTATILIS,

Discentium memoriæ ac usui accommodati,

PARS QUARTA

exhibet

Indicem

JURIS UNIVERSI

Secundum

Verba atque materias Rubricarum.

	Inst.	Pand.	Cod.	Nov.	D.
Abigeis - - -	—	47. 14.	9. 37.	—	—
Abolitionibus criminum	—	48. 16	9. 42.	—	—
Abſentibus damnandis	—	48. 17.	9. 40.	—	—
Abſtinenda hereditate -	—	—	6. 31.	—	—
Acceptilatione - - -	—	46. 4.	8. 44.	—	—
Acceſſionibus poſſeſſionum	—	44. 3.	—	—	—
Accuſationibus & inſcriptionibus - - - -	—	48. 2.	9. 2.	—	5. 1
Accuſator, ſi mortuus fuerit	—	—	6. 9.	—	—
Accuſatorem, qui corruperunt, - - - -	—	48. 21.	9. 50.	—	—
Acta aliis non nocere -	—	—	7. 60.	—	—
Actio, civilis quando criminali præjudicet -	—	—	9. 31.	—	—
quando de peculio annalis eſt - - -	—	45. 2.	—	—	—
Actio, quarum rerum actio non datur - - -	—	44. 5.			
ubi in rem exerceri debeat - - -	—	—	3. 19.	—	—
Actione contraria tutelæ & utili - - - -	—	27. 4.	5. 51.	—	—
emti & venditi - -	—	19. 1.	4. 49.	—	—
exercitoria - -	4. 7.	14. 1.	4. 25.	—	—
inſtitoria - -	4. 7.	14. 3.	45. 25.	—	—
pigneratitia - -	3. 15.	13. 7.	4. 24.	—	—
Publiciana in rem -	—	6. 2.	—	—	—
rei uxoriæ - -	—	—	5. 13.	91.97.98	—
rerum amotarum -	—	25. 2.	5. 21.	—	—
tributoria - -	4. 7.	14. 4.	—	—	—
vendita hereditate -	—	18. 4.	4. 39.	—	—
Actiones, ne liceat potentioribus actiones in ſe transferre - - -	—	—	2. 14.	—	—
ut & ab heredibus & contra heredes incipiant - - -	—	—	4. 11.	—	—

missu

	Inst.	Pand.	Cod.	Nov.	D.
judiciis & ubi quisque agere l. conveniri debeat – –	—	5. 1.	3. 1.	—	—
si ex pluribus tutoribus omnes l. unus agere possint – –	—	—	5. 40.	—	—
ut nemo invitus agere l. accusare cogatur –	—	—	3. 7.	—	—
Aggeribus, Nili, non rumpendis – –	—	—	9. 38.	—	—
Agi, ubi causa status agi debeat – –	—	—	3. 22.	—	—
ubi de criminibus agi oportet – –	—	—	3. 15.	—	—
ubi de possessione agi oportet – –	—	—	3. 16.	—	—
ubi de ratiociniis tam publicis quam privatis agi oportet – –	—	—	3. 21.	—	—
Agitur, plus valere, quod agitur, quam quod simulate concipitur – –	—	—	4. 22.	—	—
Agnoscendis & alendis liberis – –	—	25. 3.	5. 25.	—	—
Agricolæ, ne quis mutuum dans agricolæ terram ejus teneat – –	—	—	—	32.	—
Agricolis, censitis & colonis	—	—	11. 47.	—	—
mancipiis dominicis	—	—	11. 67.	—	—
his, qui mutuum dant agricolis – –	—	—	—	33.	—
Agro, omni agro deserto	—	—	11. 58.	—	—
Albo scribendo – –	—	50. 3.	—	—	—
Aleatoribus (& alearum lusu) – –	—	11. 5.	3. 43.	—	—
Alexandriæ primatibus	—	—	11. 28.	—	—
officio juridici –	—	1. 20.	1. 57.	—	—
Alendis, agnoscendis & alendis liberis l. parentibus l. patronis l. libertis.	—	25. 3.	5. 25.	—	—

Alienam

	Inſt.	Pand.	Cod.	Nov.	D.
Alium, an per alium cauſæ appellationum reddi poſſint – –	—	49. 9.	—	—	—
Alluvionibus & paludibus & paſcuis ad alium ſtatum translatis –	—	—	7. 41.	—	—
Alvo ſive albo ſcribendo	—	50. 3.	—	—	—
Alteri, ſi quis alteri l. ſibi ſub alterius nomine l. aliena pecunia emerit –	—	—	4. 50.	—	—
Ambitus; L. Julia ambitus	4. 18.	48. 14.	9. 26	—	—
Amiſſione Inſtrumentorum	—	22. 4.	4. 21.	47. 73.	—
Amittantur, quemadmodum ſervitutes amittantur	2. 4.	8. 6.	—	—	—
Amittitur, quibus modis uſufr. amittitur. –	—	7. 4.	—	—	—
Amittenda l. adquirenda poſſeſſione – –	—	41. 2.	7. 32.	—	—
Amotarum rerum actione	—	25. 2.	5. 21.	—	—
Annali exceptione Italici contr. tollenda –	—	—	7. 40.	—	—
Annalis, quando de peculio actio eſt annalis –	—	15. 2.	—	—	—
Annis, ex quibus cauſis annis viginti quinque majores in integrum reſtituantur – –	—	4. 6.	2. 54.	—	—
minoribus viginti quinque annis –	—	4. 4.	2. 22.	—	—
Annona, L. Julia de annona – –	4. 18	48. 12.	—	—	—
Annonæ, apparitoribus præfecti annonæ –	—	—	12. 59.	—	—
erogatione militaris annonæ –	—	—	12. 38.	—	—
officio præfecti annonæ	—	—	1. 44.	—	—
Annonarum, excoctione & translatione militarium annonarum –	—	—	12. 39.	—	—

Anno-

	Inst.	Pand.	Cod.	Nov.	D
Annonis civilibus –	—	—	11. 24.	—	—
& capitatione administrantium –	—	—	1. 52	—	—
& tributis –	—	—	10. 16.	—	—
Annorum, præscriptione longi temporis X. l. XX. annorum – –	—	—	7. 33.	—	—
XXX. vel XL. –	—	—	7. 39.	—	—
Annuis legatis & fideicommissis –	—	33. 1.	—	—	—
Annulorum aureorum jure	—	40. 10.	6. 8	78. 1.	—
Antiquior creditor, si pignus vendiderit –	—	—	8. 20.	—	—
An per alium causæ appellationum reddi possint	—	49. 9.	—	—	—
An servus pro suo facto post manumissionem teneatur	—	—	10. 22.	—	—
Aperiantur, SCto Silaniano & Claudiano, quorum testamenta ne aperiantur – –	—	29. 5	6. 35.	—	—
testamenta quemadmodum aperiantur, inspiciantur & describantur –	—	29. 3.	6. 32.	—	—
Apertas, his, qui ante apertas tabulas transmittunt hereditatem – –	—	—	6. 52.	—	—
Apochis & antapochis	—	—	4. 21.	—	—
publicis –	—	—	10. 22	—	—
Apostatis – –	—	—	1. 7	—	5. 9
Apostoli, libellis dimissoriis, qui Apostoli dicuntur	—	49. 6	7. 63.	—	—
Apparitoribus comitis orientis – –	—	—	12. 57.	—	—
diversis officiis & apparitoribus judicum	—	—	12. 60.	—	—
lucris apparitorum	—	—	12. 62.	—	—
magistrorum militum	—	—	12. 55.	—	—
Præfecti annonæ –	—	—	12. 59.	—	—

	Inst.	Pand.	Cod.	Nov.	D.
Præfectorum Prætorio & privilegiis eorum	—	—	12. 59.	—	—
Præfecti Prætoriorum Orientis & Illyrici	—	—	1. 26	—	—
Vigilum - -	—	1. 15.	1. 43.	—	—
Præfecti urbis -	—	—	12. 54	—	—
Proconsulis & legati	—	—	12. 56.	—	—
Appellandum, quando appellandum & intra quæ tempora - -	—	49. 4.	—	115.	—
Appellari, a quibus appellari non licet -	—	49. 2.	—	—	—
Appellarunt, de his, qui per metum judicis appellarunt - -	—	—	7. 67.	—	—
Appellatione, nihil innovari appellatione interposita - -	—	49. 7.	—	—	—
a quæ sententiæ sine appellatione rescindantur	—	49. 8.	—	—	—
si pendente appellatione mors intervenerit	—	49. 13.	7. 66.	—	—
ut cum de appellatione cognoscitur, secundum illas leges debeat judicari, quæ tempore latæ sententiæ & suggestionis obtinebant	—	—	—	115.	—
Appellationem, his, qui ingrediuntur ad appellationem - -	—	—	—	49.	—
Appellationes, quorum appellationes non recipiuntur - -	—	—	7. 65.	—	—
Appellationibus & relationibus - -	—	49. 1.	7. 62.	23. 2.	2. 28.
recipiendis l. non -	—	49. 5.	7. 65.	—	—
Siciliæ - -	—	—	—	75.	—
administrantibus officia in sacris appellationibus - -	—	—	—	20.	—

ad

	Inst.	Pand.	Cod.	Nov.	D.
ad quem nam remittantur, si res, ob quam appellatio instituitur, non supra auri libras decem valeat - -	—	—	—	23.	—
Appellationum, an per alium causæ appellationum redidi possint -	—	49. 9.	—	—	—
temporibus & reparationibus appellationum	—	—	7. 63.	23. 49.	—
Appellatum, si de momentanea possessione fuerit appellatum - -	—	—	7. 69.	—	—
Appellatur, apud eum, a quo appellatur, aliam causam agere compellendum	—	49. 12.	—	—	—
Appellaverit, eum, qui appellaverit, in provincia defendi - -	—	49. 11.	—	—	—
si tutor l. curator magistratus creatus appellaverit - -	—	49. 10.	—	—	—
